COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.



VOLVMINIS III. PARS I.

LIPSIAE
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH
venduntur etiam
AMSTELODAMI apud PETRVM MORTIER.
M DCC LIV.

UNIVERSITY OF OKLAHOMA
LIBRARY

C736
v.3

I.

Philoſophical Tranſactions giving ſome Account of the preſent Undertakings, Studies and Labours of the Ingenious, in many conſiderable Parts of the World. Vol. XLVII. For the Years 1751 and 1752, London. Printed for C. Davis 1753. 4. 3 alph. 4½ pl. ſine praefatione et contentorum indice, tabb. aen. XX.

i. e.

Tranſactiones philoſophicae, quae laborum, ab eruditis in variis orbis terrarum partibus nouiſſime ſuſceptorum, quandam exhibent notitiam.

Acta haec, ſub nomine tranſactionum prodeuntia, in faſciculorum forma hactenus collecta atque edita fuiſſe conſtat; quorum etiam ultimos ſuo tempore recenſuimus *. Paulo poſt iis unus adhuc isque omnium ultimus, nonageſimus nimirum ſeptimus poſt quadringenteſimum, tamquam ſupplementum voluminis quadrageſimi ſexti actorum, ad annum 1750 referendorum, acceſſit, quippe qui iſtos tantum commen-

* Comment. noſtr. Vol. I. Pars IV. p. 681.

Hist. of Science

tarios continet, quos omnes, de terrae motibus, anno 1750 Londini inque urbis eius vicinia obſeruatis, conſcriptos, regia ſcientiarum ſocietas ſibi oblatos accepit; eoque nunc ille finitus eſt ordo, quo acta haec a modo dictae ſocietatis ſecretariis hactenus edita fuerunt. Suum enim, uti iam alio tempore retulimus *, illa mutauit conſilium, illudque cepit, ut ex ſociis ſuis eligeret quosdam, qui in poſterum omnes, illuſtri huic collegio traditos, relegant commentarios, et ex iis eos tantum ſeligant prelo dicandos, qui in tranſactionibus ſuis olim prodituris locum mereri ipſis videantur. Die quoque viceſimo ſexto menſis martii anno 1752 prima vice eum in finem ſe conueniſſe monent hi viri clariſſimi in praefamine, nouo huic, iam indicato, volumini praemiſſo, ſimulque aſſerunt, dignitatem argumentorum atque inde expectandam utilitatem ſibi ſe quidem propoſuiſſe pro legibus, in iudicio ſuo atque ſelectu obſeruandis: ipſarum tamen commentationum uberiorem, ſi qua forte aliquando deſideretur, confirmationem aut defenſionem in ſe ſuſcipere non poſſe; ſed eam potius, uti aequum eſt, ipſorum auctoribus relinquere. Inſuper etiam in eadem praefatione declarant iidem viri, regiam illam ſcientiarum ſocietatem, ut unicum corpus conſideratam ſeu totius ſui collegii nomine, de rebus, ſiue naturales ſint, ſiue arte factae, ipſi traditis, nunquam eſſe laturum iudicium; idque eam ob cauſam ita velle, quoniam plus ſimplici vice acciderit, ut varii auctores gloriati fuerint, ſocietatem ſummo cum applauſu ipſorum accepiſſe inuenta aut depraedicaſſe labores, quibus tamen ab eius tantum praeſide in comitatis ſuae ſignificationem grates modo fuerint actae pro honore, ideo ſocietati habito, quod labores ſuos cum illa communicare voluerint.

Nunc

* Ibid. Vol. II. P. I. p. 174.

Nunc ad intimiorem huius noui, quod indicauimus, actorum voluminis rationem reddendam accedamus, de qua tamen illud simul praemonere debemus, quod ab aliquibus amicis aliisque viris doctis rogati atque moniti, ideoque eorum etiam voluntati satis facturi, omnium, ideoque eorum etiam, qui proprie ad nostrum finem haud pertinent, commentariorum titulos quidem in suo ordine indicaturi sumus, reliquorum tamen, qui physico-medica pertractant argumenta, fusiorem daturi notitiam. Nihilo autem minus in reliquis eius generis libris, v. c. berolinensis academiae actis, in quibus omnes commentationes iam ad certas classes redactae sunt, nec, uti quidem in transactionibus anglicanis aut parisiensis academiae actis, fieri solet, sine determinato ordine positae sunt, cur a consuetudine nostra haud recedamus, sed physico-medicas tantum tractationes lectoribus nostris indicemus, habere nobis videmur, tum, praeter causam modo allegatam, quia isti libri in plurium manus venire solent, ac ea iam dicta parisiensia, vel anglicana acta, tum, quoniam plurimi eorum articuli ad nos, longe autem pauciores ad alios viros doctos, spectant. Insignis eorum quidem omnino in praesenti volumine occurrit numerus. Nimirum

1) *Epistola Cl.* GVIL. SMITH *ad Cl.* ROBERT AVSTEN *data, de globo igneo die 22 mensis iulii anno 1750 in libero aere viso, cum regia societate communicata a Cl.* GVIL. STUKELEY. Petroburgi inque locis vicinis vesperi versus horam nonam, in ea coeli altitudine, quam sol a duabus inde horis iam ortus occupare videtur, apparebat ille globus vehementer quidem sed grate coruscans, stellae primae magnitudinis crassitiem superare visus, caudam tres pedes et dimidium longam post se trahens, figurae conicae, a septentrione versus meridiem promotus, sed cito euanescens. p. 1.

 2) *Rela-*

p. 3. 2) *Relatio de eodem meteoro ex epiſtola a Cl.* HENR. BAKER *ad ſocietatis illuſtrem praeſidem,* FOLKES, *ſcripta.* Cum illa praecedenti maximam partem ea conuenit, et in adiecta tabula icone exprimitur viſum illud meteoron, cuius cauſam in tempeſtate ſolito valde calidiore praegreſſa Cl. Auctor quaerit.

p. 4. 3) *Tabulae et obſeruationes thermometricae a Cl.* IOAN. PRINGLE *cum Cl.* IO. STEDMAN *per literas communicatae.* Satis eae omnino curioſae atque utiles ſunt, per aprilem et quatuor inſequentes menſes anni 1748, tum temporis a Cl. Auctore factae, cum exercitus Anglorum expeditionem faceret in Brabantia Hollandica, eorumque ille caſtra, ut medicus, ſequeretur. Nouem ordinibus ſeu columnis interſtinctae ſunt tabulae, continentes nempe menſem, diem, horam ante et poſt meridiem, gradum caloris in ipſis thermometris, tum Fahrenheitiano, in libero aere, et in militum gregariorum, et in eorum ducum, tentoriis, tum illo, a regia ſocietate Londinenſi, alteroque Edinburgenſi, dictis, utroque ultimo in libero aere conſtituto, ea omnia accurate annotata. Ex variis, inde a Cl. Auctore deductis, obſeruationibus unam alteramque repetere nobis liceat. Aer, in tentoriis detentus, ab illo libero ratione graduum, ſubitanearum et ſimul inſignium viciſſitudinum, et perpetuarum fere variationum, quam maxime diuerſus eſt. Calor in tentoriis intra quatuor et viginti horarum ſpatium viginti ad triginta uſque gradus ſaepe variat. Tempeſtatum mutatio ex calida in frigidam, et vice verſa ex frigida in calidam, tum demum praecipue nocet, quando valde ſubito fit. Si enim gradatim modo incidit, differentiam caloris 60 graduum tolerare poteſt homo ſine incommodi ſenſu. In atmoſphaera 103 gradus calida viuere adhuc poſſe hominem, probat exemplum

gregarii

gregarii militis, in tentorio, ob ſitum ad illum uſque dictum gradum calido, collocati. Altero autem die putridae febris ſymptomatibus ille corripiebatur, quae tertio increſcebant, deinde autem euaneſcebant, ſimul ac locum mutare liceret aegro. Thermometrum ſecundo die ſub axillis eius poſitum ad centeſimum uſque ſextum gradum, nunquam vero altius, aſcendebat. Humidus aer, ceteris paribus, ſicco maiorem aut caloris, aut frigoris excitat ſenſum. Si thermometrum iam ad altum aliquem gradum aſcenderit, tum quoduis augmentum caloris, licet paruum modo ſit, celerius atque grauius percipit homo, ac idem ſub minore illius gradu umquam percepturus eſſet. Num id autem fit, quod caloris, in quo adhuc commode viuere poſſumus, faſtigio gradus ille iam vicinus ſit? An maior debet eſſe caloris gradus, qui mercurium, iam ſatis quidem altum, altius tamen adhuc euehere debet, quam ſi is gradum illo inferiorem occuparet? Si caſus detur poſterior, nonne in ratione altitudinis mercurii breuiores notari debent gradus in thermometro? In quanam vero ratione? recte Cl. Auctor quaerit.

4) *Generalem methodum exhibet, valorem quantitatis algebraicae, radicales continentis, ſerie infinita exprimendi. Vbi theorema binomiale Newtonianum aliudque eiusdem de radicibus aequationum demonſtrantur*, Auctore Cl. TH. SIMPSON. Producti ex factoribus quoduis, qui ſinguli ſunt binomia ad potentias diuerſas eleuati, generalis formula ope methodi fluxionum reperitur. p. 26.

5) *Epiſtola a Cl.* GEORG. BAYLY *ad Cl.* HENRIC. PEMBERTON *ſcripta, de uſu corticis chinae chinae in variolis.* Matrona obeſa et ſano corporis habitu praedita trium et ſeptuaginta annorum, febre eum magna et ſubitanea virium proſtratione corre- p. 27.

pta, quarto die poſt crebriores experiebatur vomitus, variolis ſimul erumpentibus diſcretis, et reliquis ſymptomatibus mitioribus factis. Ab octauo autem die omnia in peius ruebant, veſicatoriis et analepticis incaſſum applicatis atque propinatis, et decimo, puſtulis ſubſidentibus et ſiccis factis, accedente ſimul angina, vita periclitari aegram omnes, qui aderant, augurabantur. Cum ipſi autem omni trihorio daretur corticis peruuiani drachma dimidia, applicatis iterum veſicatoriis, intra quatuor et viginti horarum ſpatium omnia periculoſa euaneſcebant ſymptomata, uſuque illius corticis, per quinque dies continuato, puſtulae iterum eleuatae iuſtam atque plenam conſequebantur maturitatem. Decimo autem quinto die tanta confluentium variolarum de nouo erumpebat copia, ut, accedentibus permultis abſceſſibus magnam puris vim perhibentibus, tota corporis ſuperficies unum quaſi ulcus eſſe videretur, tribus ouinis pellibus, quibus ceratum de lapide calaminari inductum erat, per ſingulos dies cooperienda, omnibus ulceribus poſt tres demum menſes curatis. Febris haec noua nec ſanguine, ab illius ingreſſu ſtatim miſſo, neque medicina purgante, repetitis vicibus data, reprimi poterat. Cum iſta vero dira rurſus accederent ſymptomata, ad corticis uſum regrediebatur medicus, eiusque in forma decocti ſeptendecim unciis intra quatuor et viginti dies utebatur, donec melius ſe ſe haberet aegra, undecies deinde intra iuſta temporis interualla purgata, tandemque perfectae prorſus ſanitati reſtituta. Aliam huic variolarum hiſtoriam Cl. Auctor ſubiungit, quae per inſitionem quidem in homine adoleſcente antea ſano excitatae fuerant, quarum tamen non nullae, in extremitatibus proruptae, quarto poſt eruptionem die gangraenoſae fiebant. Corticis vero iam dicti tribus unciis infra undecim dierum ſpatium aegro datis, optimae notae reddebantur variolae, ac

aeger

aeger ipſe ſine noua febre penitus conualeſcebat.

6) *Methodus artificiales magnetes parandi, nullis naturalibus adhibitis, exhibita a Cl.* IO. CANTON. Non poteſt enarrari artificium, niſi totum exſcribatur, difficiliusque ſine figuris intelligeretur. Igitur ſilentio illud praeterimus eo libentius, cum Germani diſcere illud poſſint ex verſione ſcripti, inſerta *dem Hamburg. Magazin* Vol. 8 p. 339 ex diario *bibliotheque raiſonnée* T. 47. P. I. art. 2, ubi hoc ipſum ſcriptum gallice legitur additis animaduerſionibus quibusdam, quas Angli non habent. p. 31.

7) *Aurora borealis a* PETRO GABRII *1750 die 27 februarii n. ſt. Hagae Comitum obſeruata.* Formam iridis, ab uno horizonte circa orientem ad alterum verſus occaſum porrectae, referebat hoc meteoron, magnam ſpargens lucem, hora decima veſpertina viſum, et poſt horae quadrantem euaneſcens. Figura eius in tabula prima icone exprimitur. p. 39.

8) *Obſeruationes quaedam* de cancro marino, *communicatae per literas Cel.* KLEINIO, per PETER COLLINSON. Vt nulla dubitatio ſuperſit, cancros cruſtacea, quibus inuoluuntur, integumenta deponere, ea, quae obſeruata ſunt in inſula Vecti, (*Wight*) cancris ditiſſima, primo loco recenſet Cl. Auctor. Per eas autem conſtat, quotannis, plerumque aeſtatis initio, ſuas cruſtas abiicere cancros, ita quidem, ut ſutura ſemilunaris, ad inferiorem partem cruſtae obſeruanda, ſe ſe aperiat, quo totum extrahi queat corpus; quo facto ſcutum pectoris decidit, et inuolucra pedum abſcedunt. Tenera tunc membrana et flexilis corpus tegit, quae vero motum impedit, ut fundo maris affixi haereant inter ſcrupulos aſtaci, dum ſatis firma noua euaſerit cruſta. Haec autem, p. 40.

ſi cito contigerit induratio, efficit, ut in ſua remanere cogatur ſtatione. Omni eo tempore absque alimento viuit hoc animal. Fit deinde eius modi ſolutio in ſtatu tantum ſano, aegroti enim exuuias non dimittunt, niſi reſtituti, quae quidem conditio inde manifeſte probatur, dum notam cruſtae imprimunt piſcatores, quae et veteri cruſtae perpetuo inhaeret, et in noua etiam animaduertitur. Cancer porro, in chelae apice vulneratus, vel ſanguine effuſo mox, vel tabe ſenſim perit. Reliquas partes laeſas vero abiicit, quae denuo propullulantes regenerantur, idem fit, ſi pedem igni admouemus, vel totum feruenti aquae immittimus, in quo caſu omnes pedes dimittit abiicitque.

p. 43. 9) *Relatio Ill.* HORATII WALPOLE, *ab ipſomet exarata*, concernit notitiam de calculo veſicae, cuius ſymptomatibus ipſe per plures annos vexatus fuit, et contra quem multa in auxilium vocauit remedia absque exoptato ſucceſſu, donec ipſi in manus venerit ille commentarius, quem Cl. WHYTT de uſu aquae calcis viuae conſcriptum, quinto Edimburgenſium tentaminum volumini inſeruit *, ſecundum cuius praecepta ab initio ſemunciam ſaponis cum dimidia menſura modo dictae aquae, ex oſtrearum teſtis calcinatis praeparatae, et deinde unciam ſaponis unam cum aquae illius menſura una et ſemiſſe per ſingulos dies plurium menſium adhibuit, et ex eius uſu optime ſe habuit. Quoniam eum ſe experiri caſum exiſtimat, ubi calculus quidem excerni non poteſt, ſed tantum laeuigari, ne amplius laedat veſicam, tertia et ſaponis et illius aquae parte illius

* De eodem argumento librum edidit anno praeterito Cl. WHYTT ſub hoc titulo: *An Eſſay on the Virtues of Lime-Water in the Cure of Stone*, cui appendicis loco, ſupra iam allegata Ill. WALPOLE relatio annexa eſt. Vberiorem eius libri recenſionem proxime cum lectoribus noſtris communicaturi ſumus.

lius quantitatis adhuc quotidie utitur, quam olim totam aſſumſerat.

10) *Epitome obſeruationum per Abb.* NOLLET, *in Italia, in Cauerna Canium* (Grotta de Cani) *inſtitutarum. Ex gallico ſermone translatarum a Cl.* THO. STACK. Notatu omnino digna ſunt obſeruata, a Cl. Auctore exhibita, quod varia phaenomena, de hac cauerna cognita, dilucidius explicant, cum et in ſe ipſo experimenta inſtituere non dubitauerit Cl. Auctor. Situs primo deſcribitur, qui ad ripam orientalem lacus Agnani eſt, Neapolin inter atque Puteolum, prope eam naturale balneum laconicum, quod *Stoſe di San Germano* dicitur, exſtructum eſſe obſeruatur. Ipſa cauerna in arenoſa et tenaciori terra ſita eſt, ex fundo eius, ſi aperitur, vapor aſcendit, illi, qui ex ardentibus leuari ſolet carbonibus, ſimilis, lente tamen mouetur, et ad ſex tantum digitorum altitudinem deuenit, nec facile cum aere atmoſphaerico commiſceri ſe patitur, quod prope eam intuenti iam patet, in ipſo vero ingreſſu humida eſſe obſeruatur cauerna ad decem pollicum altitudinem, in quo etiam ſpatio calor, aquae ebullientis ſimilis, membra afficit. Thermometrum REAUMURII ad 29° aſcendit, quod in aere externo 18° tantum demonſtrauerat. Eadem porro, iterum exeunte Cl. NOLLETO, extus obſeruabantur phaenomena, et vapor et calor, quem itaque tum ex aperta cauerna, tum ex ipſo ſolo extra cauernam procedere, nunc confirmabatur idem; nam et hic admota candelae flamma mox extinguebatur. Fumus praeter ea in aere non adſcendebat, ſed adhaerens vapori cum eo etiam per decliuia loca deorſum procedebat. Poſt canis in cauernam immittebatur, qui per tria minuta horae momenta in vapore contentus, difficile reſpirans, ronchum et ſtertorem edebat, libero autem aeri redditus, breui ad ſe redibat. Idem experimentum

p. 48.

p. 52.

mentum in gallo, ranis, ſcarabaeis, papilionibus repetiebatur, tunc autem reptilia et inſecta diutius perdurarunt, ac alia animalia. Ad intelligendam itaque huius vaporis naturam, quem plerumque peſtilentialem eſſe putant, nouis uſus eſt Cl. Auctor tentaminibus: particulam papyri coerulei, per dimidium horae ſpatium in fundum reponens, calidam nec humidam, et in violaceum colorem paululum declinantem deprehendit: tubum vitreum vapore repleuit, et colorem ſyrupi violarum immiſſi immutatum conſpexit, etiam, ſi terrae quandam partem admiſcuerit: linteum, in aceto vini humectatum, cum vapore nullum motum excitauit: interim idem linteum, ori canis applicatum, et ſpongia, aceto plena, ad nares eiusdem poſita, eundem a ſymptomatibus conſuetis, a vapore excitandis, non liberauit. Interim ex his veram vaporum indolem non declarari poſſe libere fatetur Cl. Auctor, licet, nec ſulphuream, nec arſenicalem, nec alcalinam aut acidam eſſe inde pateat: hinc autem inductus fuit Noſter, ut in ſe ipſo rei experimentum caperet. In genua ergo prouolutus, manus fundo applicauit, et ad eum faciem inclinauit, apertos tenens oculos, exſerta ex ore lingua, et retinens ſpiritum, quo facto ſenſum aquae feruentis, ſalem continentis, percepit, oculorumque nictitationem, ſed ſine ſapore atque dolore. Nec deglutitum vaporem nocere ex eo cognouit, quod pullus immerſus ſine noxa panem deuoraret. Quo igitur reſpiratione in corpus deductum eundem, innoxium quem viderat in variis tentaminibus, experiretur, denuo animo conſtanti hoc vapore ſuos repleuit pulmones, nec, niſi ſenſum ſuffocantem, qui exoritur, dum circa ardentem ignem aut in nimis calefacto loco reſpiratio fit, percepit. Verum, cum ex ante dictis conſtet, nihil venenati ineſſe huic vapori, cauſam ſuffocantem in nimiam aeris tenuitatem coniiciendam eſſe putat Cl. Auctor, et ad

p. 55.

et ad reſpirationem ineptitudinem, hancque ſuam ſententiam variis rationibus corroborat.

11) Cl. PATRICII MVRDOCKE *ad* ROB. SMITH *epiſtola de medio apogei lunaris motu* eius computum ex principiis Newtonisnis talem elicere laborat, qui obſeruationibus reſpondeat. p. 62.

12) *Experimenta cum veneno Lamaſenſi et Ticunaſenſi, in viuorum animantium copia facta, a Cl.* HERISSANT. *Commentarius ex gallico anglice redditus a Cl.* THO. STACK. Lamas, paruum in prouinciae Americanae, Peru dictae, ſuperiore parte ſitum oppidum, Hiſpanorum ditioni ſubiectum, huic veneno dedit nomen ideo, quod illius incolae, uti et aliae nationes Indicae, *Ticunas*, *Peras*, e. ſ. p. ex certis plantis, in primis ex iis, quas Galli vocant *Lianes*, coquendo illud extrahunt, atque, dum venantur, ſagittarum cuſpides eo tingunt, eaque ratione animalia leui vulnere, in quod vel pauca veneni illius pars tranſit, illico necare ſolent. Cl. DE LA CONDAMINE in deſcriptione itineris, quod in Americam ſuſcepit, illius iam fecit mentionem, a quo etiam Cl. HERISSANT aliquam eius copiam accepit, cum quo hic loci enarrata inſtituit experimenta. Ipſe vero, dum ante eius uſum praeſcripto illud modo, nimirum diluendo id in aqua et deinde per euaporationem in extracti formam redigendo, praeparauit, in ſummum vitae periculum incurrit, vaporibus ſcilicet eius valde nociuis inſpiratis. Poculum tamen vini, in quo multum ſacchari ſolutum fuerat, animam reuocabat aufugituram: ſaccharum enim ab ipſis Indis optimum eſſe antidotum creditur. Experimentorum, quae permulta omnino ſunt, ſumma eo redit: animantia quadrupeda cuncta itemque aues, quibus per vulnuſculum applicatum fuerat iſtud venenum, cito perierunt; piſces autem, inſecta atque reptilia, p. 75.

v. c. carpiones, muſcae, limaces, vitam retinuerunt,
p. 81. licet eorum quaedam valde inde affecta fuerint. Notari meretur, quod animantium, hoc veneno occiſorum, eſus nemini fuerit nociuus. Inter alias res, ne arſenico quidam excepto, quas experimenti cauſa in vulnera, eum in finem animantibus inflicta, immiſit, nulla tantas tamque ſimiles veneni illius effectibus excitauit turbas, quam extractum hellebori albi. Sanguis ex vena caua alicuius canis, Ticunaſenſi veneno enecati, depromtus, et in paruum, aliis pluribus animalibus ictum, vulnuſculum inditus, ea reddidit valde aegrotantia, tandemque poſt quatuor aut quinque dies e medio ſuſtulit. Inter omnia, in quibus veneni vis tentata fuit, animantia equis nullum magis atque diutius reſtitit, omniumque plura
p. 90. expertum fuit ante mortem ſymptomata. Plurima vero animalia parum doloris ante mortem ab actione veneni experiri viſa, omnia vero ſubitanea et uniuerſali paralyſi correpta fuerunt; muſculis, poſt mortem adeo contractis, ut ne guttula quidem ſanguinis ex illis inciſis efflueret; tactu illi etiam viſcoſi fuerunt, uti caro putreſcere incipiens, id quod certiſſimum mortis, a veneno inductae, ſignum fuit. Sanguinem autem omnem, durante veneni actione, in hepar atque pulmones ferri, Cl. Auctor deprehendit. Nec ſaccharum, neque ſal marinum, verum eſſe antidotum ideo haberi poſſe dicit, quoniam utriusque actionem velociſſima veneni vis ut plurimum praeuenire ſolita fuerit: candens autem ferrum, illico applicatum, certius iuuare, obſeruauit. Quo obeſius fuit animal, eo tardius; quo alacrius autem, eo citius illud periit. Notetur adhuc, quod venenum, inſtrumento illitum, ante eius uſum fieri debeat ſiccum, ne, vulnere facto, in ſuperficie cutis tantum haereat: tum enim vel plane non, vel ſaltem tardius occidit.

13) *Obſeruatio de femina, ex cuius corpore oſſa foetus extracta fuerunt*, Auctore THOMAS DEBENHAM, *Chirurg. Debenham. in comitatu Suffolcienſi.* p. 92.
Femina quadraginta quatuor annorum, quae iam ſeptem vicibus felix extiterat puerpera, denuo doloribus ad partum afficitur, ita quidem, ut eum inſtare ipſa crederet obſtetrix. Sed pauco tantum effuſo ſanguine, omnia iterum conquieſcebant, niſi quod febris ſuperueniret, cum magna virium proſtratione, animi deliquio et nauſea. Exhibitis vero variis, huic morbo conuenientibus, remediis melius ſe habebat, et anno demum integro praeterlapſo vehementibus doloribus iterum vexabatur aegra, qui exhibito anodyno paulum conquieſcunt. Paulo poſt dolor, tumor atque rubor circa umbilicum enaſcebatur, et aperto tumore cum foetida materie ſcapula foetus exibat ex ampliato deinde vulnere paulatim reliqua oſſa extrahebantur; praeter cranium, quod per partes mediante forcipe eximebatur. Sed, cum haec oſſa, acutis inſtructa marginibus, laederent inteſtina, faeces etiam per vulnus exibant, et quaedam oſſa per vaginam excernebantur, Quibus autem peractis vulnus iterum conſolidabatur et aegra feliciter perſanabatur, immo poſt demum, ut in naturali partu, mammae lacte replebantur.

14) *Inuenta noua, ad hiſtoriam Coralliorum ſpectantia*, Auctore VITALIANO DONATI, eadem ſunt, quae in maiori opere iam deſcripta extant, et de quibus alio mentionem fecimus loco *. p. 95.

15) *Diſſertatio de claſſe Phocae marinae*, Auctore IAC. PARSONS, M. D. Alibi iam iam de ea Phocae ſpecie, quam vitulum marinum vocant, p. 109.

* Scilicet in *Storia naturale dell' adriatico*, Venetiis 1750. edita p. 43. et quae de coralliis retulimus in Comment. noſtr. Vol. I. P. III. p. 481.

vocant, deſcriptionem exhibens Cl. Auctor *, nunc nouam, cum ipſi eam conſpiciendi data fuerit facultas, quandam depingit, ſimulque diuerſas huc pertinentes ſpecies, recenſet. Cum viuum tantum illud animal perluſtrauerit, hinc omnium partium conuenientem diſquiſitionem non potuerit inſtituere, mox de vero eius ſexu ambigit, maſculini autem generis illud fuiſſe, varia ipſum perſuadent momenta, quod nimirum eam pudendarum partium, ac in olim deſcripta, conformationem non inuenit, neque mammas deprehendit, ſed ſub umbilicali regione orificium detexit, cui penem inhaerere credit, quippe qui animali, quod poſterioribus pinnatis pedibus incedere nequit, extra abdomen emergens moleſtus eſſe potuiſſet. Species autem huius generis a proportione, magnitudine, dentibus, et palmatis pedibus diſtingui debere monet. Longe enim id, de quo nunc agit, breuius craſſiusque eſt, ac olim notatum, et GREWIVS mentionem facit alius, longo collo inſtructi, ipſe deinde Auctor poſſidet aliud, capite, teſtudinis ſimili, inſtructum, colloque contractiore, cuius anteriores pedes etiam quinque digitos unguiculatos habent. Magnitudo porro multum variat. Manatus reliqua facile hac antecellit. Docilia haec animalia eſſe, tum exemplum hoc, tum alia a CHARLETONO et PETRO MARTYRE notata, confirmant. Noſtrum enim animal, audita voce ſui gubernatoris ex aqua emergit, ex manibus eius cibum capit, ſe ſe in terram proiicit, atque in aquas iuſſum reuertitur. In dentium numero deinde omnibus una eademque ratio non eſt, manatus dentes utriusque maxillae cute tectos, roſmarus (*walrus*) magnitudine diſpar, caninos ſuperioris maxillae longe extantes habet. His ſimiles ſunt alia, vix pedem longa animalia, quorum color cutis pilorum multis modis diſcrepans vere, bene notante Cl. Auctore,

* Conf. Phil. Tranſactions Num. 469. p. 483.

Auctore, varietates tantum ſiſtit. Tandem WALTERVS in itinerario ANSONI peculiaris ſpeciei mentionem iniicit, quam *leonem marinum* vocant, et quae magnitudine maior eſt *vitulo marino**. Ex his autem momentis Cl. Auctor defendit LINNAEVM, quod quadrupedum claſſi magis, quam amphibiorum adnumerauerit haec animalia, et duabus, ab illo adductis, ſpecies alias iungit, quarum nomina haec ſunt:

α) *Phoca minor, dentibus caninis tectis, palmis anterioribus digitatis, ungulatis, piloſis, poſterioribus latis ordinariis, ungulis teretibus donatis.*

β) *Phoca minor, dentibus caninis tectis, ceruice longiore, capite lutrae caput referente, palmis anterioribus latis non digitatis, poſterioribus latis ordinariis.*

γ) *Phoca minor, dentibus caninis tectis, palmis anterioribus digitatis, ungulatis, poſterioribus latis ordinariis, collo conſtricto, capite teſtudiniforme.*

δ) *Phoca maior dentibus caninis tectis, palmis anterioribus digitatis, ungulatis, poſterioribus latis ordinariis, corpore longiore.*

ε) *Phoca maior, dentibus caninis tectis, palmis anterioribus digitatis, ungulatis, poſterioribus latis biſidis.*

Omnes in muſeo ſuo ſeruat Cl. Auctor, tresque priores in Tab. VI depingere curauit. In fine notat *vaccam marinam* a DE LA CONDAMINE deſcriptam, aliam phocae ſpeciem eſſe.

16) *De*

* Forte, ſi deſcriptis notis fides habenda, idem illud animal eſt, quod STELLERVS, in Kamtſchaticis regionibus offendens, *leonis marini* ſub nomine propoſuit. Vid. Comm. Acad. Petrop. Tom. II. p. 360. et Comm. noſtr. Vol. II. Part. III. p. 515.

p. 123. 16) *De iliaca paſſione ab inteſtinorum amplorum paralyſi orta, relatio cum Dno.* DE CASTRO *communicata, et a Cl.* THOM. STACK *ex latino anglice verſa.* Vir ſeptuaginta annorum a prima aetate duris laboribus adſuetus, per ſex ultimos annos rheumaticis ſaepe doloribus, aliisque paulo poſt iisque vehementiſſimis, in abdomine poſt ſummum terrorem ortis, excreto ſimul per anum ſanguine, excruciabatur, qui non numquam quidem euaneſcentes, frequenter autem per omnes hiemales menſes redibant, cum aluo ut plurimum valde adſtricta. Menſe martio tandem atroces circa umbilici regionem ſaeuientes dolores, cum omnibus febris acutae ſymptomatibus, miſerum hunc hominem torquebant, nulla arte nulloque auxilio compeſcendi; octauo quidem die paulo mitiores facti, mox autem eo maiori vi recrudeſcentes. Quam ob rem die decimo quinto ſex unciae mercurii viui cum oleo amygdalarum dulcium, ſuperhauſtis purgantibus, propinabantur. Inde quidem aluus fiebat aperta, nigris eiectis excrementis, absque ulla tamen mercurii parte: ſed perpetui accedebant vomitus, faecibus cum mercurio per os expulſis, donec tandem die viceſimo aeger exſpiraret. In aperto deinde cadauere omentum conſumtum, colon in variis locis inflammatum, et horrendo modo extenſum, ligamenta eius prorſus obliterata, caecum vehementer expanſum, gangraenoſum atque perforatum, valuula eius nulla, utriusque vero huius inteſtini interior ſuperficies ad modum laeuigata, mercurius autem in cauitatem abdominis effuſus, reliquae vero corporis partes ſanae, deprehendebantur.

p. 126. 17) *Epiſtola a Secretario Reg. Acad. Scientiar. Suecicae* ad CROMWELL MORTIMER *data, de variatione acus magneticae.*

18) *Ex-*

18) *Excerptum ex literis, per* FREEMANN, *Neapoli ad Ill. feminam* MARY CAPEL *miſſis, de ruinis urbis, Herculaneum dictae.* p. 131.

19) *Epiſtola ad Praeſidem Soc. miſſa, de hermaphrodito, Londini viſo,* auctore IAC. PARSONS. Poſt accuratam partium genitalium diſquiſitionem, hoc, pro hermaphrodito habitum, ſubiectum vere feminam eſſe cognouit Cl. Auctor, cui clitoris tantum ad indecentem excreuerit longitudinem, et vagina proceſſu cutaneo, a perinaeo ſurſum deducto et utrumque labium contingente, clauſa fuerit deprehenſa. Hac enim forcipe ablata, vaginae orificium in conſpectum venit. Cum autem foetus omnis maiori clitoride, quod obſeruationes confirmant, ſit inſtructus, inter reliquas partes, maiori incremento copioſiorique ſenſim abſcondenda, a primis iam initiis eius augmentum fieri et continuari in talibus, quae hermaphroditos ſiſtunt, femellis, putat Cl. Auctor, easque tam frequentes in Aſia Africaque deprehendi monet, ut ſingulare chirurgiae genus, in reſecanda vel imminuenda clitoride occupatum, ab ALBVCASI aliisque adnotatum fuerit. Alterum momentum, quod a mammarum magnitudine minori in praeſenti femina deſumſerunt non nulli, ſic refellit, ut eas etiam, ratione habita aetatis, et roboris corporis, reliquarum feminarum mammas ſuperare doceat. p. 142.

20) *Relatio de teneriori Cercopitheco, communicata* MARTIN FOLKES, *Reg. Acad. Praeſidi,* per IAC. PARSONS. Ex minoribus illis cercopithecis eſt, quem *Sagouin* vulgo vocant, cuius longitudo a naſo ad caudae radicem ſeptem et dimidii digitorum, faciei longitudo unius digiti, et latitudo tres quartas digiti, pondus duodecim unciarum fuit. Facies nuda, carnei coloris, oculi toti nigri, aures patulae p. 146.

fuſcae, denſis nigrisque pilis obuallatae, nucha et extremitates nigricantes, reliqui corporis pili fuſci et lutei mixti, immo ſingulus ex his coloribus variegatus, obſeruantur. Delineatur maſculus in tab. VII, qui in eo diſcrepat a femina, ut paulo maior ſit. Pauca his Cl. Auctor de victu eorum ſubiungit. De hac ſpecie iam egit MARCGRAVIVS, et eadem eſſe nobis videtur, quam depictam dedit KLEINIVS *.

p. 150. 21) *Epitome epiſtolae Neapoli miſſae, de* Herculaneo, *continens deſcriptionem loci, et quicquid ibidem inuentum fuit.*

p. 159. 22) *Occultatio planetae Veneris per lunam tempore diurno, Londini obſeruata a. d. 16 apr. 1751. ſt. v.* Auctore IO. BEVIS.

p. 164. 23) *Relatio de notatu digna apparentia in luna a. d. 22 april. 1751. facta per* IAC. SHORT.

p. 166. 24) *Catalogus quinquaginta plantarum horti Chelſeyani, ſocietati regiae exhibitus a ſocietate pharmacopoeorum ann. 1750 per* IO. WILMER, *praef. horti Chelſeyani,* ut mos eſt, ſecundum literarum ordinem plantas nouas, in hortum introductas, recenſet.

p. 169. 25) *Obſeruationes quaedam, ad ſexum florum pertinentes,* Auctore Cl. W. WATSON, *occaſione epiſtolae, de eadem materia a* MYLIO, *Berolini ſcriptae.* Cum Cl. MYLIVS foecundationem palmae, Berolini factam **, tranſcriberet Cl. WATSON, anſa inde

* Hiſt. Quadruped. §. 39. p. 87. Tab. III. Lubec. 1751. 4.

** De hac accurate diſſeruit ipſe experimenti Cl. Auctor GLEDITSCHIVS in Comment. Acad. Reg. Scient. Berol. 1749. p. 108. Conf. etiam Comment. noſtr. Vol. I. P. III. p. 401.

inde huic ſuppeditabatur, quaedam de ſexu proponendi vegetabilium. Sed ſatis nota iam pleraque ſunt, quae de maſculinis feminisque floribus, et erronea veterum de illis opinione, proponit, ut unicum tantum momentum, quod adducamus, neceſſe ſit. A p. 181. MILLERO ſcilicet et RATHGEB annotatum fuiſſe morum atque lentiſcum, iuniores arbuſculas, maſculos flores tantum ferentes, per aetatem fructus etiam habuiſſe et perfeciſſe.

26) *Duae epiſtolae* IO. HARRISON, *Cantabrigiae in Noua Anglia, ad* PETR. COLLINSON *directae, de noua ſpecie veſpae.* p. 184. Obſeruauit nimirum Cl. Auctor menſe iulio ad tectum domus ligneae, quae in horto eius exſtructa erat, corpus rotundum, obtuſo apice terminatum, in quem minor cauitas patebat. Minores autem tenerioresque veſpas illud conſtruxiſſe mox intelligebat, quibus ſex pedes dati erant, nigri prope corpus, lutei poſt, et cinnamomei coloris; quaedam ex his corpus, variis luteolis annulis, circuli inſtar circumeuntibus inſtructum habebant, ſuperius denticulatum. Interſtitia annulorum dilutius lutea erant, facies lutea, caput duobus cornubus ornatum. Agglutinabant operoſae veſpae hoc aedificium variis rotundis, a ſe inuicem diſtantibus, ſibique impoſitis, tegminibus domus tecto. Sed cum exteriorem aeque ac interiorem receptaculi partem exſtruant, apum ſolertiae et dexteritati hanc veſparum praeferendam eſſe putat Cl. HARRISON, deſcribens porro, quantum ipſi intueri licuit, earum agendi modum. Materiam, quam adhibent, expiſcari tamen non potuit, afferunt paſtam, quam prioribus continent pedibus, intus eam apponunt, et mox ab externa parte dilatant cellulam, tegminumque angulo affigunt, cornubusque poliunt. Continuabant hoc opus ad decimum ſextum diem menſis auguſti, poſt ceſſabant et parum ſenſim addebant. Tandem exibant

 duae,

duae, maioris molis, quas Cl. Auctor *reginas* fuiſſe, vel feminas putat, quod aliquoties in menſem ſeptembrem uſque contingebat. Per hyemem autem nihil praeter ea obſeruabatur, et quod ingruente vere nullum horum redibat animalculorum, annuum opus eſſe eorum recte iudicat Noſter, nec non pauca viuendo attingere nouam aeſtatem, ut ſpecies ſeruetur, magna autem multitudo noxia non euadat.

p. 188. 27) *Epiſtola Cl.* COE *ad Cl.* CROMWELL MORTIMER *data, notitiam de homine valde obeſo continens.* Camudolani, urbis in prouincia Eſſexia ſitae, degit obeſus ille vir, mercaturam ibidem agens, e gente ortus ob homines valde obeſos ſemper illuſtri, a teneris iam inde in pinguetudinem pronus, attamen alacris, robuſtus atque labore ſemper exercitatus, binis ultimis vitae ſuae annis exceptis, tum temporis nimirum corpore nimis grauus factus. Adoleſcens duodecim annorum ponderatus 544 *, deinde cum annum ageret undeuiceſimum, 336, et tandem vir nouem et viginti annorum, menſe ante ſuum obitum decimo tertio ultima vice trutinam conſcendens, 584 librarum pondus aequabat. Tempore mortis quidem eius grauitas denuo examinata non fuit: cum vero ex omnium, qui viderunt eum, teſtimonio maius adhuc ceperit incrementum, ex minima ratione, in qua antea creuerat, minimum 616 librarum pondus explere vel potius ſuperare debuit. Longus is ipſe fuit 5 pedes, 9 pollices ſemis; craſſus autem ſub axillis 5 pedes, 6 pollices, et circum abdomen 6 pedes, 11 pollices, circum brachium medium

* In nota aliqua huic commentario ſubiecta relatum legitur, quod adhuc dum Camudolani puer ſit 14 annorum eiusdem ponderis. Apud nos quoque hic Lipſiae ante paucos menſes exemplum infantis duorum annorum perrarae magnitudinis atque craſſitiei habuimus, de quo in Promtuarii hamburgenſis tomi undecimi faſciculo quarto fuſius agitur.

dium 2 pedes, 2 pollices et circum femur 2 pedes, 8 pollices. Bona caeteroquin corporis gaudebat valetudine optimoque appetitu, ita, ut adoleſcens adhuc vorax eſſet, et aetate poſt ea prouectior alimentorum haud certe minorem aſſumeret copiam, ac alius vir ſanus. Tribus modo ultimis vitae ſuae annis una alteraque vice femoris aegrotabat inflammatione, ſemper in gangraenam tendente, feliciter tamen curata. Obiit tandem 1750, triceſimo aetatis ſuae anno, magnum ſui deſiderium, ut viri honeſti omnique cetero reſpectu infucato amore digniſſimi, poſt ſe relinquens.

28) *De effectibus hyoſcyami albi, in epiſtola ad Cl.* IO PRINGLE, *agit D.* IO. STEDMANN. Quidam ex militibus, in Brabantia Hollandia in hibernis collocati, quinque ſcilicet viri duaeque mulieres, conciſis foliis et coctis hyoſcyami veſcebantur, quibus adſumtis vertigine et ſtupore, ebriorum inſtar, afficiebantur. Poſt tres horas quidam ex his omnia perſentiſcebant ſymptomata, quae cum delirio febrili adeſſe obſeruantur. Pulſus irregularis erat, color faciei ſaepius mutabatur, oculi torui, praecipue etiam pedum grauitatem experiebantur. Exhibebatur iis ipecacuanha cum aqua calida, et addito oleo, ii, qui inde vomebant, liberabantur ab incommodis, alii et delirantes illi, magna licet aſſumta doſi non vomebant, ſed ſudore diffluebant, copioſe urinam excernebant, et tunc liberi ab ſymptomatis fiebant. Vnicus tantum nullo mouebatur modo, inquietus reſtabat, altero tamen die de temulentorum affectionibus conquerebatur, ſupermanentibus debilitate, grauitate ventriculi, torminibus ventris, dolore capitis, vertigine, quae per menſem adhuc perdurarunt. Vna ex feminis autem manum rigidam et tumefactam inde accepit, quamuis, vix quindecim aut viginti folia adhibita et decem menſuris aquae decocta atque dimidia tantum portio aſſumta, fuerunt. p. 194.

rint. Notat ſimul venenatum taxi effectum in equis animaduerſum fuiſſe Cl. STEDMANN, qui poſt quatuor iam horas, deuoratae plantae, ſine praeuiis ſymptomatibus, in terram prolapſi, ſub variis motibus mox perierunt.

Cum autem Cl. WATSONVS ob plantae illius, quam hyoſcyamum vocauerat album obſeruationis Auctor, deſcriptionem ſibi dubium enaſci videret, quod ille in locis ſeptentrionalibus Brabantiae ſponte proueniſſe non obſeruatus ſit, meliori iure, hunc hyoſcyamum, quem nigrum appellant, fuiſſe affirmat, cuius notas aliquas recenſet, ex quibus optima illa eſt quod niger ſic dictus, folia ſine petiolo caulem amplectentia obtineat.

p. 197. 29) *De cylindris machinarum, quibus vi aquae calidae, in vapores mutatae, modus producitur*, (*fire engines* vocant, noſter aptius *ſteam engines*) agit Cl. FR. BLAKE illorumque conditiones ex rationibus geometricis definit, optimos, ſi cetera paria ſint, ampliſſimas pronuncians.

p. 201. 30) IO. BRADLEIVS veneris, a luna april. 15 ſt. v. 1751 occultatae, obſeruationem, Grenouici habitam, edit.

p. 202. 31) *Relatio de Cl.* BENI. FRANCKLINI *tractatu, nuper publicato, ſub titulo: Experimenta et obſeruationes de electricitate, inſtitutae Philadelphiae in America, data a* W. WATSON. Expoſitis prius iis, quae ad normam, qua libellus conſcriptus eſt, pertinent, de ultima epiſtola, ſunt autem earum quatuor, paullo fuſius agit, in qua noua hypotheſis de tonitru fulgureque proponitur. Comprobat in eadem materiae electricae ſubtilitatem ſummam, mutuum repulſum et attractionem cum alia quacunque materia, eiusque in corpore, in quod ea deuenit, penetra-

netrationem. Atmoſphaeram electricam oriri Cl. Auctor putat, ſi plus materiae electricae applicetur, quam quae poſſit a corpore quodam recipi. Conuenientiam deinde monſtrare ſatagit, quae huic materiae intercedit ac fulguri. Ex multis autem hanc in rem inſtitutis pauca tantum adducit Cl. WATSON. Columba e. c. a fulgure electrico excoecata fuit, quod ſaepe a fulgure naturali aliis accidit animantibus. Probat porro corporum odoriferorum particulas nunquam electricae materiae admiſceri potuiſſe, quamuis operoſis tentaminibus hunc effectum ut conſequeretur, dederit operam. Tandem de vi, quam in meleagride enecanda exercet electricitas, quae per Cl. COLLINSONVM communicauit Cl. FRANCKLINVS, recenſet WATSON; quae, quinque ampullis vitreis, methodo Muſſchenbroeckiana fortior reddita, uno momento occidit eam, decem librarum ponderis. Carnem autem ſimul teneriorem redditam fuiſſe monet. Sed, num homo eadem poſſit ſine detrimento pati, experturus in eo experimentum coepit, et vehementem commotionem corporis et animi per breue tempus quidem, ſed tumore manus, ſtupore et eroſionis in faucibus ſenſu remanentibus, inde proficiſci obſeruauit, nullus dubitans, incauta applicatione facta hominem quoque poſſe enecari.

32) Ad Cl. HALESIVM *Epiſtola* Cl. HENRICI p. 211.
ELLIS experimenta in naue, cui praeeſt ELLIS, capta recenſet praecipue, quae ad ventilatorem Haleſianum pertinent. Candela cerea, in fundum nauis (*hold*) demiſſa, 30 minutis perdidit grana 67, cum locus ſpatio horarum 24 ventilationem non eſſet expertus, ſed poſt ventilationem, 6 horis inſtitutam, perdidit grana 94½. Similiter in aere eius loci, ventilatione non renouato, lamina argentea ſaltim minutis primis 17, ſecundis 30, reflectendo diſtincte

ſtincte lumini idonea manſit, ſed ubi ventilatio per 4 horas fuerat peracta, ſplendorem horas 4. min. 47. retinuit. Campana etiam in impuro illo aere pauciores vibrationes peregit, quam in eo, quem ventilator renouauerat. Hoc igitur inſtrumento adhibito fundus nauis, humidus in plerisque nauibus, his ſiccus eſt, armaque ibi nullo velamine tecta, ſplendida ſeruantur. Additur his experimentum, demiſſo in mare vaſculo captum, quod aquam in data profunditate hauſit, inditum vero habuit thermometrum Fahrenheitianum, quod frigidiorem aquam marinam, quo profundior eſt, oſtendit, donec ad profunditatem 5346 pedes deſcendit, maiores profunditates incrementum frigoris oſtenderunt nullum. Data eſt epiſtola ad Caput *Monte* Africae. Subiungitur Cl. STEPH. HALLESII de ipſo hoc inſtrumento animaduerſio.

p. 216. 33) *De Romanorum coloniis atque ſtatiuis in comitatibus Ceſtrienſi et Lancaſtrienſi, (Cheſhire et Lancaſhire) obſeruationes ab Ill.* THOM. PERCIVAL *conſcriptae et cum ſocietate communicatae a Duo.* WILLOUGHBY.

p. 231. 34) Cl. WINKLERI noſtratis *experimenta de vitris electricitatis ope odoribus peruiis, ut in Anglia ſucceſſerint*, Cl. WATSONVS enarrat. Praemittuntur, quae Cl. WINKLERVS hac de re bis ad MORTIMERVM ſcripſerat, ultima vice cum apparatum, his experimentis perficiendis idoneum, ſocietati regiae transmiſit. Hoc igitur apparatu prorſus nihil mutato, pluribus praeſentibus, inſtituta ſunt experimenta, ſollicite obſeruatis iis, quae WINKLERVS praeſcripſerat, ſed nihil odoris percipi potuit, electricitatis ipſius parum, ut Anglis quidem veritas crediti huius electrici phaenomeni perſuaſa nondum ſit.

35) *Bre-*

35) *Breuis expoſitio de horto epiſcopi Londinenſis, qui Fulhami eſt per* W. WATSON. Prima huius horti fundamenta iecit HENRICVS COMPTON, epiſcopus Londini ab an. 1675 ad 1713, quo tempore ex omni fere mundi plaga pro ſummo, quo tenebatur botanices feruore, congeſſit, quicquid rarum curioſumque exiſtebat, ita, ut decenti cum praeconio eius mentionem fecerint RAIVS, HERMANNVS, PLUKENET et COMMELINVS. Poſt eius obitum autem varia ille hortus perpeſſus eſt fata, a negligentioribus in primis, ut fit, tractatus hortulanis. Nihilo tamen ſecius, poſt dimidium fere ſeculum adhuc ibidem deprehenduntur, rarae quaedam arbores, quae ſub dio incorruptae, hiemis etiam iniurias perpeſſae, adhuc ſuperſunt, quarum nomina et recenſet Cl. WATSON, et variis climatibus exoticas quasdam plantas ſenſim aſſuefieri ſimul docet. Sunt eae triginta et tres numero. p. 241.

36) *Iridem inuerſam bis in gramine viſam deſcribit Cl.* PHILIPPVS CARTERET WEBB *Equ.* Inuerſam vocat, quia vertex iridis ipſi proximus fuit, et dimenſiones exhibet. Nulli auctorum deſcriptam credit praeter quam ROHAVLTIO in phyſica, ſed in notula adiecta monet LANGWITHIVM ſimilem dediſſe in Phil. Tranſ. n. 369. p. 229. Nobisque addere liceat, deſcribi phaenomenon a CHR. MENZELIO in Ephemerid. N. C. an. 1686. obſ. 134. p. 273, qui figurae explicandae cauſa geometrarum opem implorat. Monuit autem IACOBVS BERNOVLLIVS Oper. T. I. N. 35. p. 400 facile figuram definiri, cum iris talis in guttulis roridis, ad plantas pendulis ſimili modo, ut aerea, pingatur. p. 248.

37) *Epitomae aliquot epiſtolarum a Cll. viris,* HUXHAM *et* TRIPE, *ſcriptarum de cadauere Stavertonii (Staverton) in cella aliqua concamerata templi reperto.* 10. p. 253.

reperta. Cum societate eas communicauit Cl. THOM. STACK. Cum ſepulcrum aliquod concameratum anno 1749 in iam dicti loci templo aperiretur, in quo per longius quam octoginta annorum ſpatium nullum conditum fuerat cadauer, tale ibidem reperiebatur, quoad omnes ſuas partes adhuc integrum, ac ſi modo iam iam ſepultum fuiſſet. Totum corpus erat opimum, cutis candida, leuis, lenis ac elaſtica; capillus denſus, atque articuli tam flexiles, quam ſi vita ſupereſſet *. Amiculum ferale perfecte adhuc firmum et duobus aliis inuolucris lineis, atro quodam piceo liquore tinctis, inuolutum deprehendebatur; loculus autem, in quo condebatur cadauer, e quercu ſculptus erat, magno lapide truncoque ligneo ſuper eum poſito, forte propter aquam, quae copioſa aderat in cella, ne natare ille poſſet. Inde cauſas quoque deducit Cl. TRIPE, cur non in putredinem abierit illud corpus: picea enim inuolucra ab illo arcuiſſe putat aerem, et aquam circumfuſam picis conſeruaſſe tenacitatem. Picem enim liquidam cum terebinthina mixtam conſtituiſſe illam ſubſtantiam inuolucris illitam, ideo Cl. HUXHAM exiſtimat, quod in ſpiritu vini eam facile diſſoluere potuerit, odore ſimul eodem obſeruato. Hanc generalem rari huius phaenomeni deſcriptionem ſequitur in alia Cl. TRIPE epiſtola uberior et ſatis ampla lectuque digniſſima relatio de ipſa cadaueris multo ſtudio facta diſſectione, ex qua in genere apparet, illud omnino per tam longum tempus a putredine intactum manſiſſe.

p. 263. 38) *Ex Cl.* EVLERI *ad Cl.* WETSTEINIVM epiſtola adducitur, reperiſſe computis ſuis Cl. EVLERVM aeque

* Similis obſeruatio de tribus per ſexaginta annos incorruptis manſis cadaueribus legitur in Promtuarii hamburgenſis tomo nono pag. 586; quae eo magis notari meretur, quo minus detegi huc uſque potuit cauſa tam rari phaenomeni.

aeque ac Cl. CLAIRAUT, apogei lunaris motum tadem esse, qualem exhibet theoria Newtoniana.

39) *Epitome duarum epistolarum, unius d. 17 mar-* p. 265.
tii 1749, alterius d. 9 augusti 1750, a Cl. ALSTON *ad Cl.* MORTIMER, *datarum.* De calcis viuae singulari quadam proprietate, numquam huc usque obseruata Cl. Auctori visa, agitur, quod ea nimirum virtutem suam per tres modo annos conseruet, eamque aquae superinfusae communicet. Cum enim anno 1743 duabus calcis viuae libris viginti quatuor aquae libras infunderet Cl. Auctor, illam, omnibus calcis viribus semper impraegnatam, saepe defundere potuit, eadem singulis vicibus reddita aquae copia. Sub finem autem anni tertii aqua superinfusa immutata manebat, nec crustis in eius superficie, neque reliquis calcis viuae praesentis signis, deprehensis. Calx haec ex communi lapide calcario fuerat praeparata. Vasculum, cui inerat aqua, non coopertum fuit. Alia vero calcis eius pars in vase clauso per tres annos sicca conseruata, in puluerem quidem cito dehiscebat; sed puluis hic nullam aquae affusae vim conciliabat. Perpetua quoque ruricolarum esse dicitur obseruatio, per tres saltem annos in agris virtutem suam exserere calcem. In altera deinde epistola hanc relationem confirmat Cl. Auctor, et per experimenta ideo a se capta constitisse dicit, frequentius quam sexcenties pondus suum in aqua calcem amittere: ab una enim calcis viuae libra quingenta aquae impraegnatae libras se reportasse, viribus ipsius calcis nondum exhaustis. Is quoque porro refert, se illius aquae partem infudisse paruis aliquot calculis, et in una nocte talia obseruasse phaenomena, quae usum eius aquae in affectibus a calculo ortis commendent. Insuper quoque narrat, calcem in libero aere per 14 menses siccam conseruatam, vires aquae tribuere nullas; tandemque de aqua calcis notat, eam, ad quar-

tae

tae partis remanentiam coctam, viribus ſuis nec debiliorem, neque magis auctam fieri, ſed parum modo tenuium cryſtallorum priſmaticarum ſuppeditare.

p. 267. 40) *De nuper inuenta acu triquetra ad perforandum hydrocephalum, aliasque diuerſis vicibus ſuſcipiendas euacuationes apta, commentarius a Cl.* LE CAT *exaratus et ex gallico anglice verſus a Cl.* THO. STACK. Infantulus trium menſium cum dimidio per ultimas quinque ſuae vitae ſeptimanas tam horrendo laborans hydrocephalo, ut ſuturae cranii inſigniter a ſe inuicem recederent, venis exterioribus valde tumidis oculisque depreſſis, Cl. Auctoris tradebatur curae, quam is ab initio quidem renuebat, perpendens nimirum, nec medicamentis, neque ipſa operatione, in tam paruulo ſubiecto ſe quidquam fore praeſtiturum, quod ultimum tamen auxilii genus, parentibus iterum iterumque illud poſtulantibus, adhibiturum ſe eſſe promittebat. Id vero cum meditaretur, in mentem ipſi ea veniebat obſeruatio, qua nimirum hanc operationem ſaepius inſequi ſubitaneam mortem chirurgi obſeruarunt. Eius igitur cauſam in eo poſitam eſſe autumans, quod omnis aquae vis una vice fuerit emiſſa, in praeſenti etiam ſubiecto aquam partitis vicibus educere, et tempore intermedio ſingulari quadam faſcia caput comprimere conſtituebat, eo modo ſibi fore perſuadens, ut contegentes cerebri partes propius ad ipſum accederent, aeremque irruentem arcerent. Attamen uſitatam acum triquetram hiſce conſequendis finibus imparem, et aquam inter vulneris inflicti labia et inhaerentem cannulam ſenſim omnem effluxuram, puncturas autem in partibus adeo neruoſis ſaepe repetitas valde periculoſas, fore, putabat. Inſtrumentum itaque illud notum mutaturus, cannulam pro ſcopo praeſenti breuiorem faciendam curabat, duabus conſtantem partibus, mediante cochlea ſibi inuicem iungendis, quarum ſingulae

gulae adhaerebat circulus in ſuperficie ſua quodam modo concauus, ita, ut hi bini circuli, ſi cannulae partes in ſe ſe torquerentur, ad ſe inuicem ita accederent, ut in peripheria quidem ſe ſe tangentes, in medio autem aliquod ſpatium relinquerent. Poſtquam igitur inſtrumentum illud in uſum vocare volebat, emplaſtrum aliquod tenaciter adhaerens, in media ſui parte pro recipienda cannula perforatum, inter illos iam deſcriptos circulos immittebat, tumque, acum triquetram cum ſua cannula in hydropicum iſtud caput intrudendo, emplaſtrum mediantibus linteis et manu calidis cuti firmiter apprimebat, et poſt ea, haerentis aquae parte aliqua extracta, cannulam, obturaculo ſuo munitam, in vulnere relinquebat; partitis dein quidem vicibus reliquam aquae copiam emittens, ſuum tamen finem haud conſequens, infante nimirum paucis poſt operationem primam diebus exſpirante. In adiecta tabula tum infantis illius, hydrocephalo laborantis, tum inſtrumenti iam deſcripti cum ſuis partibus, icones repraeſentantur. In capite illius poſt mortem aperto cerebrum tenue, ſaccum quaſi aqua repletum efformans, in primis laterales huius ventriculos binos a contenta aqua vehementer diſtentos, glandulam pinealem fere prorſus obliteratam, plexus quoque choroidei aliqua ſaltem veſtigia, reliqua vero in eius ſacci interna ſuperficie excurrentia vaſa ſatis conſpicua, Cl. Auctor deprehendebat. Satis inde arduum ratione apoplexiae deducit confectarium. Cum enim tanta aquarum moles huius ſubiecti cerebrum preſſiſſet, neque ideo tamen apoplexia fuiſſet inſecuta: exiſtimat, ſanguinem in encephalo extra vaſa miſſum a medicis practicis haud recte haberi morbi huius cauſam, ſed eius ſaltem ſaepius eſſe effectum: ut plurimum potius materiem aliquam rheumaticam ad neruorum principia delatam, motus ibidem excitare conuulſiuos, quibus dura mater in omni ſua expanſione, valde diſtenda-

tendatur, ut ſanguis in vaſis ſuis ſubſiſtat, eorum debiliſſima rumpantur, eodemque tempore omnes neruoſi canales conſtringantur, morte inde ſubſecutura. Si quis etiam oggerere vellet, haec ipſa vaſa diſrupta eadem eſſe, quae in ſubſtantia cerebri ad illos, cordis motui deſtinatos, ſpiritus ſecernendos concurrant: ideo tamen hanc corruere obiectionem putat, quod actio plurimorum neruorum ad cordis motum una requirantur, qui igitur omnes quoque in apoplexia laedi debeant; cum tamen nihilo minus capillaris modo vaſculi rupturam ad morbum hunc efficiendum ſufficere omnes aſſerant.

p. 273. 41) *Obſeruationes de effectibus vitri antimonii cerati gallice conſcriptae a Cl.* GEOFFROI *et anglice verſae a Cl.* THO. STACK. Varia nobis huc uſque data fuit occaſio, vires huius medicamenti * uſu magis magisque comprobatas enarrandi; et nunc indicatus quoque commentarius eas continet obſeruationes, quas Cl. Auctor de uſu eius collegit. In dyſenteria, diarrhoea, febre quartana vel pertinaciſſima, et interdum quoque in fluore albo prodeſt. Omnis quidem aetatis hominibus, nec praegnantibus feminis

* Quo modo illud praeparari debeat. breuibus olim in Comm. noſtris Vol. I. P. II. p. 273 ex Edimburgenſibus tentaminibus repetitum a nobis fuit. Legi quoque meretur commentarius eo de remedio ab ipſo Cl. GEOFFROI conſcriptus et Actis academiae pariſienſis inſertus; v. eius *Hiſtoire & memoires pour l'année 1745, à Paris, 4. 1749. p. 162.* Silentio tamen praeterire non poſſumus, quod in praeſenti commentario vitrum antimonii cum cera praeparatum omnibus aliis praeparationibus praeferat, ideoque etiam, ſi recte colligimus, illi, quem ipſe olim in modo dictis Actis pariſienſibus commendauerat, quippe qua vitrum antimonii ſuper porphyriten, addito tantum ſpiritu vini, probe laeuigari deberi dixerat. Nosmet ipſi quoque facere non poſſumus, quin illam praeparationem cum cera factam altera tutiorem fore exiſtimemus.

nis aut infantibus exceptis, conuenit; a parua tamen dosi initium faciat medicus, ab uno nimirum alteroque grano, sensim pro re nata per sequentes dies ad 18 immo 20 grana ascendendo: nec robusto subiecto ultra quinque grana prima vice dentur. Si vomitus excitet, aeger bibat calidam; sin autem in fluxu dysenterico adsint tormina vehementia cum caloris et tensionis in abdomine sensu, prius dari non debet, quam dolores conuenientibus remediis facti fuerint mitiores. Effectus eius semper esse solent iidem, aegro antea sanguis missus, siue aluus ducta fuerit, morbus recens sit, siue diu durauerit; febris adsit, nec ne. In febribus intermittentibus ter quaterue diebus intercalaribus adhibitus saepe eas tollit. Cautus sis, ne dosin eius cito augeas ante, quam effectus eius sint conspicui, ne sequatur hypercatharsis. Quo in subtiliorem puluerem redactum fuit, eo fortior vis eius esse solet, ita, ut unum granum talis pulueris plus praestet, quam duo grana grosso modo triti. Omnia acida vegetabilia vim eius emeticam quam maxime et ad vitae usque periculum augent: hinc eorum usus tum prorsus erit interdicendus, nec umquam, si bolum inde conficere velis, acidi syrupi adhibendi sunt. In uterinis euacuationibus usus eius constans sit per 15 aut 20 dies; eoque solo in virgine 18 annorum fluorem album Cl. Auctor curauit. Febribus exceptis, ptisana ex oryza, auena excorticata et cornu cerui simul optimum dat potum, quin et dolores ventriculi interdum inde oriundos anteuertit, quem in finem quoque iungi possunt extracta amara.

42) *Epitome literarum Equitis* IO. BROWNING *ad Cl.* HENRIC. BAKER *datarum de quodam homine nano.* Vidit eum Auctor Bristoli mense nouembri 1751, cum is annum ageret decimum quintum, duos pedes septemque pollices longum, tredecim p. 278.

tantum libras grauem, omnibus ſummae ſenectutis calamitatibus miſere oppreſſum, debilem quippe et ſumme emaciatum, viſu hebeti, voce valde debili et clangoſa, tuſſi ſicca, parua, capite propendente, ſpina dorſi incuruata, dentibus exeſis et carioſis, adeoque infirmum, ut ſolus ſe rectum continere non poſſet. Secundum relationem parentis utriuſque ſani debilis quidem ſemper, ſed alacris ad ſeptimum uſque vitae ſuae annum, tumque 19 libras grauis fuit: poſtea vero ſenſim ſenſimque eius vires decreuerunt. Similem debilitatis ſummae conditionem ſoror eius decem annorum experta eſt. Ex annotatione Cl. BAKERI infans recens natus grauitatem huius nani 15 annorum ſaepius ſuperat, quam ob rem hic caſus in primis, uti rarus, aeſtimari debeat.

p. 281. 43) Cl. RICH. DVNTHORNE *ad Cl.* D. LONG ſcribit *de Cometis*. Mentio cometae cuiuſdam anni 1264 in manuſcripto quodam bibliothecae collegii Pembrocenſis fit, et apud hiſtoricos. Hunc HALLEIVS pro eo anni 1680 habuit, ſed Noſter oſtendit, utriuſque alios plane fuiſſe motus, ut idem eſſe non poſſint.

p. 289. 44) *Cl.* FRANKLIN *in epiſtola ad Cl.* COLLINSONVM *de fulguris effectibus agit*. Flammas, quae paullo ante tonitru auditum malis nauis cuiusdam inſederunt, *comazants* vocat, pro igne electrico habet, copioſe e nubibus exeunte, qui, ſi filis metallicis, a vertice mali in mare demiſſis, dirigi potuiſſet, fulminis ictum credit a naui auerti potuiſſe. Quod acus magneticae turbatae fuerint a fulgure, quod nauem feriit, cum electrica vi cohaeret, quae acus etiam turbat, et certis quidem legibus, quas Noſter exponit. Denique methodum exponit, electricitatis vi puluerem pyrium incendendi. Cylindrus

exiguus

exiguus chartaceus (*a ſmall cartridge*) puluere ſicco repletur, vi magna coacto, ut granula quaedam conterantur. Fila duo, in extremitates graciles et acutas definentia, intruduntur, ſingulum a latere ſingulo, ut extremitates eorum in medio cylindri, dimidio circiter digito, a ſe inuicem diſtent; deinde cylindrus ponitur in medium quatuor vaſorum, aqua repletorum, in quae deducta fila machinae electricae immiſſa; ſic flamma electrica per fila tranſiens puluerem incendit, ut eodem tempore flammam concipiat, quo explolio electrica contingit.

45) *Obſeruationes de fungoſis veſicae urinariae excreſcentiis; de forcipe ſecante, exſtirpandis talibus excreſcentiis apto; et de cannulis in morbis eius generis curandis adhibendis; factae a Cl.* LE CAT, *ex gallico anglice redditae a Cl.* TH. STACKE. Vidua quaedam, ruri habitans, ab aliquot inde annis dolores in regione oſſium ſacri atque coxarum paſſa, tandem cum urina reddebat ſanguinem, femore atque crure unius lateris oedematoſis factis. Quae deinde euaneſcentia longe peiora adhuc inſequebantur ſymptomata. Frequenter enim reddere cogebatur urinam, ſingulis conatibus parciore tantum copia et cum vehementiſſimis doloribus, praecipue poſt ipſam iam emiſſam, profluentem, ſanguine paululum tinctam. Omnes, quos conſulebat aegra, chirurgi calculum ſubeſſe exiſtimabant, cui quidem ſententiae ab initio Cl. Auctor ipſe accedebat, donec illam curatius inueſtigaret. Tum enim, ſpecillo in veſicam vix immiſſo, ſanguis emanabat, eoque copioſius, quo profundius inſtrumentum illud introducebatur, idque ipſum in facili ſuo motu ſtatim impeditum, durum quidem aliquod corpus, ſed cum percuſſione tam obtuſa offendebat, ut in iudicio ſuo de natura morbi eiusque ſuſcipienda curatione Cl. Auctor haeſitaret. Dolorum tamen violen- p. 292.

tia, ſanguinisque profluuium crebro recurrens et propinquam mortem minitans, id efficiebant, ut veſicae collum incidere atque fungum ſiue calculum, ſi talis adeſſe inueniretur, extrahere conſtitueret. Poſtquam igitur aegram ſuo modo, quem ruralem appellare ſolet apparatum, in lecti ſcilicet margine, ſubſtratis puluinaribus, firmiter collocandam atque ligandam curauerat, ſpecillum in veſicam demittebat ſulcatum, inque eius ſulco ſcalpellum, cum quo collum veſicae in ſiniſtro eius latere incidebat, tumque conductorem vulgarem cum forcipe in veſicam coniiciebat, ſed nullum inuenire poterat calculum; eo plures vero aderant excreſcentiae, quarum una in primis duritiem habebat inſignem. Cum eas autem omnes extrahere is non poſſet, ſed earum aliqua tantum fruſta ſequerentur forcipem, ulteriorem inueſtigationem in aliud tempus differebat, quam deinde etiam, febre, quae inde cum vehementibus colicis doloribus orta fuerat, conquieſcente, octauo iterum die ſuſcipiebat, de excreſcentiis, quantum quidem poterat, extrahens, et, quicquid ab iis remanebat, inſtrumento conterens. Conteruntur autem eius modi veſicae fungi, propter maiorem, quam obtinent, ſoliditatem, multo acutiore dolorum ſenſu, quam polypi narium, aut alia eius generis corpora peregrina. Quo factum quoque fuit, ut, violenta febre inde orta, poſt duos dies aegra exſpiraret. Cannulam, ut puri moto aut alienae materiae daretur exitus, in veſicae vulnere relinquendam, et forcipem, talibus excreſcentiis ſine vehemente dolore exſecandis aptum, ſine metu, ne laedatur veſica, excogitauit Cl. Auctor, utrumque inſtrumentum hiſce finibus conueniens, ſine figuris tamen, quas in tribus adiectis tabulis cum icone ipſius veſicae ſiſtit, vix ita deſcribendum breuibus, ut ratio et uſus eius faciliter pateant.

46) *De arbore Cinnamomi breuiter differit Cl.* WATSON. Vt de cortice et ligno huius arboris, cuius sat longum fruſtum per Cl. BENI. ROBINIVM acceperat Cl. D. LETHERLAND, qui beneuole cum Noſtro illud communicauit, aliquam exhiberet relationem, ea proponit, quae vel a veteribus de illa relata leguntur, vel quae de fatis eius ipſi conſtiterunt. Verum autem optimumque cinnamomum in inſula *Ceylan* prouenire monet, quod ibidem copioſe naſcitur, et ne exportetur, publica lege cauetur, licet aliqua eiusdem ſpecimina in Belgium et Angliam delata fuiſſe conſtet. w. p. 301.

47) *Obſeruationes et experimenta, ad animalia corpora ſpectantia, per philoſophicam analyſin inſtituta, ſeu diſquiſitio de cauſis voluntarii motus muſculorum: auctore* CAROLO MORTONO, Med. D. Methodo, quam vocant, mathematica problema, obſeruationes, lemmata, ſolutionem et ſcholia proponit. Problema hoc eſt; Qua ratione muſculus viui animalis, in naturali ſtatu conſtitutus, ex nutu mentis contrahitur, iterumque relaxatur? Subſequuntur obſeruationes de ſtructura muſculorum, quae ubique iam cognitae ſunt, et in actione eorundem liberum ſanguinei nerueique fluidi influxum praeſupponunt. De utroque porro genere muſculorum, tum voluntariorum, tum inuoluntariorum probat, contractionem illorum ab influxu et repletione maſſae carneae per fluidum calidum prouenire. Verum, cum motus voluntarii per voluntatem regantur, omnem ſenſationem cognitam relatiuam eſſe per varia exempla adſerit Cl. Auctor, ſeu maiorem et fortiorem debilitare atque obliterare debiliorem, porro, in voluntate facultatem eſſe poſitam, ut neruorum ſenſationes in uniuerſum fiant valentiores. Teſtatur enim experientia, ſenſus externos per adhibitam induſtriam acui. Hinc autem ſequitur, in muſculo p. 305.

ſculo viui animalis, naturali modo ſeſe habente, ſanguinem, ubique in illo praeſentem atque per ſenſum incitatum calore ſuo auctum, hinc voluntati ſubiectum, immediatam mechanicam cauſam eſſe, per quam in inſtanti muſculus contrahitur relaxaturue, pro imperio voluntatis. Simulque patet, voluntarium muſculi motum ſenſationem acutiſſimam eſſe et velociſſime peragendam, nec non neruos ſenſus et motus male diſtingui.

p. 315. 48) *De eruptione montis Veſuuii, cuius initium fuit oct. 28. 1751. Cl.* BENIAMIN WITSONO *ſcribit Cl.* RICHARDVS SVPPLE. Praecipue flumina illa materiae e Veſuuio expulſae (*Laua* vocant) accuratius quoad magnitudinem et directionem deſcribuntur.

p. 317. 49) *Eccliplis lunaris nou. 21. 1751. obſeruationem Cl.* SHORT exhibet.

p. 319. 50) *Epiſtola Rev.* AVGVSTIN HALLERSTEIN *ad Cl.* MORTIMER, translata ex lingua latina per Cl. TH. STACK. Cum Cl. Auctor aſtronomici collegii praeſes ſit Pekini in China, breuem de apparatu aſtronomico rationem reddit, ſimulque animalis moſchiferi mentionem iniicit et delineationem eius ſuppeditat Tab. XIV. nullam vero deſcriptionem affert, quam ob rem iis, quibus eam conferre volupe eſt, commendamus accuratam illam, a Cl. PHILIPP. GMELIN exhibitam *.

51) *Epi-*

* Proſtat illa in diſſ. *qua ſpecificum antidotum nouum aduerſus effectus morſus rabidi canis, febres malignas peſti proximas et exanthematicas varias, inflammationes ſingultui iunctas, manias et melancholias*, proponitur §. 15. p. 13. Tubing. 1750. 4.

51) *Epiſtola Cl.* LE CAT *ad Cl.* MORTIMER p. 324.
data et a Cl. TH. STACK *in anglicum translata.* Duo ſunt, quae ut noua et per obſeruationes certa facta Cl. Auctor communicat: unum ſcilicet, quod hernia, licet per rupturam peritonaei orta ſit, ſacco tamen, qualis alias in herniis deprehenditur, comprehendi poſſit; alterum, quod hernia, per illius dilatationem oriunda, duobus veris ſaccis incluſa eſſe queat. Ex obſeruationum enim prima admodum ſingulari, quae figuram tantum, hic loci quoque additam, aſpicienti ſatis intellectu clara fit, apparet, dextri lateris teſticulum in adoleſcente 18 annorum nondum adhuc, uti quoque non numquam obſeruari ſolet, per annulum abdominis exiiſſe, ſed ad latus abiens, muſculi obliqui externi aponeuroſin ſenſim ſenſimque protrudiſſe, eamque deinde dilatatam inſecutam fuiſſe inteſtinorum partem, ipſa nimirum peritonaei veri membrana disrupta. Secunda obſeruatio priori ſimilis docet, duplicem in quadam hernia adfuiſſe ſaccum, unum itidem ab expanſione aponeuroſis muſculi obliqui externi, alterum a vera peritonaei tunica efformatum. Tertia tandem herniarum hiſtoria duplicem quoque ſaccum ſiſtit, unum ab externa celluloſa peritonaei membrana factum, parum aquoſi humoris continentem; alterum ab ipſo peritonaeo vero confectum.

Duas hiſce alias Cl. Auctor ſubiungit obſeruationes, alteram de naturali aliquo ductu caeco, in femina 46 annos nata, herniae numquam obnoxia, inuento, quippe qui verae peritonaei membranae, per annulum abdominis productae, pars erat, in bullae formam et ad extremi digiti craſſitiem expanſa, aquam in ſe continente. SWAMMERDAM et NVCK de inuenti eius ductus gloria olim inter ſe diſputarunt; BLANCARDVS autem eius exiſtentiam prorſus negauit. Altera obſeruatio concernit caſum verae in urethra ortae carunculae, piſi magni-

tudinis cum ipso urethrae canali, in primis in eius bulbi vicinia valde coarctato, in cadauere viri 45 annorum deprehensae.

p. 330. 52) *De fulguris effectibus Southmoltonii in Comitatu deuonienſi obſeruatis commentatur Cl.* IOSEPHVS PALMER, *Equ.* Quae damna templo eius loci, viciniaeque intulerit ignis coeleſtis, enarratur, nullo, quantum nobis videtur, euentu indicato, qui conſuetis valde diſſimilis ſit.

p. 333. 53) *Epiſtola Cl.* IACOBI DVDSON *ad Cl.* IO. ROBERTSON *data, rationem continens, qua indices hominum, quouis anno demortuorum, utiliores reddi queant.* Utilitatem inde prouenientem reſpectu ciuilis prouinciarum ſtatus Cl. Auctor diiudicat, ſuasque obſeruationes addit illi commentario, quem Cl. CORBYN MORRIS de praeſenti urbis Londini ſtatu * ante breue tempus edidit. In adiecta tabula inuenitur exemplar, in cuius modum illi dicti indices optime confici queant.

p. 341. 54) *Literae Cl.* LE CAT *ad Cl.* MORTIMER *ſcriptae, notitiam de anatomica herniae diſſectione continentes.* Ante duodecim iam annos obſeruationem quandam cum anglicana ſcientiarum ſocietate communicauerat Cl. Auctor, Tranſactionum illius numero 460 inſertam, de ſingulari aliqua hernia, qualem incarceratam vocant chirurgi, cuius gangraenoſae factae partes a natura ipſa ſeparatae fuerant atque eiectae, remanente ibidem fiſtula, per quam in progreſſu temporis bini illius inteſtini, quod a parte laeſa propius fuerat, fines prouoluti adeoque inuerſi, ut villoſa tunica extrinſecus verſa conſpici poſſet, in inguinis regionem deſcenderant. Arte vero

* *Obſervations on the paſt growth and preſent ſtate of London.*

vero nulla tum temporis aegra curari poterat, ſed cum ano praeternaturali ex noſodochio diſcedens, tandem anno 1750 paulo poſt ſuum in illud reditum moriebatur. Itaque laeſum olim inteſtinorum ſitum, omnemque herniae rationem, anatomico cultro poſt mortem inueſtigauit Cl. Auctor, morbum adiectis hic loci iconibus explicans, qui vero ſine iis ipſis, aliisque, citato iamiam 460 horum actorum numero olim additis, ſatis deſcribi nequit.

55) *Summa tractatus a Cl.* BOHADSCH *conſcripti ſub titulo:* Diſſertatio philoſophico-medica de utilitate electriſationis in curandis morbis. Pragae 1751. *cumque ſocietate regia communicati, contracta a Cl.* GVIL. WATSON. Cum librum hunc ipſum in plurimorum lectorum noſtrorum manibus iam verſari opinemur, recenſione huius epitomae nunc ſupersedemus. p. 345.

56) *De inſtrumento quodam, plano horizontali cognoſcendo idoneo* (an horizontal Top) *breuiter agit Cl.* SHORT. Inuenerat id Cl. SERSON, hic potiſſimum monſtratur, in ſitum horizontalem id ſe componere etiam in vacuo antliae. p. 352.

57) *Quae Cl.* THOMAS HEBERDEN *in adſcenſu Pici Teneriſae obſeruauit, narrantur*, rudera ſcilicet montium olim igniuomorum, cauea glacie niueque plena, vertex Pici plerumque iis liber, licet inferiorem partem montis nubes circumvolitent. Si contra ſummitas Pici denſa alba nube tegatur, reliqua montis parte libera, *pileum ferre Picum* Hiſpani dicunt, pluuiamque venturam adſerunt, quod ita ſemper eueniſſe ſuis per 6 ad 7 annos obſeruationibus confirmat, qui haec omnia narrauit. p. 353.

p. 357. 58) *Meteorologicas in Madera insula obseruationes suas* IDEM misit.

p. 360. 59) WILHELMVS VAN HAZEN, *Lugduni Batauorum* 1751 pluuios dies narrat fuisse 163. quantitatem pluuiae, quae cecidit, fuisse digitorum 41.

60) *Duplicatum infantem describit et delineationem communicat* Ill. WILLOVGHBY, Cl. THOMAS PERCIVAL. Bicorporeum monstrum est, alterum, quoad omnes partes perfectum, alterum vario modo mutilatum. Hoc ex prioris sterno egreditur, adhaerendo eius cartilagini ensiformi, principio cartilagineo. Carneae et flexilis est substantiae, capite, collo et hinc respiratione destituitur. Mox exigua brachia inde procedunt, digitis in latere dextro quatuor, in sinistro duobus instructa. Inferiores artus perfecti, nisi quod crus ex unico tantum osse constet. Deficiunt ipsi vertebrae dorsi, nec peluis ossa rite conformata sunt, prout sternum, planeque deest clauicula. Articuli sunt rigidi, et parum sentit.

p. 362. 61) *De Phaenomenis electricitatis in vacuo Cl.* W. WATSON *commentatur.* Vsus est auxilio Cl. SMEATON, qui multum perfecit antliam pneumaticam, ut eius ope aer rarefieri possit mille vicibus, cum vulgaria instrumenta raro id plus, quam centum et quinquaginta vicibus peragant. Iam electricorum experimentorum praecipua in vacuo succedunt, ipsumque Muschenbroekianum, ut ubique reperiri materiam, a qua pendent, certum sit. Apparatus vero, quo haec peraguntur, nimium compositus est, quam ut ipse possit describi hic, aut experimenta saltem ipsa eius ope peracta possint recenseri. Inseritur apparatus iis electricis in vacuo Torricelliano

no tentandis idoneus, qualem excogitauit LORD CAROLVS CAVENDISH, Reg. Soc. Praef. Vic.

62) *Cl.* AVG. HALLERSTEIN *obſeruationes aſtronomicae Pekini 1744. ad 1747. habitae*, recenſentur. Pertinent praecipue ad planetarum loca, inter fixas obſeruata, viſoſque eorum congreſſus. p. 376.

63) *Epitomae aliquot epiſtolarum Cl.* MORDACH MACKENZIE, *notitiam peſtis Conſtantinopoli ſaeuientis continentium.* Vnam alteramque, ad nos potiſſimum ſpectantem, ex iis adducere placet obſeruationem. Saepius eo tempore, ex quo Cl. Auctor in oriente commoratus eſt, per viginti nimirum annorum ſpatium, ſporadice, quam epidemice graſſata fuit peſtis Conſtantinopoli, Smyrnae aliisque in locis vicinis. Grauior ea quoque, ſi quando in Europae prouincias irrepſerit, quam in iſtis orientalibus fuiſſe, annotatur. Ab ingreſſu diri huius mali ſtrages ſolet eſſe copioſiſſima, pluribus eo infectis, quin et fere omnibus occidentibus; deinde vero ſenſim ſenſimque mitius illud fit ita, ut plures aegri ſanitatem recuperent. Communia eius ſymptomata ſunt: Irregulares frigoris atque caloris inſultus; horripilationes, vehementes capitis dolores atque pandiculationes, per tres priores quatuorue dies durantes; porro inſignis praecordiorum anxietas tum ante, tum poſt eruptionem malignae materiae ſemper praeſens; oculi torui; ſudores, ut plurimum in capite tantum et pectore prorumpentes, extremitatibus eodem tempore frigentibus; lingua valde ficca, lutea et quaſi pellicea; in aliis adeſt delirium; in aliis autem ἀναισθησια, utrumque ſymptoma periculoſum; haemorrhagia vero bonae ſpei ſignum; faucium tumor in plurimis aegris conſpicuus, breuiſſimo tempore ſaepe lethalis, ſi nimirum ſanguis ideo miſſus fuerit. Alii quinto ſextoque p. 384.

die

die moriuntur, alii poſt viceſimum, et alii iam aegrotantes foras exeunt, deinque nihilo minus pereunt. Sanguinis miſſio, ſi umquam, certe ab initio morbi, concedi debet, in progreſſu autem eius, in primis poſt quamlibet malignae materiae eruptionem, aeque pernicioſa eſt, ac alui aut alia quaeuis euacuatio. Moderata potius diaphoreſis ſemper conſeruanda commendatur. Bubonibus aliisque eius generis tumoribus ficus toſtus cum ſaccharo albo a Turcis applicari ſolet; nec ab his quoque ii facile aperiuntur, ſed ſibi relinquuntur, donec ſponte diſrumpantur. Aegris propinatur frigida, iique per totum morbi decurſum frigidum re-
p. 389. gimen ſeruare iubentur. Singularis cauſa, cur uno anno altero plures homines e medio tollat peſtis, inueniri fere nequit, ſi frequentioris communicationis occaſionem exceperis; nec certus demortuorum numerus definiri umquam poterit, cum eorum indices conficere apud Turcas in uſu non ſit. Obſeruatione conſtat, eam ſententiam eſſe falſam, qua peſtis primo anni tempore incurſans cito etiam euaneſcere credita fuit; uti quoque aliam, qua calida tempeſtas Smyrnae, ea vero frigida Conſtantinopoli tantum, opprimere morbum dicta fuit. Semper enim calor nocet; iuuat autem frigus. Ex ultimis viginti annis unus modo fuit, huius nimirum ſeculi quinquageſimus, quo a diro iſto malo Con-
p. 394. ſtantinopolitani liberi manſerunt. Cairo ex Aegyptia ut plurimum ad eos illud tranſuehitur, ſique ſemel in aliquo loco haeſerit, difficulter miaſma eius eradicatur, ſed, licet per hiemem condenſari quaſi ſoleat, adueniente caloris aliquo gradu rarius fit, homineſque ad ſuſcipiendum illud aptos aggreditur, tumque per contactum modo propagatur, absque malignitate ſua ambienti aeri tradita. Qui fores enim ſuas ſemper tenuerunt clauſas, tuti viuere potuerunt, quamuis in proximo aedificio malum ſaeuiret.

uiret. In iis etiam, qui inter Europaeos ibi degentes eo correpti fuerunt, contactus, ut cauſa, facile detegi potuit. Aegri tales anno 1751 per tres priores quatuorue poſt inuaſionem morbi dies vomitu et nauſea ut plurimum laborabant, eoque temporis ſpatio aut moriebantur, aut melius ſeſe habebant, erumpentibus iſtis ſat notis tumoribus.

64) *Catalogus quinquaginta plantarum horti chelſeani, ſocietati regiae, ex inſtituto Cl.* HANS SLOANE *a pharmacopoeorum ordine ad annum 1751. exhibitae per* IO. WILMER. p. 396.

65) *Relatio Cl.* GVIL. WATSON *de Cl.* BIANCHINI *collectione experimentorum de medicina electrica Venetiis captorum;* cuius tamen ulteriore recenſione nunc ſuperſedere poſſumus, cum iam olim huius ipſius tractatus rationem ſufficienter expoſuerimus *. p. 399.

66) *De operatione empyematis a Cl.* IOSEPH WARNER *feliciter praeſtita.* Vir iuuenis ſeptem et viginti annos natus, per tres ſeptimanas dextri lateris dolore atque tuſſi laborans, Cl. Auctoris curae tradebatur. Is igitur, morbi ſtatum inueſtigaturus, cum in aegro pulſum obſeruaret debilem et celerem, tuſſim frequentem, difficultatem reſpirandi, praeſertim auctam, ſi in ſiniſtrum latus incumberet aeger aut erectus ſederet, corpus emaciatum, faciem pallidam, dextrumque thoracis latus aliquantum ſolito latius, cum integumentis craſſioribus factis apparentibus, ſine coloris tamen eorum mutatione aut aliqua ſubtus percepta fluctuatione, fluidum aliquod extra vaſa miſſum ſubeſſe, eamque ideo incidendam eſſe partem, coniectura quadam opinabatur. Inter decimam itaque ac undecimam coſtam, in diſtantia quatuor p. 407.

* vid. Comment. noſtr. Vol. II. P. IV. p. 633.

quatnor circiter pollicum a vertebris, infigebat ita ſcalpellum, ut ſecundum coſtarum directionem, propiusque ab undecimae coſtae ſuperiore margine, ne arteria laederetur intercoſtalis, inciſionem faceret, puris viginti unciis effluentibus, ſimul ac intercoſtales muſculi diſſecti fuerant. Quo facto digitum in ipſam thoracis immittebat cauitatem, cumque pulmones in nulla thoracis parte adhaerere deprehenderet, in ſua confirmabatur ſententia, abſceſſum in cellulari tantum pleurae membrana formatum, hancque ipſam in progreſſu temporis, niſi tempeſtiue adhuc fuiſſet apertus, perforaturum fuiſſe. Poſt aperturam illam factam illico ſe remittebant ſymptomata, et aeger ipſe intra ſex hebdomadum ſpatium integrae ſanitati reſtitutus dimittebatur.

p. 409. 67) *De montis Veſuuii eruptione epiſtola exhibetur*, rurſus flumina illa ignitae materiae, e Veſuuio erumpentis, deſcribens.

p. 412. 68) *Relatio Cl.* THOMAE WILBRAHAM *de hydrophobiae quodam caſu.* Vir triginta circiter annorum ab aliquo cane adeo quidem leuiter in manuum una morſus, ut illico eum uno fuſtis ictu occidere poſſet, vulnuſculum etiam facilem reciperet ſanationem, ſanitate corporis inde nullo modo interrupta: poſt nouem tamen menſes praeter omnium opinionem vomitu, alteroque die poſt triſti iſto corripiebatur hydrophobiae morbo, quarto iam die ad faſtigium ſuum perducto. In noſodochium itaque delatus tradebatur medicis, qui, praeter iſta dira, poſt aquam porrectam orta, ſymptomata, ferocem quidem vultum, animum tamen ſibi adhuc conſtantem, pulſum celerrimum, ſed non debilem, fauciumque inflammationem in eo obſeruabant, quam ob rem, licet bis iam detracta fuiſſet ſanguinis

nis portio, tertia adhuc vice duodecim eius uncias emittebant, ab alio ſano haud differre viſi. Inſuper etiam, praeter lotionem refrigerantem in aluum immiſſam ſingulis horis unum thebaici extracti granum aegro dare conſtituebant, donec aliqua ſtuporis ſigna adeſſent, quae vero haud apparebant, licet quindecim opii grana deuoraſſet aeger. Nec aluus ſoluebatur, clyſtere iterum adhibito, ſed noctem valde anxie tranſigens, nec numquam delirans, ſpumoſa ſimul ſaliua ex ore ipſius profluente, ſub initium proxime inſequentis diei exſpirabat miſerrimus aeger. In cadauere eius pulmones ſanguine pleni, aquae in pericardio naturalis tantum quantitas, ſanguis in utroque cordis ventriculo fluidus, oeſophagus plane non morboſus, aſpera vero arteria ſpumoſa tali materie, quae effluxerat ex ore, referta, atque ventriculus liquore plenus, licet pauciſſimam tantum aquae copiam ex ultimis diebus biberet aeger, inueniebantur.

69) *Cl.* SMEATON, *quae ad emendandam antliam pneumaticam contulerit*, recenſet, figuramque perfectioris ſuae antliae et partium exhibet. Praecipua emendatio redit ad valuulam, quam vocant, quae in vulgaribus antliis portio veſicae eſt, foramini praetenſa ſic, ut ab una parte aduenienti aeri tranſitum concedat, rediturum cohibeat. Sed cum aer ſub campana adeo rarefactus eſt, ut veſicae cum lamina, cui iungitur, cohaeſionem vincere amplius non poſſit, utcumque urgeatur opus, magis aer expelli non poteſt. Ipſum foraminulum, quod tegitur a veſica, plerumque decima parte digiti multo minorem habet diametrum, maius, ne cedat veſica prementi aeri, fieri non poteſt. Igitur Cl. SMEATON, unici huius nimium exigui foraminis loco, ſeptem facit, unum in centro, ſex circum illud poſita, omnia hexagona marginibus fere ad aciem p. 415.

aciem limatis diuisa, ut contactus vesicae cum clathro, quo haec foramina distinguuntur, sit quam minimus. Sed et varia alia addit tum harum valuularum constructioni, tum aliis antliae partibus, quae longum esset recensere.

p. 428. 70) *De aphyllo et dentaria heptaphylla* CLVSII *refert* Cl. W. WATSON, priorem, quam RIVINVS squamariam vocat, deprehensam fuisse in prouincia Middelsexia prope Harefield. Posteriorem autem, quae LINNAEO *dentaria foliis inferioribus palmatis, superioribus simplicibus* dicitur, cuiusque mentionem RAIVS in *synopsi* sua non fecerat, pariter in eodem loco in sylua occurrisse adnotat.

p. 429. 71) *Machinam cetis feriendis idoneam proponit* Cl. IO. BOND, M. D. Iaculo propellendo balistam antiquorum aptat, sed mutata structura, ut in nauibus adhiberi possit.

p. 436. 72) Cl. SMEATON *describit organon aquae, ignis ope eleuandae, idoneum, quo Cl.* SAVERII, *simili scopo destinata, machina sia emendata sistitur, ut ipsa agere possit.*

p. 439. 73) *Epistola a Cl.* PARSONS *ad* PETRVM COLLINSONVM data, *de testis cancrorum.* Hos sua deponere crustacea integumenta notum est, modus, quo id fit, adhuc latet. Putat itaque Cl. Auctor latere partes organicas iamiam, et eo tempore demum, dum pristina abiiciuntur, indurari, quippe cum tunc materiae testaceae locus concedatur, quo per sua secerni possit emunctoria. Analogia enim intercedit huic mutationi et illi, quae cum ouis volatilium fit, nec non cum aliis animalibus, quae quotannis suas ponunt exuuias. Oua primo teneriori circumuestiuntur membrana, per glandularum ductus adducun-

ducuntur particulae craſſiores, quae in ordinem diſponuntur et firmiter inuicem tenent. Aceto vini tamen non diſſoluuntur quidem, ſoluuntur tamen, dum ex angulosis redduntur rotundae partibus.

74) *Sphaericae trigonometriae praecepta, quo modo ad trigonometriam planam reducantur*, ingenioſe oſtendit Cl. FRANC. BLAKE. p. 441.

75) *Relatio de tractatu manu ſcripto, ſocietati regiae tradito, qui inſcribitur:* Tractatus de coralliis, *continens recens inuentas obſeruationes de coralliis, poris, madreporis, eſcharis, lithophytis, ſpongiis, aliisque productionibus marinis, inſeruientibus hiſtoriae naturali maris.* Auctore Cl. DE PEYSSONEL. Extracta atque ex lingua translata gallica per W. WATSON. Cum Cl. Auctor in inſula Guadalupa phyſici atque botanici munere fungeretur, exoptata ipſi ſuppeditabatur occaſio ea, quae mare continet, vegetabilia paullo curioſius indagandi. Eam vero de plerisque fouet ſententiam, ut parum abſit, quin eadem inſectorum opus eſſe credat. Totum opus in duas ſecedit partes, quarum prima de coralliis, altera de reliquis marinis productionibus agit. Prior in decem capitibus, veterum de coralliis ſententias, num planta ſit, vel concreſcens ſuccus, nouas deinde obſeruationes de urticis marinis et purpura, quae corallium formant, nec non diſquiſitiones chemicas, definitionem, loca, ubi inueniuntur, methodum, qua capi ſolent, et praeparari, vireſque medicas proponit. Poſterior octo diſſertationes continet, in quibus tubi marini, madreporae, milleporae, lithophyta, corallina, ſpongia, conchae marinae, quae ſuo loco non mouentur, atque conformatio horum corporum pertractantur. In omnibus hiſce diſquiſitionibus, quae per quatuordecim annos a Cl. Auctore ſedulo fuerunt inſtitutae, et ſingulis p. 443.

quidem, peculiaria quaedam occurrunt, de quibus tamen in uniuerſum dici cum non poſſit, illud tantum, quod de coralliis agit, caput ſibi elegit Cl. WATSON, ex quo etiam nobis pauca nunc repetere liceat. Optamus tamen, ut integer liber in naturalis
p. 449. hiſtoriae commodum publici iuris fiat. BOCCONE primo demonſtrauit, corallia in aqua etiam dura eſſe, et ex eius extremitatibus lacteum exprimi poſſe ſuccum, his deinde MARSIGLI flores addidit, utriusque igitur conditionis inſtituit diſquiſitionem Noſter. Sic in corallii ramo, quem ſimul cum aqua marina ex fundo maris receperat, poſt aliquot horas in omni corticis loco punctula alba conſpexit, in radios luteos albosque diuergentia, medio caua, quae flores vocauit MARSIGLI. Sed diſparuerunt, dum extrahebatur ex aqua corallium, redeuntes, poſtquam denuo immittebatur, idem contigit, ſi tangebantur. Ex ramis autem ſub varia directione egrediuntur, ex integris aeque ac diffractis. Color corallii in mari iam rubicundus eſt, in exſiccato paulum pallidior fit, ad ramorum terminos quodam modo mollius eſſe videtur et diffractum, lacteum ſuccum effundit ex certis tubis, qui in cortice finiuntur. Varium autem ſitum habet corallium; totum cortice obductum eſſe conſpicitur, qui in recenter extracto facile ſeparatur, poſt ea difficillime, ubique poris perfunditur, ab interiori ſuperficie tubulos et glandulas habet, lacteo, ante dicto, ſucco plenas. In cellulis porro interioribus luteola corpora deliteſcunt, florum apparentium auctores. Cum omni etiam corpore, immo ramus diffractus facile cohae-
p. 454. ret et creſcit. Ex quibus itaque concludit Cl. PEYSSONEL, corallium, ſicut et reliqua producta ſimilia marina opus eſſe inſectorum. Illud, quod corallium efformat, vocat *urticam*, *purpuram*, ſiue *polypum*, qui expandendi ſe ſe et contrahendi facultatem habet. Aquam enim cum corallii ramo ad ignem appro-

appropinquans, ſe ſe expandere illa vidit, et ebulliente aqua tota extrahere potuit, quo cognouit, cellulas eorum nidos eſſe, lacteum ſuccum, autem naturales horum animalculorum liquores: immo leui preſſione inteſtina expreſſit. Si igitur ex poris eminent, albicans punctum, ſi expanduntur florem et petala, ſi totum corpus extrorſum emergit calycem formare videntur, quae momenta MARSIGLI deſcripſit. Corrupta haec animalia putridum aquae odorem tribuunt. Fauere deinde adſerit huic ſententiae, chemicam analyſin coralliorum, quae eadem principia offert, quae in aliis animalium partibus deteguntur. Praetermittimus hic varia alia et quae modum potiſſimum capiendi corallia attinent, quae de *madrepora* propoſuit, tantum addituri. Vocantur ſic Cl. PEYSSONEL corpora marina, lapidea, cruſta deſtituta, in ramorum extremis orificio radiato patentia, radiis a centro ad peripheriam deductis. Haec orificia autem, corallia indagaturus, vidit humida eſſe liquore, cui ſapor carnis inerat, hunc deinde in variis exemplis denuo viſcidi inſtar glutinis conſpexit, lutei coloris. Porro polypo ſimile animal centro inhaerere obſeruauit, ex quo ad peripheriam pedes deducebantur, luteis papillis inſtructi. Hos autem aeque ac corpus pro lubitu mouebat animal. Tenerioris ſtructurae illud eſt et demortuum putridum exhalat odorem, quo facto extrema madreporae albeſcunt. Simili ratione de omnibus et ſingulis diſſerit marinis corporibus Cl. Auctor, eorum genera et ſpecies rite determinans. Propagationis modum horum animalium eundem eſſe credit ac teſtaceorum vel piſcium, dum ſperma emittunt. Viſcido nimirum inuoluitur liquori foetus, qui cuicunque corpori ſe ſe affigit, ſenſimque indureſcit, intus autem contentus foetus increſcit, licet loco ſuo affixus maneat, expanſis ſcilicet radiis ſeu pedibus arripiens, quicquid ipſi occurrit. Ex p. 461.

minori autem vel maiori corporum eius modi coniunctione maior vel minor eius moles exiſtit.

p. 470. 76) *Epiſtola Cl.* RICHARD BROOKE *ad Cl.* IACOB PARSONS *data, de inſitione variolarum.* Cum epiſtolam hanc non niſi illius commentarii epitomen eſſe intelligamus, quem olim ex diario, quod viris ingenuis dicatum dicitur, ſatis fuſe recenſuimus *, nosmet iam ea remorari nolumus, ſed ex aliqua, huic praeſenti relationi ſubiecta, nota modo addimus, idem experimentum, poſtquam Cl. Auctoris commentatio anglicanae ſcientiarum ſocietati tradita fuerit, a Cl. CONYERS in quatuor infantibus captum fuiſſe ſine varioloſa febre aut ipſis variolis in eorum ullo inſequentibus.

p. 472. 77) *Continuatio* ** *relationis* HORATII WALPOLE *de calculo, quo ipſe laborauerat.* Poſtquam per duos integros annos optime ſe habuerat Illuſtriſſimus aeger, ab omnibus iſtis diris calculi ſymptomatibus liber, ideoque dimidiam ſaltem medicinae ſuae partem per aliquod tempus aſſumſerat: tentamen quidem fecit, num curru vehi poſſet in platea ſaxis ſtrata? ſed communia illico expertus eſt ſymptomata, quae tamen poſt eius reditum in ſua praedia et ſeruatam quietem breui conquieuerunt. Poſt quinque deinde menſes, ſine vehementi corporis motu tranſactos, optima gauiſus ſanitate, et ſingulis diebus tota illa, quam olim adhibuerat, medicinae ſuae quantitate uſus eſt. Vſum etiam eius adhuc dum continuat Londinum redux, nuncque ne motum currus quidem reformidat.

p. 474. 78) IOANNIS PARKER *pictoris angli, de veſuuii eruptione relatio breuiuſcula* exhibetur. Lauam, quam

* Comment. noſtr. Vol. II. P. II. p. 339.

** vid. ſupra artic. 9. p. 10.

quam iam nominauimus, ex ferro, antimonio, ſulphure et ſalibus, potiſſimum conſtare aſſerit, motum eius plerumque adeo lentum eſſe, ut greſſum communem viri adaequet.

79) *De fruſto oſſis una cum calculo ex veſica uri-* p. 475.
naria feliciter extracto a Cl. IOSEPH. WARNER. Feminam 48 annorum, per duos annos calculo veſicae laborantem, caeteroquin ſanam, cultro ſuo chirurgico ita ſubiecit Cl. Auctor, ut urethram eius oblique ſurſum a dextro latere incideret ad ipſius longitudinis dimidium, tumque forcipe prehenderet calculum, eius vero iamiam diffracti partem modo extrahere poſſet. Forcipem iterum immittens, aſperum et figurae irregularis fruſtum oſſis eximebat, cuius cauitates lapidoſis et piloſis particulis refertae erant, id, quod nucleum ipſius calculi fuiſſe exiſtimat. Aegra iam ab altero poſt operationem die retinere poterat urinam, nuncque ſanitati integrae reſtituta eſt.

80) Cl. BENIAMIN RAIVS, *aquae fluмen de-* p. 477.
ſcribit, quod in loco Deeping Fen *in comitatu Lincolnienſi per campos tranſiit*, et RAIO iudice, ex nubibus decidit.

81) Cl. IO. ELLICOT *methodos duas deſcribit,* p. 479.
irregularem horologii motum corrigendi, qui ex actione caloris et frigoris in virgam penduli naſcitur.

82) *Emendatius polyſpaſti genus Cl.* SMEATON p. 494.
deſcribit, noua trochlearum diſpoſitione praeſtans.

83) *Epitome epiſtolae a Cl.* W. DIXON *ad* W. p. 498.
WATSON *datae, de globis vegetabilibus.* Cl. DIXON, in loco Loverſall prouinciae York, in lacu quodam eos inuenit globos, fundum ſaepe, pauimenti inſtar,

ſtar, contegentes. Ad naturam itaque eorum explicandam Cl. WATSON ad conferuas referri debere eos monet. Sphaerici ſunt, intus caui, profunde viridi colore inſtructi, differentis magnitudinis, exterius villoſi, compacti. Hinc *conferuam globoſam* eos appellat.

p. 500. 84) *Epiſtola Cl.* W. HENRY *ad Cl.* CADOGAN *de fonte cupreo in regione Wicklow, Hiberniae.* Deſcribit Cl. Auctor primo mineras et cryptarum ſtatum, deinde cuprei fontis prouentum. Minerae diuites ibidem occurrunt, ferrum, plumbum, argentum, cuprumque. Aquae cryptarum cupro maxime impraegnatae, quarum virtus, ferrum in cuprum mutandi caſu detecta fuit. Hinc exſtructi ſunt putei, decem pedes longi, quatuor lati, octo profundi, in quos immittuntur ferrei baculi, qui breui croco cupreo quaſi obducuntur, qui vero ferrum deſtruit, ſed, quo eo celerior fiat deſtructio, crocus ille ſeparatur et cuprum in fundo colligitur, collectum extrahitur, in aceruos congeritur et exſiccatur. Poſt fuſionem autem plus cupri ſuppeditat, quam ex mineris obtineri poteſt. Aqua tamen in fluuium *Arklow* deueniens, adeo corroſiuam exercet vim, ut piſces per illam vita priuentur.

p. 503. 85) *Epitome literarum Geneua ad Cl.* MATY *Londinum miſſarum, ſucceſſus, quem variolarum inſitionis operatio in illa urbe habuit, notitiam continentium.* Anno huius ſeculi quinquageſimo prima vice haec operatio ſuſcepta fuit Geneuae, et ea quidem cum eventu tam exoptato, ut ne unus quidem ex talibus aegris huc uſque perierit, et eorum quoque pauciſſimi copioſas experti fuerint variolas. In tribus etiam ſubiectis nouum captum fuit experimentum, quo nempe lene tantum emplaſtrum veſicatorium illi loco, quo alias inſtitui ſolet inciſio, applicatum fuit,

fuit; tumque, bullula ideo orta diſſecta, puluilli pure varioloſo tincti, excoriatae parti ſuperimpoſiti fuerunt. Varioloſum illud quoque pus, licet per aliquot ſeptimanas aſſeruatum fuerit, ſuas tamen retinuiſſe virtutes, quin et aliquando poſt quatuor menſes, etſi tum ſolito tardius, excitaſſe variolas, obſeruatum fuit. Quodſi tamen pus haud recenter expreſſum ad hanc operationem adhibeatur, cutem tum paulo profundius, ac alias fieri ſolet, incidi debere, ex obſeruatione huc uſque facta neceſſe viſum fuit.

86) *Literae Cl.* IAC. PARSONS *ad Cl.* BIRCH p. 505. *miſſae, quibus coralliorum, corallinorum cet. formatio illuſtratur.* Opinionem de his corporibus Cl. PEYSSONEL paulo ante propoſuimus, contra eam nunc dubia ſua profert Cl. PARSONS, ita ſane comparata, ut priorem limitandam eſſe ſententiam inde compareat. Formatio corporum horum ſubmarinorum in obſcuro fit, at praeſentia inſectorum in illis corporibus non ſufficit ad demonſtrandum, illa opifices eſſe eorum, multo minus valet, ſi unum alterumue ſibi habitaculum ſtruat, ergo omnia eiusdem eſſe progeniei, aut cum unum inde originem non habeat ergo etiam nullum. Recte potius arbitratur Cl. Auctor, omnia momenta accuratiſſime rimanda eſſe et veritatem inde eruendam. Primo itaque conſiderat loco, animalia, quae abſque omni dubio ſua producunt habitacula, deinde, quid vegetabile et animale corpus diſtinguat. Teſtacea terreſtria et aquoſa ſua producunt habitacula, neque ea fabrefaciunt, dum ex ſuo corpore ſecernunt materiam, quae illa perficit. Exſtruunt autem animalcula has ſtationes, ut vel ea inhabitent, vel oua aut foetus in iis recondant. Polypi eius modi habitaculo non egent, quippe qui innumeris fere rebus ſe ſe affigunt, ut videantur potius ſecuritatis cauſa in corpo-

ra ſubmarina ſe recepiſſe. Illa enim, quae ſuas habent ſtationes, nunquam ea derelinquere poſſunt. Quodcunque itaque corpus radice ſua figitur, creſcendo in teneriores ſemper ramos abit, et tubuloſas fibras oſtendit, vel poroſas et ligneas, ad vegetabile propius accedit. Nec durities coralliorum et ſimilium corporum obeſt, quod multiplex experientia confirmet, aquam partes duras eius modi aduehere, quae naturalem flexilitatem auferant. Immo teſtacea prius mollia, adductis partibus durioribus firmantur. Tranſuerſim porro diſſecta vegetabilia marina regularem monſtrant compoſitionem, arbores, in terra creſcentes, tandem eius modi duritiei gradum acquirunt, ut polituram admittant. Vt ea propter neutiquam illa ſubmarina, a tenerrimis gelatinoſis corporibus videri queant fuiſſe efformata. Nec hic valet apum veſparumque exemplum, quae ſatis firma ad efficiendas ſuas cellulas animalia ſunt. Nulla eſt inter exiguam gelatinam polypi et maſſam formatam proportio, neque ratio, quapropter eius modi corpus efficiant, patet. Tandem inde Noſter haec concludit: quodcunque corpus notis et characteribus ſuis accedit ad vegetabile corpus, inter haec reponendum eſt, licet in eo animalia inueniantur: et quodcunque animal dicitur auctor efformati operis eſſe, in ſe vim, proportionatam et decentem efformandi eius modi corporis contineat, neceſſe eſt.

p. 514. 87) *Relationis de peſte, Conſtantinopoli nouiſſime obſeruata, continuatio ex literis Cl.* MACKENZIE *ad Cl.* IO. CLEPHANE *datis, depromta.* Praeter diuerſos thermometri gradus, tum temporis annotatos, conſilia quaedam leguntur, qua ratione leges ferri debeant, ne peſtis per naues apportetur aut propagetur. In Anglia absque neceſſitate per quadraginta dies ſeorſim viuere coguntur ii, qui nauibus aduehuntur ex orientalibus prouinciis aduenientibus.

Vix

Vix enim mente concipi poteſt, poſt duorum triumue menſium ſpatium, per quod iter ſuum illi facere debuerunt, in corpore aſſeruari poſſe virus aliquod ſine actione eius nunc manifeſta facta. Sufficit imperare iis, ut veſtimenta mutent. In Italia vero et Galliae meridionali parte, ut prouinciis ab oriente propioribus, maior omnino requiritur cautio et diligentia. Separatis tamen illis locis, in quibus homines atque mercedes per illud quadraginta dierum tempus aſſeruari ſolent, viri praeponantur vere honeſti, qui omnes ac ſingulas complicatas mercedes ſoluendas liberoque aeri exponendas curent. Porro omnes ab iis locis ſedulo arceantur, nec niſi, qui eorum curam habent, admittantur. Conſtituantur medici, qui homines aegrotantes examinent, ſique inter eos reperiant, qui labe ſint affecti, eos illico a reliquis ſeparandos curent. Mercedibus tandem omnibus ex naue diductis, haec ipſa tota interna probe repurganda et odoribus ſuffienda eſt ante, quam intrare eam cuilibet liceat.

88) *Cl.* IAC. SHORT *de inuentore organiſmi agit,* p. 517. *quo pendulorum irregularitas a calore et frigore pendens corrigitur*, praecipuasque partes GEORGIO GRAHAM et IOANNI HARRISON tribuit.

89) *Cl.* HENR. EELES, *de cauſis fulminis* com- p. 524. mentatur, eas, ut iam innoteſcit, ad electricas reuocans. Cuius adſerti rationes, quae ab eo adducuntur, quum pleraeque notae ſint, illam ſaltim obſeruationem addere liceat, cuius veritatem accuratius examinare operae pretium iudicamus, ſi duorum corporum vicinorum alterum ſenſerit ignem coeleſtem, alterum intactum manſerit, hoc ex eorum genere fore, in quae vis electrica non propagatur.

p. 530. 90) *Epitomae duarum literarum a Cl.* THOMA HOPE *Pariſiis ad Cl.* IO. CLEPHANE *ſcriptarum, atque de methodo Cl.* DAVIEL *medendi cataractae, notitiam exhibentium.* Vna iam alteraque vice de noua hac per pupillam, inciſa cornea, cataractam extrahendi methodo locuti ſuimus *, ideoque de ipſa in praeſenti nihil dicemus, illud ſaltem ex epiſtolis indicatis narraturi, quod Cl. earum Auctor, ut praeſens teſtis, felicem eius operationis euentum teſtimonio ſuo comprobet atque depraedicet. Nullum quoque doloris, ſed titillationis modo ſenſum experiri tales aegros; hancque medendi rationem alteri, qua deprimitur cataracta, ex omni reſpectu eſſe praeferendam; ac eius omne periculum in ſtaphylomate ſubſecuturo poſitum eſſe aſſerit; id, quod tamen vitium inde non numquam obſeruari concedit, ſimulque probat, TAYLORVM ea mente, ut extraheret cataractam, numquam incidiſſe corneam, niſi forte lens per pupillam in anteriorem oculi cameram profiluerit; ſed huius inuenti gloriam Cl. DAVIEL ſoli competere.

p. 534. 91) *Experimenta, pro identitate fulminis cum igne electrico, ut in Gallia repetentibus ea ſucceſſerint, Cl.* MAZEAS enarrat. Horum praecipua notiora iam ſunt, quam ut huc transferenda iudicemus. Ex homine pici impoſito eductae ſcintillae tempore, quo fulgurabat, oſtenderunt atmoſphaeram omnem tunc temporis huius materiae plenam eſſe, cuius maiori quantitati ſaltim colligendae ferra, ſupra tecta prominentia, inſeruiunt.

p. 557. 92) et 93) *De ſimilibus experimentis Cl.* NOLLETI *et* MYLII *epiſtolae* exhibentur.

94) *Ob-*

* Comment. noſtr. Vol. II. P. II. p. 352. et P. III. p. 453.

94) *Obſeruationes de remedio illo ſtyptico, cuius inuentor a Ser. Galliae rege ideo praemiis atque ſtipendio liberaliter donatus fuit. Auctore Cl.* FAGET. *Cum ſocietate eas communicauit Cl.* IACOBVS THEOBALD. De hoc ipſo nuper inuento remedio topico, ad cohibenda ſanguinis profluuia adhibendo iam olim ſufficienter retulimus *, ideoque iam ibi dicta repetere nolumus. Addimus autem ex commentario nunc indicato, ſtypticum illud ſemper exoptatos praeſtitiſſe effectus, nec ſanguinem ſolum ex arteriis anguſtae diametri, ſed ex longe maioribus etiam, poſt artuum amputationem, prorupturum illico retinuiſſe. Ex cadaueribus hominum poſt operationem demortuorum paruit, illud ita agere remedium, ut vehementer conſtringat vaſa, ac ſi ligata fuiſſent. In eorum inſuper maximorum finibus ſanguis deprehenſus fuit valde coactus, quo ex iis extracto, parui ſpecilli cuſpis in vaſis orificium vix immitti potuit. Thrombus talis in cadauerum uno quatuor pollices, in altero unum cum dimidio longus fuit. In aliis quoque vulneribus, ubi temporales aut intercoſtales arteriae praeſciſſae fuerunt, optimo cum ſucceſſu illud adhibitum fuit remedium. Omnibus igitur aliis ſtypticis ex merito illud praeferendum eſſe iudicatur, ſimulque annotatur, eum ſaltem fungum, qui quercubus innaſcitur, in primis, ubi maiores earum rami reſecti ſunt, laudatos modo praeſtare effectus; et quatuor eum quidem conſtare partibus, ſcilicet exteriore ſeu corticali, quae deradi debeat; ſecunda ceu optima, quae iuſto modo praeparata magnis applicanda ſit vulneribus, et binis ultimis, ad leuiora tantum vulnera adhibendis. p. 560.

95) *Cl.* FRANKLINVS *in epiſtola ad Cl.* COLLINSON electricis ſuis experimentis perficiendis commen- p. 565.

* Comment. noſtr. Vol. I. P. I. p. 144.

mendat, machinam aliquam, *Draconi volanti*, quam vocant, ſimilem, ſed ſerico, non charta tectam, ut facilius pluuiam ferat, in vertice filum ferreum ferentem, et aedibus, unde in aera emittitur, adnexam ligamento ſerico, quod ſiccum ſeruari oportet, ipſum draconem autem, mediante filo longiori ferreo, ei adiuncto, retinet.

p. 567. 96) *Cl.* FRANKLINI *experimentum in Anglia repetitum narrat Cl.* WATSON, debilioris longe effectus, quam in Gallia et Berolini.

p. 570. 97) *Epitome literarum Cl.* BROWN *Sarisberiae ad Cl.* W. WATSON *ſcriptarum de variolarum inſitionis ſucceſſu ibidem obſeruato.* In quadringentis duobus et viginti ſubiectis intra ſex menſium ſpatium factum illud fuit tentamen, ex quorum numero quinque aut ſex variolas prorſus non experta fuerunt, licet operatio fuerit repetita; quatuor vero tantum ex iis omnibus perierunt, quorum inſuper unum ex quadam potius commiſſa negligentia, quam vi morbi, oppreſſum fuit; in reliquis vero omnibus ex voto ſucceſſit experimentum.

II.

Specimen chemico-medicum inaugurale de ſale urinae humanae natiuo. Auctore IOH. ALBERTO SCHLOSSER, Lugd. Bat. 1753. 4. pl. 3½.

Cum in addiſcenda chemia occupatus, varia BOERHAAVII experimenta repeteret Cl. Auctor, in primis circa urinam chemice examinatam non nulla aliter, quam dictum erat, euenire vidit, hinc et veterum et recentiorum chemicorum, praecipue MARGGRAFII obſeruata perpendit, et alia inſuper experimenta

rimenta inſtituit, quae in hoc ſpecimine propoſita, paucis indicari merentur. Primo itaque ſcriptores p. 5.
indicat, qui ſalem natiuum deſcripſerunt et diuerſis nominibus inſignſuerunt. Educitur vero ex urina recenti et putrefacta euaporatione praegreſſa, cuius limites Noſter in eo ponit, ſi ſpuma ſenſim ſenſimque in ſuperficie nata eo uſque augetur, ut tota leui tali et tenui ſpuma tecta ſit, tunc enim, ſi liquor percolatus per nycthemeri ſpatium quieſcit, cryſtalli ſalinae, durae, ſubpellucidae, ex rubro fuſcae, in fundo generantur, liquor vero ſupernatans craſſiuſculus, ex rubicundo niger, ad attactum pinguis, effuſus et aqua calida dilutus, denuoque inſpiſſatus ſimiles cryſtallos praebet, quae omnes vel ab oleoſo adhaerente affuſa aqua frigidiſſima depurantur, vel ſolutione noua facta puriores iterum in cryſtallos rediguntur. Cl. Auctor itaque ignis gradum ſenſim augendum eſſe monet, quo aequalis vaporum diſſipatio eueniat, porro ſpumam ut ſignum factae euaporationis aſſumit, ſi enim cuticula generatur, minus apte ſuccedit cryſtalliſatio, tandem liquorem inſpiſſatum non per annum reponendum eſſe monet, ut BOERHAAVIVS indicat, ſed repetitam liquoris inſpiſſationem urget Noſter. Cum urina putrefacta experimentum non inſtituit, ſed tantum ſuam methodum cum MARGGRAVII experimento ita comparauit, ut cognoſceret quaenam copia ſalis obtineri poſſit. Vrinae recentis 120 pintae dederunt quatuor pintas et ſeptem uncias ſpiſſamenti, ex quo ſalis puriſſimi ſex uncias cum dimidia et duas drachmas obtinuit, cum MARGGRAVIVS ex ſimili copia tres vel ad ſummum quatuor uncias acceperit, cuius differentiae ratio in ſale alcalino volatili poſita eſt, quod in urina putrefacta diſſipatur, in recenti vero conſeruatur. In foeces poſtea filtro inhaerentes, p. 13.
quas BOERHAAVIVS tenax oleum dixerat, inquiſiuit, eas poſt exſiccationem per retortam deſtillando, et

poſt-

poſtquam ita parum phlegmatis, ſalem alcalinum volatilem copioſiſſimum et parum olei flaui obtinuerat, reſiduum in crucibulo calcinauit, et cineres ex ſale marino et terra puriſſima conſtare obſeruauit, ita, ut undecim drachmae cinerum quatuor drachmas ſalis et ſeptem drachmas terrae exhibuerint. Sal ideo erat reſiduum ſalis communis in corpore non ſubacti.

p. 16. Salis urinae natiui unciam unam, igne ſenſim aucto ex retorta deſtillauit, et liquoris limpidi ſine ſale et ideo conſpicui unciam ſemis obtinuit, maſſa gryſei coloris et pinguis in fundo retortae relicta alteram partem ſiſtebat. Experimenta plurima, cum liquore illo inſtituta, cum alcalinae volatilis indolis eſſe, et cum ſpiritu ſalis ammoniaci per calcem viuam parato conuenire oſtenderunt. Reſiduum in retorta in crucibulo ad fluorem uſque calcinauit, et ſupra cupri politi laminam effundendo, fruſtum quaſi vitreum, compactum, pellucidiſſimum, in aere non deliqueſcens nec perfecte ſiccum, ſed picea

p. 20. quaſi tenacitate conſpicuum, obtinuit. Ex variis itaque cum hac maſſa inſtitutis experimentis Cl. Auctor colligit ſalem natiuum urinae recentis eſſe perfecte eiusdem naturae, indolis, compoſitionisque, ac ille, qui ex urina putrefacta paratur; cum itaque de eius parte acida tam egregia docuerit MARGGRAVIVS, ulterius eius examen non ſuſcepit, tria tamen ab hoc Auctore non annotata, addit: ſyrupi violarum colorem eo non rubeſcere; alcali fixi ſolutionem cum eo non efferueſcere; cretae puluerem nullam in eo excitare efferueſcentiam. Tandem quoque ſalem ipſum urinae natiuum variis experimentis diſquiſiuit, ex quibus praecipua tantum indicabimus. Sapor eſt blande ſalſus, nec acidus; nec urinoſus; figura cryſtallulorum eſt priſmatica; igne facile funditur, ſed ſolideſcit iterum inſtar boracis; nec acido, nec alcali inſigniter mutatur; in aere ſic-

ciſſimus

ciſſimus perſtat, extus tamen niuea albedine calcinatur; ferrum ſolutioni immiſſum lacteam opacitatem inducit; cupri limatura leuiter arroditur, zincum vere, ſed pauca copia, ſoluitur, reliqua metalla vix immutantur. Solutio ſalis huius natiui ſolutiones auri, plumbi et zinci prorſus non, argenti parum mutauit, ſolutiones argenti viui, cupri, ſtanni, ferri, et antimonii in maſſam albiſſimam mutabantur. Cl. Auctor, qui in hoc ſpecimine attentum ſe praebuit chemicum, in fine corollaria naturam ſalis declarantia addidit. 1) *Sal natiuus, ſiue ex recenti ſiue ex putrefacta paretur urina, idem eſt omni dote.* 2) *Sal natiuus eſt verus ſal neuter.* 3) *Acidum eius eſt verum acidum animale.* 4) *Acidum eius unitum alcali volatili vulgari verum ſalem natiuum praebet regeneratum.* 5) *Acidum eius mutat iſta ſui unione alcali volatile vulgare in ſingularem ſpeciem.*

III.

De voce eiusque organis diſſertatio IO. GEORG. RVNGE, Lugd. Batav. 1753. 4. pl. 5.

Cum vox a ſingulari quadam organorum diſpoſitione dependeat, id, quod varia huius rei experiundae cauſa inſtituta experimenta et confirmant et noſtris etiam temporibus multum illuſtratum eſt; utique operae pretium facturus erat Cl. Auctor, ſi eorum pleniorem daret expoſitionem anatomicam. Prius itaque ad ipſius vocis naturam declarandam quam accederet, nihil eorum praetermiſit, quae ad enucleanda illa organa ullo pertinere videbantur modo. Hinc laryngis obſeruatur addita fuiſſe explicatio, ita quidem, ut de eo in genere ſcitu neceſſaria, deinde cartilaginum ſpecialiorem daret deſcriptionem. Cartilaginis thyroideae perforationem, a vaſis tranſeuntibus factam, neutiquam ſonum diminuere

nuere putat, ob irregularem autem arytaenoideae
p. 10. cartilaginis formam eam pro *vecte angulari, duobus inaequalibus brachiis instructo habet, cuius hypomochlion in attiadutionem cadit, inter duo crura mediam*, id, quod mechanicae vocis productioni multum inseruire creditur. Omnes autem laryngem conficientes, cartilagines, membrana inuestiuntur, quae ligamenta constituit et ea quoque, quae glottidem
p. 19. eiusque ventriculos efficiunt. Glottis enim Cl. Auctori rima inter ligamenta, quae thyroideae atque arytaenoideae cartilaginibus intersunt, vocatur, quae a posteriori parte in secedentium cartilaginum arytaenoidearum distantia continuatur, hinc docente Cl. FERREIN partim membranacea, partim cartilaginea est, et spatium triangulare intercipit. Haec posterior tamen cartilaginea pars, quam rimulam etiam glottidis vocant, aeque ac ventriculi dubium tenent adhuc Cl. Auctorem, num quidquam ad vocem formandam conferant, quamuis in suibus grun-
p. 21. nitum excitare posse non neget. Duplex autem erit ventriculorum utilitas, ut ligamenta superiora ab inferioribus separando, motum eorum tremulum augeant, atque ut glandulae maiorem superficiem, quam humectent, acquirant. Praeter ea aliae membranae, seu ligamenta, exterius laryngem vicinis partibus nectunt, inter quas membrana thyreooesophagea, a Cl. Auctore vocata est, quae ad pharyngem et oesophagum pertinet, et in se glandulas oesophageas recondit. Illud autem, quod thyroideae infimam et cricoideae summam partem colligat, ligamentum foraminibus pertusum vidit Cl. Auctor
p. 23. variis, plerumque vacuis, per quae vero SANTORINVS ductus ad glandulam thyroideam abire credidit. Post haec musculorum et glandularum, ad haec organa spectantium, adducitur enumeratio, de quibus breuiter agitur, nec non de arteriis et neruis. Ex his praecipue consideratione dignus est

nerui

nerui paris octaui ramus laryngeus, qui ad laryngem accedens, monente Cl. Auctore, in quinque fasciculos dispescitur, unus membranae, cartilagines arytaenoideas cingenti et ligamento arytaenoepiglottideo, tandem ad arytenoidearum cum cricoidea articulationem, nec non ad cauitatem laryngis usque transit, alter ad posteriorem arytaenoideae partem, tertius ad epiglottidem, quartus ad glandulam arytaenoideam, quintus tandem, variis ramificationibus factis, tum ad musculos externos, tum ad ligamentum superius thyroideae cartilaginis et ad interiorem laryngem progreditur. Alii etiam ramuli a recurrente paris vagi ramo aliisque accedunt. Ex his itaque momentis formationis vocis ratio efformanda est, quae non tam coniecturis, quam experimentis, hunc in finem formatis, innitatur, cui officio satisfacturus, Cl. Auctor et noua fecit et ea, quae EVLERVS *in tentamine theoriae musicae* * et FERREIN *in Commentariis acad. reg. scient. Paris.* ** instituerunt, simul in consilium adhibuit. p. 30.

Vsus autem est larynge suillo, eoque ut flexilitatem haberet decentem, per aliquot dies aquae submerso, immisit arundinem in illam, qua dissecta fuit, partem; et firmiter filis iunxit, aeremque ex pulmonibus suis impulit; hinc autem varia phaenomena obseruauit. p. 34.

Larynx nempe, sibi relictus, grauem edit sonum, et ligamenta superiora tardissime oscillant: compressis ad se inuicem cartilaginibus, thyroidea et cricoidea, ligamenta superiora sonum grauem edunt et oscillant, eo magis, quo propius cartilagines dictae sibi applicantur. Laeso, vel quocunque modo tractato, altero ligamento superiori soni nulla percipitur mutatio, utroque destructo plane obmutescit: compressis ligamentis unius lateris, grauis p. 35.

* Cap. I. §. 7.

** 1741. p. 410. edit. Amstelod.

uis ſonus tremulansque motus in altero libero perſentiſcitur: antrorſum inclinatis cartilaginibus arytaenoideis, remotis antea ligamentis ſuperioribus, inferiora oſcillando ſonum acutum reddunt; idem fit, ſi unum ex his ad latera prematur, magis autem increſcit ſonus, ſi utraque cartilago ſibi apprimatur. Deinde ſeparatis ligamentis inferioribus, ut extrema tantum cohaereant, ſonus fit acutiſſimus; duplex autem redditur, ſi quodcunque horum ligamentorum media in parte ſtilo vel alio corpore duriori ſimili tangitur, grauior unus, acutior alter exiſtit, a molli corpore compreſſo omnis deſinit ſonus. Ex quibus omnibus id manifeſto patet, grauiorem ſonum a ſuperioribus, acutiorem ab inferioribus ligamentis efformari, nec magnitudinem aperturae glottidis quidquam mutare, niſi quod fortiorem anguſtata, debiliorem dilatata, ſub eadem ſcilicet quantitate aeris, faciat. Hinc ad compoſitum inſtrumentorum muſicorum genus referri debet aſpera arteria; ligamenta enim chordas referunt, aere ceu plectro feriendas, tubus fiſtulam, flatum admittentem. Ardua tantum quaeſtio eſt, qua ratione nunc efformetur ſonus, in quo tamen phaenomeno explicando, dum larynx leuatur, cum partibus vicinis, aut deprimitur, variisque ſubtiliorum faſciculorum muſculoſorum adhaeſione ligamenta eius tenduntur aut laxantur, adeo felici contigit fuiſſe Cl. Auctori, ut parum de veritate ſubdubitandi rationis ſuperſit.

IV. De

IV.

De muſca cerambyce ſeu cerambyce ſpurio, nouum inſectorum ordinem conſtituente, epiſtola IAC. CHRISTIANI SCHAEFFERI, Eccl. Euang. Ratisb. Miniſtri, Reg. Soc. Teut. Goetting. Sod. Honor. Norimbergae impenſis Io. Mich. Seeligmanni, 1753. 4. c. fig. coloribus expreſſis. pl. 2.

Qui in hiſtoria et perſcrutatione inſectorum cum ſumma omnium laude deſudat, perilluſtri de REAUMUR, haec a Cl. Auctore dicata eſt epiſtola, qua ſecundum eam, quam alibi iam laudauimus, inſecta perueſtigandi rationem nouum aliquod genus proponit. Deprehendit autem illud Cl. Auctor in locuplete Senatoris ratisbonenſis HARRERI inſectorum theſauro, qui duo illius ſpecimina *maius* et *minus*, fortuna tantum fauente, collegerat, nec certa quaedam de origine eius deregere poterat. Comparatione itaque, cum cognitis hucuſque et a naturalis inſectorum hiſtoriae ſcriptoribus expoſitis, inſectis, facta, ad nullum eorum facile referri poſſe inuenit Noſter. In quocunque enim quaedam adhuc ſupererat diſſimilitudo: Paruum nimirum exp. 8. his maiori, quod diſquiri poterat, caput eſt, et cordis forma, atrum, corneum, villis tenuibus exaſperatum, duobus inſtructum tuberculis, quibus antennae et oculi polyedri, nigri, reniformes, magni, inſident. His ſulcus intercedit, rectus, in lunulam transuerſam abiens. Antennae baſi conicae inhaerent, ipſae ad tertiam corporis partem longae, rufae, articulatae, articulis decem, inaequalis, longitudinis. Os bilabiatum, labio ſuperiori plano, truncato, articulato, extremo villoſo, huic ſubſunt maxillae duae, tranſuerſae, duriſſimae, nigrae: deinde antennae maxillares, quatuor laeues, tribus

articulis conſtantes, ſuperiores duae, tot etiam inferiores, quae labium inferius efformant. Poſt caput breue collum obſeruatur, et thorax duplex; prior margine elatiori ad caput inſtruitur, quem erecto capite collum intrat, poſterior eſt, ut in congeneribus; uterque villis fuluis obſitus. Elytra puſilla, medio nigro ſcutulo, triangulari, villoſo, inter ſe iunguntur, verſus baſin augulata, truncata, tuberculata comparent, et undiquaque minimis punctulis conſperſa; duae tamen et his maiuſculae cauitates inſunt. Sub his alae duae membranaceae, venoſae, corporis longitudinem emetientes, ad longitudinem plicatae, apice obtuſo terminatae, conſpiciuntur. Pedes ſex, prius par priori thoraci, reliqui alteri affixi, anteriores breuiſſimi, poſteriores longiſſimi, ex tribus partibus omnes conſtant, quarum ultima varie uncinata eſt. Abdomen obtuſo apice definit, ex quinque annulis componitur, compreſſum eſt, punctulis cauis inſtructum, unum quemque zona laeuis, nigra, diſtinguit. Circa finem orificio aperitur, ex quo penis exit, cerambycis ſimilis. Parum ab his diſcrepat inſecti minoris forma, cuius partes pariter breuibus delineat et depingit Cl. Auctor. Sed, cum in exſiccatis tantum figurae et conditionum reliquarum capi debuerint menſurae, optandum eſt, ut in ſolertis eiusmodi indagatoris manus viuum incidat inſectum, cuius ſtudioſe notari queant mutationes, cum ſingularis eius conformatio nullum, harum rerum amatorem, non in admitationem rapiat. Addita tabula aenea, coloribus viuis illuſtrata, utriusque animalis magnitudinem natiuam et formam, tum ab anteriori, tum a poſteriori parte viſam, nec non ante adductas partes maioris inſecti ſigillatim, et per microſcopium pictas, oſtendit.

V. De

V.

De' Principi della natura, meſſi in luce, e dimoſtrati in uſo della medicina, da PIETRO ANGELO ROTONDI, Romano. Tomo primo. In Roma CIↃIↃCCLII. Per Giovanni Generoſo Salomoni, alph. 1. pl. 18. tab. aen. 3.

i. e.

Principia naturae expoſita et demonſtrata in uſum medicinae a PETRO ANGELO ROTVNDO.

In praefatione Cl. Auctor, qui medicinae Doctor eſt, eamque artem Romae exercet, poſt breuem atque imperfectam recenſionem medicorum, inde a Prometheo uſque ad noſtra tempora, clarorum, affirmat, etſi multa praeclara inuenta in medicina extent, et haec ars hodie perbene ſit ſtabilita, tamen theorias medicorum non poſſe non incertas et dubias manere, donec vera et prima principia naturae, per quae Deus omnipotens omnia corpora creauerit ac conſeruet, in apricum prolata ſint. Hac opinione imbutus, multum impendit ſtudii principiis illis detegendis; et poſtquam, bona ſua fortuna comite, ea principia inuenit, non nullis quidem ſubodorata, ſed a nemine adhuc clare demonſtrata, noluit, pro voluntate ſua de medicina bene merendi, haec ſua inuenta medicorum ſcholis inuidere.

Iam etſi Auctorem omni laude fraudare iniquum eſſet, ſi quidem bona ſemper eſt laudanda voluntas: tamen, quum nobis non tam, quid praeſtare voluerit Auctor, ſed quid praeſtiterit, ſit exponendum, non poſſumus tam benigne de conatibus ipſius iudicare, quam quidem de his ipſe iudicaſſe videtur. In prima parte huius libri propoſitum ſibi habet, ut doceat,

ceat, quatuor esse principia naturae, ignem elementarem, aerem, aquam, et terram, et huius sui inuenti admirabilem, quum in physica tradenda, tum in studio medicinae rationalis, felicius excolendo, utilitatem commonstrare in sequentibus duabus par-
p. 116. tibus pollicetur. Principia autem naturae appellat materias simplices, puta ex heterogeneis particulis haud compositas, a Deo immediate creatas, ad reliquas substantias corporeas efficiendas, nutriendas, mutandas et destruendas; eaque ab elementis physicis distinguit, quae principiorum illorum primas mistiones dicit. Sed principiorum in illa significatione nomen in terram, aquam, aera et ignem competere, nullo idoneo argumento ab Auctore euictum videtur. * Quod enim unice hanc in rem urget argumentum, ex sacri codicis exordio petitum, in eo quidquam roboris esse, non persuadere nobis possumus; si cogitamus (quod et ipse Cl. ROTVNDVS pluribus in locis concedit ingenue) Moysen in primo geneseos capite populo suo non tradere physicam, sed Deum omnium rerum in coelo et tellure existentium creatorem demonstrare voluisse. Praeterea etiamsi largiremur Auctori, eas materias, quas Deus initio omnium primas creauit, esse principia naturae: quid de terra et igni dicendum erit, de quibus nullam Moyses mentionem in historia creationis fecit? Equidem ignem elementarem esse id, quod sacer scriptor lucem appellat, sumit Auctor, non autem demonstrat. Nihil eum iuuat auctoritas S. GREGORII Nysseni in re, quam aptius potuisset

* Maximopere ergo mirati sumus, quo modo Auctor, a se vera principia physica primum exposita et demonstrata esse, iactare potuerit; quum omnia, quae ad ipsius sententiam probabilem reddendam facere possunt, dudum exposuerit IOANNES BAPTISTA HAMELIVS in Diss. III. Tract. 1. Physicae general. in Tomo II. Philosophiae veteris et nouae.

tuiſſet adſtruere celebrium phyſicorum noſtrae aetatis auctoritate: ſi ullo modo deceret philoſophum, magnorum virorum auctoritate opinionibus, quae argumentis deſtituantur, fidem conciliare. Multus eſt Auctor in enarrandis phaenomenis, quae docent, ignem elementarem ubique in tellure exiſtere, et aerem quoque nos ambientem plenum eſſe illius ignis, per experimenta electricitatis (quorum ſimul rationem reddere ſatagit) ut euincat, maximopere ſtudet; bene etiam oſtendit, non verifimilem eſſe lucis ex ſole emanationem: ſed num ergo confecta res eſt, materiam lucis eandem eſſe atque ignis elementaris? De rationibus autem, quae huic theſi opponi poſſent, certe non leuidenſibus, alrum eſt in hac tractatione ſilentium. Ceterum explicationi phaenomenorum electricitatis, quam hic Auctor operoſiſſime tradit, calculum addere non poſſumus, in qua ita ſe geſſiſſe nobis viſus eſt, ut phantaſiam eius et eloquentiam admirati ſimus, ingenium autem ſyſtematicum et iudicii vim ubique deſideremus. Tantas aeri in hoc negotio partes tribuit, ut planum ſit, eum pauca tantum experimenta electricitatis, ea nimirum, quae maxime admirationem vulgi mouent, et quorum etiam repraeſentatio tabulas aeneas huic libro iunctas occupat, oculis uſurpaſſe, multa autem alia ſubtiliora, quae ad naturam materiae electricae (ſic enim eam nobis cum aliis appellare ob phaenomena, per quae ſe primum manifeſtauit, phaenomenis electri ſimilia, refragante licet Auctore, fas erit) cognoſcendam faciunt, ignoraſſe. Multo ergo taedio Auctor lectores ſuos liberaſſet, ſi operae ſuae hac in re peperciſſet, ac lectores theoriae electricitatis cupidos ad Cl. NOLLETI libellum *Eſſais ſur l' electricité des corps* amandaſſet, in quo rem omnem plenius ac melius iamiam traditam reperire poterant.

Expectabunt nunc lectores noſtri, promiſſionis Auctoris memores, ut monſtremus modum, quo ille quatuor iſta ſua principia naturae applicet ad ſtudium medicinae certius et expeditius reddendum: at vero id expectabunt fruſtra. Quae enim in reliquis duabus huius libri partibus occurrunt, aut aliena ſunt a propoſito, aut dudum, aeque ſaltim bene explicata ab aliis, qui aquam, terram, aerem et ignem eſſe principia naturae penitus ignorarunt,
p. 29. Neque id aliter fieri potuit; quum Auctor ipſe confiteatur, quatuor illa principia ſua noſtris ſenſibus non eſſe ſubiecta; quae enim vulgus nominibus terrae, aquae, aeris, ignis compellet, eſſe materias non puras, ſed ex principiis naturae, iisdem nominibus inſigniendis, commiſtus. Ergo pars ſecunda et tertia huius libri, omiſſa omnino parte prima, quae dimidium fere volumen occupat, et intelligi poſſunt, et ſcribi poterant.

p. 110. In parte II. Auctor primo explicare conatur efferueſcentiam et inflammationem in diuerſis miſtionibus liquidorum vel ſolidorum obſeruandam: ſed ad modum inconcinne originem fermentationis ſibi fingit in motu particularum, ex quibus commiſtae materiae conſtant, orto ex eorum conſtitutionibus et figuris diuerſis; quis enim phyſica leuiter imbutus credat, ex figuris et conſtitutionibus corporum oriri poſſe motum? Deinde ſuadet chymicis, ne deinceps ſal, ſulphur, et mercurium pro principiis naturae venditent, neue ſpem concipiant, transmutandi metalla in aurum, antequam ignis elementaris naturam, et diuerſos ab eo producti caloris gradus, ad geneſin metallorum requiſitos, cognouerint. Porro affirmat, in cognitione quatuor principiorum naturae, atque elementorum ex his compoſitorum, et facultatum, quibus ea praedita ſunt, in intelligentia naturalium functionum omnium animalium, vegetantium, et mineralium, et earum,

quae

quae cuilibet illorum ſpeciei conſtanter competunt, proprietatum et virtutum, nec non figurarum et mutabilium apparentiarum, quae extrinſecus in ipſis obſeruantur, denique in notitia proportionis et qualitatum elementorum, ſeminales fabricas rerum in triplici regno componentium, fundari ſcientiam medicinae. Quod ſeminalium, quas dicit, fabricarum mentionem facit, inde eſt, quia in omni regno naturae, etiam minerali, corpus quodlibet fieri ponit ex ſtamine ſeu rudimento ſuo ſeminali, ab omnipotenti Deo primitus condito, et ſic fabricato, ut propria ſua vi omnes functiones et viciſſitudines corporis a generatione uſque ad mortem ſeu interitum ſucceſſiue ex ſe producat; id quod exemplo corporis humani illuſtrare ſtudet. Digreditur hinc in vituperationem hodiernorum phyſicorum, qui ipſi videntur operam dare, ut omnis phyſica non niſi empirica ſit; unde valde metuendum eſſe dicit, ne et medicina iterum empirica reddatur. Hinc laudes medicinae rationalis extollit, cuius vias ac rationes morbis medendi per ſe faciles ac certas eſſe perhibet, quamuis ſaepe per accidens fiat, ut aut difficulter aut nulla via poſſit medela inueniri. Quo modo autem prudenti etiam doctoque medico multae difficultates, praecipue ab ipſis aegrotis, poſſint ac ſoleant opponi, fuſius diſſerit, et tandem medicinae exercitium rem eſſe honeſtam, ſanctam atque utilem multa cum facundia demonſtrat.

Initio partis III. Auctor affirmat, igni elemento non ſolum calorem corporis humani, ſed et circulum ſanguinis eidem, per elaterem aeris adiuto, deberi; et in iisdem duobus elementis, in cerebro, cerebello et medulla ſpinali ab omni fere aqua et terra ſeiunctis, et inter ſe commiſtis, coniicit, naturam ſpirituum vitalium et animalium poſitam eſſe. Digeſtionem quoque ciborum in ventriculo elemento igni tanquam praecipuae cauſae adſcribit, et p. 179.

omnem febris eſſentiam in nimia abundantia eiusdem elementi in corpore humano adunati, cui forſan materia quaedam putrida et corrupta locum dederit, conſiſtere putat. Qua occaſione de variis febrium ſpeciebus diſſerit, et multas eorum ſubdiuiſiones, quae apud practicos ſcriptores occurrunt, ceu inutiles, taxat. Poſtea trium reliquorum elementorum, aeris, aquae et terrae officium in mechaniſmo corporis humani ſtrictim deſcribit, de mutationibus, quas aeri, et hinc etiam corpori noſtro inducunt tempeſtatum annuae viciſſitudines, et de pendentibus inde morbis, diſſerit, ſimiliter de relatione, quam climata et locorum verſus plagas mundi diuerſas ſitus habent ad corporis noſtri ſanitatem, in primis autem de climatis romani ſalubritate fuſius exponit. Tandem oſtenſurus aliquam omnium animantium, vegetantium, et mineralium cognationem et neceſſitudinem, primo affirmat, ſalem, ſulphur, et mercurium (quo nomine compellat neſcio quae ſemina omnium mineralium) ſingulorum triplicis regni corporum ſubſtantiam ingredi, tanquam elementa componentia; et tria illa elementa, ignis vi actiua reddita, cum terra unita, per aquam modificata, per elaterem aeris promota, et in fabricis ſeminalibus cribrata, maturata et modificata, eſſe cauſas proximas naturalium operationum et qualitatum cuiusque corporis. Deinde uſum omnium, quae tria naturae regna continent, ad corporis humani augmentum, nutritionem, et medicinam neceſſarium eſſe, docet ſic, ut ſuccinctam materiae medicae enumerationem tradat, diuidendo illam omnem in quatuor claſſes; in quarum prima ponit materias nutrientes, in ſecunda alterantes, in tertia euacuantes, in quarta alexipharmaca. In qualibet claſſe ſimplicia ſtrictim recenſet, et ſimul modum, quo ea in corpus humanum agunt, explicare conatur.

VI. Sup-

VI.

Supplemental experiments and obſervations on electricity, Part II. made at Philadelphia in America by BENIAMIN FRANKLIN, Eſq; and communicated in ſeveral letters to P. Collinſon, Eſq; of London, F. R. S. London printed and ſold by E. Cave, 1753. 4. pl. 3.

hoc eſt:

Supplementum experimentorum et obſeruationum de electricitate, Philadelphiae in America inſtitutarum a BENIAMINO FRANKLINO.

Prodierunt Londini A. C. 1751. BENIAMINI FRANKLINI epiſtolae quatuor, Philadelphia Americae ad PETRVM COLLINSONVM annis 1747. 1748. 1749. datae, quarum collectio eodem titulo, quem hic exhibuimus (primo tantum vocabulo omiſſo) inſignita eſt. Quibus in epiſtolis Auctor tria potiſſimum agit, primo, ut phaenomenorum ampullae electricae Muſſchenbroekianae rationem reddat, deinde, ut fulminum et aurorae borealis geneſin e phaenomenis electricitatis explicet (quam rem haud infeliciter tentaſſe videtur), denique, ut ſyſtema ſuum de cauſis electricitatis exponat. His rebus intentus, non potuit non experimenta atque obſeruationes varias, maximam partem nouas, afferre, quae ad ſententiam ſuam confirmandam facerent. Earum obſeruationum nunc ſupplementum publicauit editor praedictarum epiſtolarum, PETRVS COLLINSONVS, Societatis regiae londinenſis Sodalis. Conſtat illud ex epiſtolis ſex, quas FRANKLINVS annis 1751. 1752. ſcripſit.

Primae

Primae epiſtolae initio ſe ſe defendit Auctor contra Cl. WATSONVM, qui ſententiam Auctoris, fluidum electricum in ipſa interna ſuperficie ampullae Muſſchenbroekianae, haud vero in corporibus per ſe non electricis illi ſuperficiei contiguis, accumulari, experimento quodam impugnauerat; quod experimentum oſtendit ita eſſe comparatum, ut ex eo neutram in partem iudicari poſſit. Rem autem per experimentum a ſe ipſo in aliqua praecedentium epiſtolarum adductum plane euictam putat. Scilicet aquam ex ampulla electrificata in aliam ampullam vacuam, pedi vitreo impoſitam, transfuderat, et illam aqua recenti non electrificata impleuerat: aqua transfuſa nullum indicium electricitatis praebuit, ſed ampulla illa, quae electrificata erat, licet recentis aquae plena, tamen ſolita vi percuſſit eum, qui fundum ampullae altera manu tenens alterius manus digitum orificio ampullae admouit.

Deinde ſignificat, experimenta magnetiſmi, acubus chalybeis per ignem electricum conciliandi, ſibi bene ſucceſſiſſe; ſi acus ad orientem et occidentem ſpectauerit tunc, quum igni electrico fuerit percuſſa, extremitatem percuſſam poſtea, ubi acus aquae imponatur, ſemper ad ſeptemtrionem vergere; ſin acus ab initio ad meridiem et ſeptemtrionem ſpectauerit, utrauis extremitas fulmine electrico ſit percuſſa, poſtea extremitatem, ad ſeptemtrionem antea ſpectantem, eundem ſemper ſitum iterum affectare; et hoc poſteriori modo acui maiorem, quam priori modo, vim verſus ſeptemtrionem ſe ſe dirigendi conciliari. Admonet autem, hoc experimentum in acubus ſubtilioribus, et intenſiori igni electrico, eſſe capiendum. Suſpicatur etiam, ſi adhuc fortius fulmen electricum immittatur in extremitatem meridionalem acus, ad ſeptemtrionem et meridiem ſpectantis, fore ut illa extremitas poſt hac in plagam ſeptemtrionalem dirigatur, quoniam

nauar-

nauarchus quidam, WADDELIVS, obſeruauit, in naui ſua acus magneticae polos fulminum vi permutatos fuiſſe ita, ut poſt tempeſtatem extremitas ſeptemtrionalis acus in meridiem vergeret.

Inter haec experimenta animaduertit, extremitates acuum ſaepe ab igni electrico tinctas eſſe colore illo coeruleo, qualis in elaſtris horologiorum portatilium conſpicitur, non nunquam etiam fuſas eſſe. Folia ſtannea inter duos orbes vitreos fuſa eſſe dicit per flammam e duobus ampullis electricis ſimul elicitam. Denique methodum exponit, puluerem pyrium ſiccum per electricum ignem incendendi. En eam. Cylindrus paruus impletur puluere pyrio, qui comprimendus eſt adeo, ut et granula diffringantur; per baſes cylindri traiiciuntur duo fila aenea acuminata, donec cuſpides in medio cylindro pollicem dimidium diſtent. His filis cylindrus imponitur circulo, quatuor ampullas bene electrificatas iungenti. Eodem temporis puncto, quo ſcintilla electrica ex his ampullis elicitur, cylindrus puluere accenſo diſploditur.

In ſequenti epiſtola Auctor refert, ſibi ad experimenta electrica in uſu eſſe ampullas tam largas, ut una 8 vel 9 congios (*Gallons*) capiat: Duas eius modi ampullas electrificatas incenſioni pulueris pyrii ſicci ſufficere. Praeterea monet, abrogandam nunc eſſe diſtinctionem corporum electricorum per ſe, et non electricorum, quum veriſimile ſit, materiam electricam per omnia corpora, in globo noſtro terraqueo obuia, fere aequaliter eſſe diffuſam; illius autem diſtinctionis loco corpora eſſe diſtinguenda in corpora electricitatem propagantia et non propagantia; et corpora quidem, perfecte propagantia electricitatem, ſola eſſe meralla et aquam, cetera magis vel minus propagantia eſſe, prouti plus vel minus metalli aquaeue in ſe contineant; ſed in quibus nihil omnino ſit harum materiarum, veluti in aere ſiccisſimo,

ciſſimo, ea electricitatem prorſus non propagare: Quod poſtremum tamen enunciatum nimis uniuerſale eſſe, Editor in ſubiecta nota ſubmonet, quum Cl. WILSONVS detexerit, electricitatem etiam a cera liquefacta et reſina propagari. Narrat porro Auctor, experimento ſingulari ſe didiciſſe, atmoſphaera electrica, qua corpus quoddam cingatur, aerem circa illud corpus non rarefieri, neque, ſublata iterum illa atmoſphaera, aerem verſus corpus iſtud propelli. Tandem refert ſuperficiei politae maſſae argenteae inuri quaſi maculam eius coloris, quali elaſtrum horologii portatilis praeditum eſt, ſi illa ſuperficies in diſtantia dimidii pollicis excipiat ſcintillas globuli plumbei, vel argentei, vel aurei, vel aenei electrificati: In ferro polito ſimiliter effici poſſe maculam, ſed alius coloris, et ferrum ibi tanquam arroſum videri.

Tres quae ſequuntur epiſtolae, quarum prima ad FRANKLINVM Boſtono data eſt, totae fere impenduntur recenſendis experimentis de diuerſa electricitate per frictionem globi ſulphurei et globi vitrei excitata. In his nihil noui reperimus. Sub finem autem poſtremae epiſtolae FRANKLINVS quaerit, annon ad machinam electricam adhiberi poſſint globi e corio differto, pro vitreis, et loco puluinuli, cui globus affricatur, tabula lignea ſulphure fuſo obducta? Coniicit, eius modi globos, qui peregrinantibus eo, quod frangi non poſſunt, commodi forent, haud carere poſſe effectu deſiderato. Rem ipſe nondum tentauit.

Penultima in epiſtola agitur de modo electricitatem nubium fulminantium experiundi. Primus phyſicos excitauit FRANKLINVS ad exquirendum, utrum nubes, quae tonitrua et fulgura emittunt, materia forſan electrica ſcateant, propoſito etiam in aliqua epiſtola voluminis I. hanc in rem experimento. Quaenam hoc conſilio in Europa paullo poſt tenta-

tentauerint plures viri ſollertes, et quonam ſucceſſu uſi fuerint, ſatis ſuperque notum eſt. Sed quo modo experimentum captum ſit Philadelphiae, FRANKLINVS hoc loco exponit, et ibi etiam per electricitatem eius modi nubium eadem, quae per vulgarem, globo vel tubo vitreo fricto excitatam, electricitatem fiunt, effecta eſſe affirmat. Vltima epiſtola nihil continet, quod iam in antecedentibus non dictum ſit.

VII.

Oeconomiſch-Phyſicaliſche Abhandlungen, vierter Theil. Nebſt Regiſter über die vier erſten Theile. Leipzig, C. L. Iacobi, 1752. 8. 16 Bogen.

h. e.

Oeconomico phyſicae diſſertationes. Pars IV. cum indice quatuor partium.

NO. I. GODOFR. AVG. HOFFMANNI *continuatio tractationis de fermentatione.* In practica, quam part. III. inchoauit, conſideratione primo pergit, et cereuiſiam, acetum, et ſ. p. praeparandi modum oeconomice docet. His deinde ſubiungit phyſicam tractationem. Aſſumit triplicem fermentationem et praeter vinoſam acidamque, putrefactionem huc quoque refert, dum omnem fermentationem in minimarum particularum ſolutione conſiſtere ſtatuit. Dantur enim ſubiecta plurima, quae triplicem fermentationem patiuntur, licet in quibusdam una vel altera non procedat. Cereuiſia e. gr. ſtatim aceſcit, vel ſtatim ex vinoſa indole ad putrefactionem tendit. Animalium partes neque vinoſae neque acidae fermentationis ſunt capaces, ſed citiſſime putreſcunt, idque ideo fit, quia harum minimae particulae non gradatim et ſucceſſiue, ſed uno impe- p. 767.

tu

tu diſſoluuntur. Alcalinum volatile ſal, quod putrefactione gignitur, fixum quoque alcali, non igne generari, ſed antea iamiam in corporibus contineri, probare exiſtimat Auctor. Neque vero chemica corpora principia, ut ignis, aer, aqua, terra, ſal, ſulphur, neque mineralia ſolitarie et per ſe fermentationem ſuſcipere poſſunt; priora enim ſimplicia ſunt, et a ſe inuicem quidem ſeparari, non vero radicaliter ſolui poſſunt, et mineralium partes nimis arcto coniunctae ſunt vinculo. Non tamen incongruum eſſet, rubiginem metallorum certo reſpectu ad putrefactionem reducere. Ad fermentationem vero rite inſtituendam neque certum, neque eundem ſemper caloris gradum neceſſarium, nec vaſa ſemper aperta relinquenda, nec cruſtam, quae fermentantem maſſam tegit, integram ſeruandam eſſe,
p. 793. credit. Eſt etiam ex Auctoris hypotheſi falſum, quod alii affirment, fermentatione nouum plane corpus generari; fit enim modo ea mutatio, ut bullulae exteriores, quae minima corpuſcula conſtituunt atque cingunt, ſeparentur, et ideo reſiduum alias proprietates, quam antea, dum adhuc tectum atque inuolutum, oſtendat. Virtus etiam ſpecifica corporum minime perit. Si fermentans maſſa nobilis eſt, vinum etiam praeſtantius, et ſi vel aroma additur, vel purgans fermentandis miſcetur, etiam eorundem virtutes in fermentatis percipimus. Acetum, dum vel ex melle vel ſpiritu vini paratur, horum quoque proprietates adhuc redolet. Et haec
p. 800. etiam de putrefactione valent. Eſt itaque ex Auctoris ſententia, fermentatio naturalis, hoc eſt artificiali contraria, gradualis reſolutio certarum partium cuiusdam, in primis vegetabilis et animalis, corporis, quae eam habet vim, ut ſpiritus, ſal, oleum et terra, antea vix viſibiliter in eodem contenta, nunc ſenſu percipiantur. Si particulae eius nudi corporis, tanquam homogenae, ſeparantur, tunc prima

fit

fit ſolutio, quae omnem fermentationem debet praecedere; ſecunda deinde ſolutio fit, quando non modo homogeneae, ſed et earundem externae partes, quae reſpectu reliquarum heterogeneae ſunt, ita ſegregantur, ut reliquae heterogeneae partes adhuc dum immutatae maneant. Haec ſolutio euenit in fermentatione vinoſa. Si nunc heterogeneae partes ulterius diſſoluuntur, tertia exiſtit ſolutio; ubi vinum in acetum degenerat, tandemque quarta, ſi acetum corrumpitur, quae radicalem ſiſtit ſolutionem. Quo itaque Cl. Auctor hos fermentationum ordines ſtabilire atque explicare queat, omnia corpora ex corpuſculis homogeneis conſtare aſſumit, quorum quodlibet ex veſiculis componitur, quae ſubtiliſſimae ſunt membranae, quarum una ſemper alteram inuoluit, atque ab illa inuoluitur. Exteriores duae vel plures veſiculae ſpiritum ſylueſtrem, quem Gas dicunt, conſtituunt, et magis ad ſiccam, quam humidam naturam accedunt, hiſce includuntur ſpirituoſo aquoſo oleoſae, quae iterum numero plures ſunt, quod inde adparet, quia unum ſubiectum reiterata ſaepe vice fermentationem vinoſam patitur. Hae veſiculae conſtituunt ſpiritum ardentem, cum ſuo phlegmate. Hiſce porro oleoſis veſiculis continentur non nullae acres acidae, ex quibus acetum generatur; et hiſce tandem inuoluitur ſal alcalinum, oleum, urinoſus ſpiritus, aqua et terra, quae omnia et fixa et volatilia fieri poſſunt pro diuerſa ſolutionis ratione. Reliquis omnibus fixiores ſunt acidae veſiculae, et hinc eluceſcit, cur in deſtillatione acidum eo magis fixum ſit, quo maiorem aciditatem habeat, et cur phlegma acidum ſpiritum praecedat, itemque cur acidam fermentationem ſemper ſequatur putrefactio, id enim ideo fit, quia nullae amplius adſunt veſiculae, quae internam mixtionem includunt. Hiſce ita hypothetice explicatis, nunc ipſum deſcribit modum, quo fer-

mentatio ab Auctore inſtituitur. Maſſam, antequam fermentare incipit, concutiendo ſemper mouendam eſſe, idque ſaepe in fermentationis actu faciendum, citoque eandem, ſi non nullae olei tartari per deliquium guttulae admiſcentur, inchoare
p. 809. monet. In fermentationis actu primum aliquid craſſi fecumque adſcendit, eoque tempore menſtruum in alteram craſſiorem partem et ſubſidentes feces agit, qua actione et calore exteriores corpuſculorum veſiculae extenduntur, atque magis magisque aethere replentur, ideoque veſiculae vel ſtatim diſrumpuntur vel in ſuperficie craſſiorum partium haerent. Cum vero aether verſus ſuperiora ſemper nitatur, aerque infra denſius fluidum, quam ipſe ille eſt, haerere non poſſit, veſiculae, et, quibus adhaerent, craſſiores partes adſcendunt, cruſtamque conſtituunt. Si vero ille aether cum reſinoſis et oleoſis partibus vel nimium vel admodum parum coniunctus eſt, nulla omnino fieri poteſt, fermentatio, et ſi forte eius modi materia ad ſolutionem diſponitur cogiturque, illae tamen, modo dictae, reſinoſae partes, aethere ſeparato, rancidae et alcalinae fiunt, atque putreſcunt. Vltimo Cl. Auctor loco ciborum concoctionem ad nullam fermentationis ſpeciem referendam eſſe, oſtendit.

p. 864. No. 3. *Conſideratio aquifolii, ſecundum elegantem formam, proprietatem, et uſum.* De germanico atque latino huius plantae nomine diſſerens, germanice *Stechpalme*, latine ilicem aculeatam nominandum eſſe, affirmat Auctor, quiiibet vero facile perſpicit, eodem iure ſmilacem appellari poſſe, quam ilicem, cum nulla enim harum plantarum conuenit, ſed omnimo aqui vel agrifolium dicendum eſt. Addit deinde aliqualem totius vegetabilis deſcriptionem, ex qua ſatis cognouimus, eum rei herbariae minus fuiſſe ſtudioſum. Tandem uſum plantae recenſet. Decoctum radicis rigida et fracta membra emollit

atque

atque firmat. Puluis radicis medetur herniae, ex cortice gluten conficitur, foliorum decoctum tuſſim et lateris dolorem ſedat, recens bacca calculum pellit, exſiccata colicam curat, ad ſepiendos hortos utilis exiſtit planta.

No. 4. IOH. GODOFREDVS ORTH finem addit obſeruationum *circa aſcenſum et deſcenſum thermometri florentini qnatenus ex iis tempeſtatum varians et conſtans diſpoſitio colligitur et praedicitur* *. Nos ſummam tantum capitum indicabimus. In ſeptimo de uſu huius thermometri in proxime precedentis aeſtatis et hyemis diſpoſitione indicanda agitur ita, ut in prima claſſe menſurae frigoris atque caloris conſuetae ſeptem diuiſiones annotentur, et mutationes, quae iis praeſentibus euenerunt, in obſeruationibus adduntur, in ſecunda vero claſſe regulae, ex quibus aeris coelique conditio quotidie diiudicari poſſit, proponantur, in tertia tandem, quo modo ex mutationibus thermometri et conſtantes et variantes tempeſtates ſatis certo definiri queant, indicetur. In octauo tandem et ultimo capite Auctor noſter de iis rebus agit, quae in ſecunda parte libelli 1733. ſub nomine clauis tempeſtatum (*Witterungs-Schlüſſel*) germanice editi, pertractandas ſibi ſumſerat, nondum vero ſpem certam de editione libelli huius facit. p. 882.

No. 5. IDEM Auctor *comparationem hyemis anni 1745 cum hyeme anni 1751. inſtituit*, eo fine, quo mutationes tempeſtatum utraque hyeme variantes cognoſcantur, licet in eo conueniant, quod frigora vernalia in his obſeruata non fuerint. Ex his vero obſeruationibus ad 51° 4′ latitudinis collectae variae concluſiones, oeconomis utiles, colliguntur. p. 970.

Subnectitur etiam tabula, in qua ſumma altitudo, ad quam mercurius in barometro ab anno huius ſeculi 25 ad 50 diuerſis temporibus aſcendit, annotatur.

* vid. Comment. noſtr. Vol. I. P. IV. p. 640.

VIII.

Oeconomiſch-Phyſicaliſche Abhandlungen. Fünfter Theil. Leipzig, C. L. Iacobi, 1753. 8. 16 Bogen.

ſiue

Diſſertationum oeconomico phyſicarum. Pars V.

Ex quinque, in hac parte editis, diſſertationibus, trium modo, quae in primis ad noſtrum ſpectant inſtitutum, recenſionem dabimus. Secunda in ordine *columbarum naturalis hiſtoria* inſcribitur. In qua Auctor hiſtorice atque phyſice, externas ac internas earundem partes, indeque dependentes actiones recenſet, ſeduloque deſcribit. Cum vero illae omnes cuilibet ſatis cognitae ſint, non nullarum modo nunc faciemus mentionem. Vropygium, quod aliquam cum coccygis oſſe animalium quadrupedum habere videtur analogiam, mobile eſt, inque eodem haerent duae cauae glandulae, in quibus ex luteo albidus pinguis et glutinoſus liquor ſecernitur, ac his accumbit papillae inſtar eleuatum corpus, per cuius aperturam ſecreti liquoris excretio promouetur. Hocce liquore plumas humidas atque flaccidas rigidiores facere columbas, crediderunt plurimi, et ipſe Auctor vidit aliquam, quae plumas, vel lauatione praegreſſa vel alia ex cauſa a naturali ſitu turbatas, hocce inunxit liquamine. Roſtrum enim verſus papillam direxit, eamque ab inferiori ſurſum preſſit, ac ſuccum, ex glandulis ſtillantem, roſtro adſumſit. Quoniam etiam hic ſuccus pinguis eſt atque oleoſus, patet inde, cur, licet pluuia adſit, eius modi tamen aues in aere volantes ſe ſuſtinere, aliaeque in aquis habitare queant, ſine eo, ut ſuperficies corporis humida euadat. Haec, quae nunc enarrauimus, veritatis quidem ſpeciem habent, cum Cl. REAVMVRIO tamen conſentit Auctor,

p. 65.

p. 70.

ctor, qui ſuccum illum morboſum potius, quam naturalem et ſi diutius in receptaculis ſtagnat, ſanitati noxium eſſe, auesque naturali inſtinctu eundem exprimere, et ab ingruente morbo corpus liberare, affirmauit. Columbus non pedibus, ſed digitis modo inſiſtere, ex numero ſituque oſſium declarat Auctor. Inſignem illam, quam in plumis conſpicimus, colorum varietatem vix quidem ſufficienter explicari poſſe, concedit, attamen perhibet, plumas eſſe bulboſas plantas, quae in auium ſuperficie creſcunt, et prout bulboſae radices ratione ſoli, in quo habitant, flores producunt, multiplici colore variantes, ita etiam ſanguinis aliorumque humorum proprietate mutatae, varium plumis conciliant colorem. Ex ſtructura viſcerum, ab Auctore deſcripta, elu- p. 77
ceſcit, uuula carere columbas, cerebri eiusque partium alium atque plane contrarium, quam in quadrupedibus, ſitum eas habere, ventriculum adeſſe duplicem, in quorum altero deglutita grana macerantur, in que altero digeruntur et concoquuntur. Haec vero digeſtio multum adiuuatur lapillis, quos ſtudioſe ſeligunt deglutiuntque ipſae. Bilem etiam conficiunt haec animalia, et licet receptaculum eius, fellea veſicula, deſit, cholodochi tamen ductus in hepate deprehenduntur, quorum unus etiam duodeno inſeritur. Agit dein Cl. Auctor de diuerſis columbarum ſpeciebus, de earundem vitae genere, cibo, atque concubitu. Duo ordinarie columba ponit oua, horumque illud, quod primum emittitur, maius eſt et in utraque extremitate obtuſum, et fere ſemper marem continet, alterum, quod poſt triduum, excluditur, priori minus eſt, et inferiori extremitate acutum, fouetque conſtanter feminam. Oua haec per quatuordecim dies calore matris patrisque fota, perfectum foetum oſtendunt, et quidem decima quarta die propria virtute teſtam frangit mas, et ſubſequente demum die ſponte egreditur

femina. Iis rebus, quae grata ſenſatione nares feriunt, maxime delectantur columbae, quae vero foetent, in primis aſſam foetidam, auerſantur, et hinc ſaepe ſua habitacula relinquunt. De ſimo columbino diſſerens Auctor, aſſerit, piſtores eodem uti, atque lixiuium exinde parare, quod pani triticeo albo ſingularem atque egregium ſaporem conciliat.

p. 160. Tertia, quae ſequitur, diſſertatio, a GEORG. FRID. MOELLERO eſt conſcripta, agitque *de extraordinaria vegetatione, veram plantarum ſtructuram earumque incrementum illuſtrante.* In prima * harum diſſertationum parte de vegetatione atque ſtructura plantarum diſſeruit Cl. Auctor, ac declarare ſtuduit, incrementum vegetabilium fieri, dum partes, in plantula ſeminali iam contentae, gemmaeque, intra plantam adductae, ſucceſſiue delineantur, euoluuntur, atque extenduntur. Ab hac vero ordinaria euolutione ſaepe recedit natura. Cuius rei varia nunc adducuntur exempla. Ita monet Auctor, iuniores arbores, in quibus inſitio facta fuit, citius exhibere fructus, ſi ramuli, nunc enati, non praeſcinduntur, inſtituta vero ſectione plures quidem et longiores ramulos, nullos vero fructus generari. Ex quo patet, fructum minime ex eius antea facta delineatione, nunc euoluta, ſed per accidens potius oriri. Si enim gemmae floriferae iam delineatae conſpiciuntur, tunc praeſciſſio non impedit, iuuat potius earundem incrementum. Partes itaque delineatae non mutantur in alias, fuit vero antea ſtatus, ubi delineatione nondum praegreſſa, aliam aliamque faciem aſſumere partes poſſunt. Hinc delineatio non praeexiſtit, ſed accidentalis eſt, fructusque ex iisdem generatur gemmis, ex quibus, rebus mutatis, oriuntur ramuli. Hanc aſſumtam hypotheſin

p. 168. demonſtrare nunc Cl. Auctor annititur, atque *primo* ad

* vid. Comment. noſtr. Vol. I. Part. III. p. 435.

ad *minus conſuetam ſcaporum floriferorum vegetationem* prouocat. Duo in primis huius rei exempla adducit. In auriculae cuiuſdam ſcapo, floribus copioſis onuſto, eo tempore, quo ſemen fere maturum erat, apici ſcapi integram, iuniorem, foliis ornatam, plantulam adnatam fuiſſe, deprehendit. Porro in cepae quadam ſpecie, ſcapum nullos plane flores, ſed modo minores bulbillos, quales in plurimis allii ſpeciebus floribus miſcentur, exhibuiſſe refert. Ex hac itaque metamorphoſi, dum loco fructus floriſque nouae et integrae natae fuerunt plantulae, Cl. Auctor concludit flores atque fructus unam eandemque cum tota planta agnoſcere originem, ſcilicet gemmam. Hac occaſione de bulborum quoque naturali vegetatione diſſerit, atque eas deſcribit mutationes, quae in eius modi radice, dum ex ſemine enata fuerit, uſque ad florendi tempus eueniunt, ac ſe inuicem excipiunt. *Secundo* ſermonem facit *de monſtroſa roſae florentis figura*, tertioque de *prunis, quae et propter magnitudinem excedentem, et propter nucis ſeminisque defectum, a naturali conſtitutione deflectebant.* Quae vero Cl. MOELLERVS de ortu eius modi monſtrorum profert, et quas inde de vegetabilium ſtructura et vegetatione cogit concluſiones, cum illa omnino conueniunt theoria, quam fuſius iam iam loco citato recenſuimus. Ipſe etiam concedit ſe ſaepiſſime unam eandemque rem repetita vice proponere, et crambem non bis modo, ſed ſaepe coctam apponere debuiſſe. Ita enim facile euenit, ut, ſi quis ſibi hypotheſin quandam effinxerit, omnes etiam mutationes, omniumque mutationum cauſas ſecundum eandem explicare tentet, licet non vere, tamen veri aliqua ſub ſpecie. Ne itaque et nos Lectori rerum repetitione taedium moueamus, omiſſis reliquis, eas modo adhuc annotabimus, quas ex monſtroſa prunorum vegetatione, de fructuum, oſſeam nucem continentium, ortu

p. 199.
p. 211.

exhibet concluſiones. Eius modi fructus ex foliis oriri aſſumit; dum ſcilicet prima gemmae folia extremis marginibus inter ſe cohaerent, ita tamen, ut apice firmius, inferiori parte laxius combinentur; ſed apparet exinde, quia maturus fructus ſuperiori in parte difficilius, inferiori vero facilius a ſe inuicem ſeparatur. Coalitus huius veſtigium in maturis quoque fructibus deprehendimus; Rimulam enim in eius ſuperficie conſpicimus, inque eo loco in duo hemiſphaeria diuiduntur illi. Habent etiam, dum ad huc immaturi ſunt, oblongam figuram, qualem folia oſtendunt, et aſſumunt modo oualem vel rotundam, dum ab adducto humore expanduntur. Oſſiculum eodem modo ex ſecundo gemmae folio marginibus coalitis oritur, dum illud in prioris cauitate includitur, adeſt etiam hic in una parte rimula, ambitusque reliquus aequabiliter ubique cohaeret, et dum in duas partes diuiditur, ea pars, ubi rimula fuit, polita, altera oppoſita aſpera deprehenditur. Hoc inde euenire Cl. Auctor putat, quia in hoc loco partes naturaliter cohaerent, et nunc vi quadam dilaceratae ſunt, in rimula vero preſſione modo coaluerunt partes. Alibi aſſumſerat Cl. MOELLERVS tot quaſi eſſe diſtincta membra, quot ramulus obtinet folia, et prout ramulum, ita et eius ſingula membra ex gemma oriri; in fructifera vero gemma membra haec preſſius ad ſe inuicem collocata manent, et proportionato modo eorundem interſtitia augentur. Fructum itaque Cl. Auctor cum ramulo comparat, qui ex tribus membris componitur. Folium, quod ex primo membro enaſcitur, fructus carnem et huius inuolucrum, ſecundum, quod ſecundo membro adhaeret, nucem conſtituit, tertiumque membrum in apice gerit gemmam, in nucleum ſiue ſemen mutandam. Oſſiculum enim ſiue nucem ex folio quoque ortum duxiſſe, praeter ea, quae iam ſuperius annotauimus,

exinde

exinde quoque apparere asserit, quod, si illud horizontaliter dissecatur in loco, rimulae opposito, filamentum, per longitudinem excurrens, conspicitur, quod costam folii mediam fuisse credit. Durities quoque, quam in osſiculo quidem, non vero in foliis conspicimus, huic hypothesi minime repugnat. Est enim illud in principio molle, et eam adhuc mollitiem retinet, licet ad magnitudinem aliquam iam iam deuenerit. Mutatio demum iulio mense fit. Folia lignosas habent fibras, harumque interstitia cellulosa substantia replet; haec vere lapidosam fere duritiem assumere posse constat, quae mutatio fit, quando lignosae fibrae propius sibi, inuicem apponuntur, et cellulosus contextus succis priuatur. Prius accidit pressione, alterum directione motus succorum mutata. Nunc vero incrementum eius modi fructuum ab interiori parte incipit, nucleus et osſiculum iustam iam acquisiuerunt magnitudinem iunio mense, eoque tempore parum adhuc carnis adparet. Exterior, saepe adhuc frigidior, aura impedit, quo minus pulposa carnis substantia rarior porosiorque fieri possit, hinc succus copiosius versus internas partes mouetur, eas extendit, hine fit pressio versus externam tensam membranam, quae resistit, et ita partes in osſiculum mutandae et ab intra, et ab extra premuntur, partes vero pressae succis motum vix concedunt, sed illi potius ad ea abeunt loca, quae minus resistunt, eius modi illud cauum est, quod semen continere debet, huc ergo intrat atque in nuclei incrementum impenditur. Qui volumine auctus, compressas antea iam partes adhuc magis comprimit, et ita contextum cellulosum condensat, rigidioremque reddit. Tandem iulio mense et nucleus perfectus, osſiculumque iam condensatum minimam vel nullum humorum copiam adsumunt, mouentur ideoque humores ad externam mollem pulpam, et inde fructus, qui antea

vere eandem retinuit magnitudinem, nunc augetur atque increſcit inſigniter. Explicatis hac ratione iis, quae conſuetam eius modi fructuum geneſin declarare debent, porro Cl. Auctor eruere ſtudet cauſam, cur praeter naturae ordinem factum fuerit, ut et oſſiculum et ſemen in adducto exemplo defecerint, qua in re iterum ad triplicem gemmam reſpicit, et ſi una vel altera increſcere non poteſt, hanc vel illam partem etiam abeſſe debere exiſtimat.

p. 242. In quinta diſſertatione diſquiritur, *quaenam ſiat mutatio, dum ſemen in terra iam emollitum lacteumque ſuccum continens, frigore deſtruitur.* Semina, ſuperficiei terrae modo impoſita, ſub niue emollita quidem, non vero rupta, perfecta omnino apparuiſſe, plantulam vero ſeminalem minime protruſam, ſed potius morboſam immo mortuam fuiſſe; vidit Auctor, ideoque exiſtimat, omnem laeſionem modo in plantula, cotyledoni ſana exiſtente, quaerendam eſſe.

IX.

Hamburgiſches Magazin, oder geſammlete Schriften zum Unterricht und Vergnügen aus der Naturforſchung und den angenehmen Wiſſenſchaften überhaupt. Xter Band, Hamburg, bey G. C. Grund, und Leipzig, bey A. H. Holle, 1752. 8. Alph. 1. Bog. 19. Kupfertafeln 2.

h. e.

Promptuarium Hamburgenſe, ſiue collectio ſcriptorum, inſtitutionis et oblectamenti gratia ex phyſica et humanioribus literis collectorum etc. Tomus X.

p. 19. *Part. I. no. 2. Commentariorum Societ. reg. goettingenſis ſcientiarum Tomus primus* recenſetur.

No. 3.

No. 3. M. ELIAE FRIDR. SCHMERSAHLII *de arboribus praeſcindendis commentatio.* p. 42. Cauſam, cur arbores praeſcindi ſoleant, triplicem ponit Auctor; aut enim in hortorum ornamentum, aut propter foecundationem augendam, aut propter utrumque ſimul ea inſtituitur operatio. Tempus quoque huic rei conueniens varium eſt; vel enim hyeme ianuario, martioque adhuc menſe, vel aeſtate circa feſtum Iohannis optime ſuſcipitur, qui vero ramuli ex radice atque trunco progerminarunt, omni tempore auelli poſſunt. Minime autem ad lunae mutationes attendendum eſt, debet modo nimius calor, nimiumque frigus euitari. Frigus enim intenſius in recenter facta vulnera penetrat, eorumque conſolidationem impedit, calor vero nimius efficit, ut ramulus prope ad vulnus exſiccetur. Modus, quo ſectio inſtituenda, recte eſt obſeruandus. In genere itaque ſciendum, ſectionem ubique eſſe debere aequalem; quae enim aliquando relinquuntur fibrae vel fiſſurae aut putredini aut exſiccationi anſam praebent, ea etiam ſectio, quae inclinata et longitudinali linea fit, reliquis eſt praeferenda. Pro diuerſo autem, quem expectamus, effectu diuerſi mode praeſcindi debent arbores. Non omnia, ab Auctore de hac re prolata recenſebimus, modo attendamus ad ea, quae conſideranda ſunt, ſi propter foecundationem augendam inſtituitur. Et hac in re illae in primis, quas Cl. de la QUINTINIE dedit, regulae tenendae ſunt; ſcilicet imminuendos praeſcindendosque eſſe craſſiores, conſeruandos vero tenuiores ramulos. Hi enim fructiferi ſunt, illi modo lignoſi. Quae contra hanc datam legem, auctores alii diſputarunt, ea omnia ſolide refutauit Cl. Auctor, ſimulque oſtendit, luxuriantes arbores non modo praeſciſſis lignoſis ramulis, ſed alia quoque ratione foecundiores fieri. Quo magis enim in hiſce illi praeſcinduntur, eo magis ſemper augentur citiuſque

citiusque protruduntur. Laetius incrementum cohibendum eſt, et ex lautiori ſolo in macrum atque ſterile tranſponenda arbor. Immo aliquando iuuat, ſi per unum vel alterum annum ſibi ipſi relinquitur arbor, atque nulla plane inſtituitur ramulorum ſeparatio. Si vero excreuit luxurians ita planta omnes ſimul uno tempore auellendi ſunt ramuli; ſi vero et hoc non prodeſt, unicum auxilium in ſteriliori terra inueniendum; et ſi propter aetatem eius modi arbor tranſplantari nequit, auferenda modo ſunt pinguioris terrae ſtrata, ſteriliorque adponenda. Plurima tandem addit Cl. Auctor, de ea ramulorum ſectione, qua arborum figura in hortorum ornamentum obtinetur.

p. 67. *No. 4. De comparatione oculi cum camera obſcura* iterum agit Cl. VNZERVS, diſſeritque in primis contra Cl. KAESTNERVM de retinae ſenſatione, et qua ratione ea huic tunicae adſcribi poſſit, exponit; ne materialiſtae nomen mereatur.

p. 76. *No. 5. De rarioribus quibusdam Rhodani fluuii epiſtola*, translata ex Diario heluetico (*Iourn. helvet.*) an. 1741. menſ. april.

p. 115. *Part. II. no. 1.* LE PAGE DU PRAZ *commentatio de Miſſiſipi*, ex gallico in latinum verſa ex Diario oeconomico, an. 1751. menſ. ſeptembr.

p. 136. *No. 2.* Exponuntur *medicamenta contra ſcabiem ſuum et cancrum armentorum.* Si nigricantes puſtulae in ſuum lingua efflorescunt, prodeſſe dicitur antimonium in puluerem redactum, et cum pauxillo farinae hordei remixtum, ſi linguae imponitur, laudatur quoque in cancro, ſi morboſae parti adplicatur. Laudatur quoque, ut prophylactica medicina in ouium in primis morbis ſequens formula: Abſinthii cultura perfectius redditi, *gepfropfter Wermuth*, et radicis armoraciae hiſpanicae anatica portio, e. gr. libra una, fiat puluis et conſeruetur in vaſe; ſi eo puluere

puluere uti volumus, pro centum ouibus sumantur unciae duae, et addantur pulueris baccarum iuniperi unciae quatuor, et duae vel tres mensurae (*Mätzen*) pabuli, ex una tertia parte auenae et duabus tertiis pisi atque viciae compositi, manipulus porro unus salis communis et dimidia omnium ingredientium pars vulgaris pulueri sati absinthii.

No. 3. Recensetur P. D. FRISII *disquisitio in causam physicam figurae et magnitudinis telluris*, Mediolani 1751. 4. p. 140.

No. 4. Noua theoria universi, quam THOMAS WRIGHT in libro. *An original theory or new hypothesis of the universe*, London, 1750. 4. exposuit, in epitomen contracta legitur. p. 151.

Part. III. no. 1. Habetur *versio libri* IOSEPHI BALDASSARI *de sale Cretae* (Osservazioni sopra il sale della Creta in Siena 1750). p. 227.

No. 2. De homine, duplici ratione caeco facto, feliciter restituto, relationem dedit F. C. LIEBEROTHIVS, Med. Lic. Puer duodecim annorum ex variolarum confluentium morbo in dextro oculo cicatrice laborabat, quae quidem primo in albuginea tantum tunica conspiciebatur, sensim vero magis extendebatur illa, atque radiorum lucis ingressus eadem tandem plenarie impediebatur. Anno aetatis decimo septimo oculi sinistri bulbus, externa laesione facta, disrumpebat, omnesque humores magna cum haemorrhagia uno momento effluebant; omnia adhibita medicamenta nihil valebant, et inflammatione discussa, exsiccatae tantum supererant oculi tunicae. In utroque itaque oculo visus amissus atque miser ille homo penitus erat coecus. Hic vero deplorandus status non diu durabat, sed quatuordecim diebus elapsis dexter oculus bene iterum valere incipiebat, atque sensim cicatrice, sponte, nulla medicina adhibita, discedente, visus in hoc latere plena- p. 250.

plenarie reſtituebatur. Addit porro Cl. Auctor ea, quae huius mutationis ſanationisque cauſam concernunt.

p. 256. *No. 3. De quibusdam memoratu dignis Rhodani fluuii alia epiſtola*, translata ex Diario heluetico an. 1741. menſ. mai.

p. 268. *No. 4.* Exhibetur recenſio libri, cuius titulus: *Electricorum effectuum explicatio*, Auctore ANDREA BINA, Patav. 1751. 8.

p. 280. *No. 5. Literae* DAN. PETR. LAYARD, *deſcriptionem abſceſſus, in ventriculo generoſae puellae orti, continentes.* Translatae ex Tranſ. Philoſ. no. 495. art. 2. *.

p. 288. *No. 6. Hiſtoria tumoris, in veſicae urinariae interna facie nati, et feliciter a* IOSEPHO WARNERO *extirpati.* Anglico ſermone legitur quoque in Phil. Tranſ. no. 495. art. 5. **.

p. 292. *No. 7. Recenſetur liber*, quem de *terrae motu* edidit ANDR. BINA, titulo: Ragionamento ſopra la cagione de' terre moti. In Perugia, 1751. 4.

p. 300. *No. 8. Experimenta quaedam de rebus, putredini reſiſtentibus*, Auctore IOHANNE PRINGLE, in germanicum ſermonem conuerſa, ex Tranſ. Philoſ. no. 495. art. 15. ***.

p. 316. *No. 10. Diſquiſitio, qua ratione melleus ros praecaueri poſſit*, deſumta ex Diario Heluet. an. 1751. menſ. mai.

p. 339. *Part. IV. no. 1.* Altera pars libri, in germanicam verſi, quem *de ſale Cretae* edidit BALDASSARI.

p. 376. *No. 2.* Recenſetur atque notis illuſtratur ELIAE BERTRANDI Tractatus *de interna terrae ſtructura.* Memoires ſur la ſtructure interieure de la terre. Zuric. 1752. 8.

No. 3.

* Conf. Comment. noſtr. Vol. I. Pars IV. p. 690.

** Huius quoque deſcriptionem dedimus l. c. p. 692.

*** vid. loc. cit. p. 698 ſeqq.

No. 3. Meditationes de STAHLII *theoreticis medicinae fundamentis*; Auctore I. A. VNZERO. Minime omnia de anima rationali a STAHLIO vel eius aſſeclis excogitata atque expoſita dogmata nunc examinare, ſed non nulla modo, quae ad hanc rem ſpectant, diiudicare voluit Cl. Auctor; atque primo monet, non ipſum STAHLIVM huius dogmatis, de animae virtutibus, inuentorem, ſed diu antea nomine pſychologici influxus fuiſſe cognitum. An itaque anima in corpus vere agere poſſit, poſt ea diſquirit, oſtenditque et LEIBNITIVM et WOLFFIVM eam iam adſumſiſſe ſententiam, ideoque omnem modo controuerſiam eo redire, ut pateat, qua ratione haec reciproca actio fieri poſſit. Et enim et illi, qui harmoniam, et illi, qui influxum ſtatuunt, prout et Stahliani adſerunt omnes, 1) animam in corpus, 2) corpus in animam agere, 3) omnium animalium motuum, qui in organicis viuentibus corporibus eueniunt, rationem ſufficientem in anima eſſe. Si vero quaeritur, qua ratione anima in corpus et corpus in animam agat, tunc diſſenſus oritur. Illi, qui pſychologicam harmoniam adſumunt, idealem, influxum vero defendentes, realem influxionem ſtatuunt. Hunc ultimum influxum ex una parte, qua anima in corpus agit, adſumſiſſe STAHLIVM, ex illis in primis argumentis clarum eſt, quae ex ſcriptura ſacra adduxit. An vero idealis, an realis influxus defendendus, atque verus ſit, diſquirere non vult Cl. Auctor, ſed porro oſtendit, eam doctrinam ad medicinam plane non pertinere, neque in eadem aliquem uſum habere, hac addita limitatione, Stahlianiſmum ea modo ratione hic conſiderandum eſſe, qua cum pſychologico influxu unum eſt idemque, et hoc reſpectu ad medicinam minime ſpectat. Secundum STAHLII vero ſententiam anima modo in corpus, minime corpus in animam agit, haec poſterior propoſitio a p. 400.

medicis

medicis debet examinari. Qua distinctione Stahlianismi adsumta, porro Auctor concludit: 1) Nos posse STAHLII theoremata negare, et tamen simul defendere, omnes animalis corporis motus sufficientem rationem in anima habere, et 2) psychologicum influxum adsumere, sine eo, ut errores, qui ad medicinam spectant, committamus. Non itaque omnes mechanici medici psychologicam harmoniam defendere debent. Et si Stahliani eam modo sententiam non defenderint, corpus humanum minime actuosum, sed mere patiens esse, omnino cum mechanicis conuenirent, licet illi, vel hi nunc psychologicam harmoniam, nunc influxum adsumerent. An vero recte STAHLIVS adfirmauerit, omnes corporis nostri motus ab anima dependere, tandem VNZERVS disquirit, contenditque, eam omnino rem aliquam in medicina utilitatem habere, non tamen nimium urgendam esse ideo, quia ex altera parte omnem virtutem atque actionem corpori denegat. Haec ultima enim sententia fons est atque origo plurimorum in medicina et pessimorum errorum.

p. 509. *Part. V. no. 3.* Delineatur *systema morbillorum*, quod Cl. I. G. de HAHN exposuit in libro: Morbilli variolarum vindices *.

p. 511. *No. 4.* Cl. KAESTNERI *relatio de figura in ligno reperta.* Describit accuratissime eam figuram, quae globum aureum cruciferum, qui ex insignibus imperatoris romani est, refert, eamque addit et adsumit huius phaenomeni explicationem, quam IO. AD. KVLMVS de ea re dedit in diss. de literis in ligno fagi repertis, Gedan. 1730. 4.

p. 534. *No. 6. Collectio non nullarum obseruationum medicarum*, auctore Cl. VNZERO. Sunt eae sequentes: 1) Inter certa mortis signa LVDOVICVS ille, Parisien-

* vid. Comment. nostr. Vol. II. P. II. p. 301. seqq.

riſienſium medicus, retulit quoque, ut membra omnia corporis ſint maneantque rigida. Vidit vero VNZERVS cadauer hominis, ex morbo hepatis hectica febre defuncti, ubi nullus rigor, ſed potius omnium partium mollities atque flexilitas aderat. 2) Affirmat oculos, in variolis conglutinatos, non aperiendos, ſed potius aegros coecos relinquendos, nullumque damnum inde metuendum eſſe. 3) Vnguentum laudat, quod RAVLINVS in libro *des maladies occaſionnées par les promptes variations de l'Air*, Paris 1752, contra pleuritidem commendauit, hoc ex oleo hyperici et camphora componitur. 4) In angina ſpuria exulcerationem auertit gelatina ribeſiorum, inque eo morbo linteum, ſpiritu vini camphorato impraegnatum, oris nariumque cauitatibus externe adpoſitum, optime conducit. 5) In Diario eruditorum (Iourn. des Scavans, an. 1752. aug. menſ. p. 190.) aſſeritur, rheumatiſmi atque tuſſis cauſam non ſemper in perſpiratione ſuppreſſa quaerendam eſſe, quod tamen defendit Cl. VNZERVS. 6) Conſenſum variarum partium corporis humani a regione epigaſtrica, atque in primis ventriculo et diaphragmate dependere, ex aliorum ſcriptis docet. 7) Saepe tumores etiam prius, quam pus oſtendunt, aperiendos eſſe afferit. 8) Vir quidam, qui quotidie crapula delectabatur, atque multis cibis ventriculum onerabat, non nulla primum inde ſenſit incommoda. Inuenit vero tandem rationem, qua etiam ſine omni moleſtia magnam ciborum quantitatem adſumere poſſet. Si enim ex ſomno minus tranquillo, ex tenſione circa ventriculi regionem atque nauſea cognouit, ventriculum a crapula laeſum fuiſſe, mane decoctum foliorum thee haurit, circa meridiem nihil cibi, ſed pulueris medicati, ex aequali tartari vitriolati et teſtarum cochlearum praeparatarum parte compoſiti, cochleare adſumit; quo adſumto intra trihorium aut vomitus

aut diarrhoea sequitur, et inde bene se habet, atque vespertino tempore denuo cibum copiose capit. 9) Vir quidam per tres fere annos hiberno tempore, dum ex lecto surgeret, dolores et aliqualem inflammationem in sinistro oculo percepit, dum e contrario aestiuo tempore eodem morbi genere laborabat eius uxor. Huius periodici morbi causa erat aeris perflatus, atque mutatus eorundem in lecto situs, hiberno enim tempore eum locum occupauit maritus, quem aestiuo tempore habuit eius uxor.

p. 632. *Part. VI. no. 3.* Breuis exhibetur MOEHRINGII *de auium generibus*, libri *recensio* *.

p. 642. *No. 5.* Legitur epistola *de agricultura perficienda*, translata ex Diario oeconomico an. 1751. mens. mai.

p. 652. *Non nulla ad obseruationem* VNZERI *de repletione ventriculi vomitu curanda*, monet Cl. KAESTNERVS.

X.

HENRICI FRIDERICI DELII animaduersiones in doctrinam de irritabilitate, tono, sensatione et motu corporis humani. Erlangae, 1752. 4. pl. 4.

Postquam Auctor. Cl. principium: *sensationem* nempe *sequi motum*, *sensationi proportionatum*, variis argumentis contra Cl. KRVGERVM in primis vindicauit, porro ulterius docet, alium in corpore humano esse motum, qui ex fibrae natura individuus sensationem comitatur, et alium, qui eandem excipit, quem finalem appellat, et ipsum motum, vel sensationem excipientem, vel cum ea coniunctum, sine animalis fibrae mutatione concipi non posse. Magnum discrimen fibrae mortuae et viuae

* conf. Comment. nostr. Vol. II. P. III. p. 409.

viuae assumendum esse et tonum vitalem in perpetua et determinata tensionis et elasticitatis actione consistere, hincque motum tonicum inter actiones vitales iure esse referendum, ostendere pergit. His praemissis idem Vir Cl. contra irritabilitatem, quae loco toni et sensationis introducta et ab Ill. HALLERO in primis eiusque discipulis stabilita fuit, varia argumenta in contrarium profert. Monet itaque contra HALLERVM: ex experimentis, cum violentia, coactione et praeter naturaliter institutis, ad corporis humani mutationem naturalem tuto concludendum non esse; proprietatem ad producendam irritabilitatem praesupponere habilitatem quandam, quae in tensione determinata et tono sine dubio consistat; magnam irritabilitatis et sensibilitatis notionis nasci confusionem, propter ea, quod in corpore mortuo non sensibilitas vel rei praesentis sensatio, sed irritabilitas tantum superfit; mancam omnino esse irritabilitatis historiam, nec statim fibrae contractionem esse negandam, cum eandem manifeste cognoscere forte non licuerit; hincque porro partium dolorem praesentem nouae fibrae proprietati attribuendum et doctissimorum virorum obseruationes morborum vulnerumque historias fallaces esse habendas. Existimat etiam Noster: ipsam hanc irritabilitatis theoriam non nouam esse, siquidem oscillationis et elateris termini id ipsum indicare videantur; irritabilitatis notionem, quae per fibrae contractionem explicatur, incompletam adhuc esse; orificia enim minima hiantia contracta fibra praecludi et excernendis humoribus nullam viam patere liberam, hinc necessario fibrarum contractionem et relaxationem alternam ad motum animalem disponendum assumi deberi; licet certo respectu actio fibrae ab influente fluido nerueo dependeat, tamen tonum partium vitalem ab hoc influxu solo deriuandum non esse, quoniam etiam absque hoc influxu

fibrae corporis irritabilitatem retineant; hanc opinionem, qua neruosarum fibrillarum cauitatem, cerebri medullam fistulosam statuit et fibras vasculosas, in quibus fluidum nerueum vehitur, solidas non esse Ill. HALLERVS asserit, contradictionis speciem iuuoluere, fluidum ipsum irritari debere, si irritabilitas, a motu fluidi orta in contractilitate consistat, cum nerueae fibrae solidae non sint; hinc fluidum a fluido irritari sequi, in fluido vero, ubi partes parua vi cohaerent, vim, quae irritationem exciret, adhuc dubiam esse. Irritabilitatis theoria et motuum rationes, inde deductae, cum systemati, DE LA METTRIE in libello *homo machina* exstructo, adeo fauere videantur, non defendendas, sed differentiam omnino inter motum fibrarum physicum et vitalem ponendam esse, Noster ulterius statuit. Nec in corpore viuo et mortuo unam eandemque adesse irritabilitatem demonstrat; alias enim motus cordis flatu, calore, et iniectione excitatus, perduraret et in cadauere irritato fugillatio obseruaretur. Si tandem, uti HALLERVS docuit, voluptas et dolor in irritatione neruorum conuenirent et vis contractilis animae praesentiam non requireret, sequeretur exinde, ad dolorem et voluptatem percipiendam animi praesentiam non pertinere et conscientiam grati et ingrati in ipsa fibra esse positam, quae doctrinae certe in materialismi suspicionem Auctores suos deducere viderentur.

XI. Ex-

XI.

Experimenta, quibus varias corporis humani partes sentiendi facultate carere constitit. Specimen inaugurale medicum proponit PETRVS CASTELL. Goetting. 1753. 4. pl. II.

Clarissimus Auctor, cum cognosceret ZIMMERMANNI de insensibilitate tendinum assertis, in dissertatione de irritabilitate propositis *, a variis fidem denegatam fuisse, consilio praeceptoris Ill. HALLERI inductus, non solum cum iis partibus, in quas Cl. ZIMMERMANNVS inquisiuit, sed etiam cum aliis, noua pluraque experimenta instituit. Materiam autem ipsam pertractandam in sex sectionibus tradit et in sectione prima ea, quae de tendinibus, in secunda, quae de ligamentis in tertia, quae de periosteo et pericranio, in quarta quae de pia matre, in quinta quae de pleura, in sexta quae de peritonaeo obseruauit instituitque experimenta, describit et in singulis capitibus consectaria inde deducta, apponit. Experimenta, quorum multa cum variis animalibus et hominibus magno cum studio magnaque attentione instituta fuerunt, lectu et consideratione omnino digna sunt, quae vero breuiter tantum ut tangamus et consectaria, inde petita, paulo accuratius adducamus, instituti ratio iubere videtur. Varia animalia canes, haedi, ab incisa, ad p. 6. denudandos tendines, cute semper doloris sensum perceperunt. A tendinibus v. c. tendine ACHILLIS, extensore tibiae, tendine solei et gemelli, lanceola, scalpello acuque punctis, vellicatis, pertusis et per ipsum medium aut ad dimidium aut integre dissectis, nullum doloris signum animalia ediderunt, commode pedibus incesserunt neque post ea

* vid. huius dissert. recensio in Comment. nostr. Vol. II. Part. II. p. 321 seq.

p. 14. conuulſionibus vexati ſunt. Tendines diſciſſi, retracti quoque obſeruati fuerunt. In tendinibus, acu punctis, poſt aliquot tempus nullum punctorum
p. 17. veſtigium detectum fuit. In tendinis loco, ubi ſectio facta erat, minora tubercula cum tunica tendinis obſeruabantur, reliqua vero coalita erant a glu-
p. 22. tine quodam, uti in fractis oſſibus fieri ſolet. Animalia, quorum tendines inciſi oleo vitrioli, lapide infernali titillati et compuncti ſunt, nihil moleſti perceperunt. Eadem experimenta in vulneratorum hominum tendinibus nudis oblatis fecit Cl. Auctor, quique pariter nullum doloris ſignum ediderunt.
p. 26. Ex his itaque experimentis factis colligit Noſter: tendines cum in animantibus brutis, tum in hominibus ipſis ſiue punctos, vellicatos, irritatos, ſiue ad aliquam partem ſectos, ſiue integre diſciſſos et ipſorum quoque vaginas nulla ſenſibilitatis ſigna exhibere, et per eosdem, quocunque modo vexatos, dum modo non integre praeſciſſi fuerint, motuum
p. 29. actionumque exercitium, quod ab ipſis perficitur, nequaquam tolli. Haec experimenta porro demonſtrant, poſt tendinum laeſiones quascunque nullis aegritudinibus, doloribus, ſpaſmis, conuulſionibus et animalia et homines corripi. Eandem vero ten-
p. 30. dinum naturam eſſe debere Cl. Auctor ex ipſorum ſitu, uſu et textura in primis fuſius explicat et varios auctores et veteres et recentiores, qui tendines ſenſus et doloris capaces eorumque vulnera periculoſa eſſe docuerunt, modeſte refutat, ſuamque veritatem BOTALLI, SCHLICHTINGII, ZIMMERMANNI, SWIETENII, KVLMVSII, MOLINELLII teſtimoniis et obſeruationibus illuſtrat atque confirmat. Illum vero auctorum, de laeſione tendinum diſſenſum, a perperam intellectis antiquiſſimorum medicorum verbis ortum fuiſſe, credit, quippe, qui neruos, tendines et ligamenta uno nomine neruos appellarunt, hinc ii, qui harum partium

tium naturam discernere nesciebant, eas, quae singulis partibus conueniebant, proprietates omnibus attribuerunt. Cum porro multi nerui cum liga- p. 43.
mentis et tendinibus contexti sint, varia symptomata, tendinum laesionibus superuenientia, a vicinis neruis originem ducunt. Et quodsi denique dissecti integreque praescissi tendines proprio suo succo naturali coalescunt et consolidantur, eorundem sutura opus non erit. Haec de tendinibus. Ab his ad ex- p. 48.
perimenta cum ligamentis facta transit. In variis animalibus ligamentum cruris capsulare, amplo foramine facto, vulneratum est, et ipsum vulnus, oleo vitrioli et lapide infernali punctum, tactum et irritatum fuit, sine eo, ut animalia quidquam doloris sentirent. Ex his manifeste apparet, non solum ligamenta, sed etiam eorum membranam propriam, perideſmium dictam, omni sentiendi facultate carere. Hinc ergo dolores arthritici et podagrici sedem p. 56.
suam non in ligamentis, sed in vitiata minimorum vasculorum neruorumque indole habere cutemque, cum per eam innumerabiles neruorum propagines dispergantur, esse illum locum, ubi arthritis saeuit, omnesque morbos articulares pro cutaneis esse habendos. Nec ab ipsorum ligamentorum vulneribus p. 61.
quaedam symptomata grauiora pertimescenda, eorum curam esse facilem, nec ab ipso humoris articularis seu synouiae effluxu eandem perturbari et impediri, haud dubie coniicit Auctor. Nunc porro exhibentur experimenta cum pericranio et periosteo facta. Pericranium animalium, decussatim et transuersim incisum, modo vellicatum, modo acu punctum, modo a cranio ipso derasum, immo butyro antimonii conspersum et in homine quoque specillo irritatum, aliquem doloris sensum praebuisse ex omnibus signis cognosci non poterat. Periosteum, quod in primis in tibia animalium punctum, secundum longitudinem et transuersim incisum, spi-

ritu nitri flammante irroratum, lapide infernali adustum et in amputatione pedis mulieris cuiusdam abrasum fuerat, plane non doluit. Quae cum ita sint, membranam, ossa in brutis animantibus et in hominibus inuestientem, sensu esse destitutam, contra doctissimorum virorum assertа certum est.

p. 70. Duram matrem, cum ab illa, butyro antimonii tincta et corrosa nullus dolor in animantibus ortus fuerit, omnino sensum nullum habere, patet, siquidem in hac nec neruis nec sensu opus est, propter ea, quod ea vasis tantum ordinandis destinata est.

p. 74. Hinc etiam dolores capitis cuiuscunque generis ab hac membrana falso deducuntur. In pleurae membrana, supra dictis artificiis variis irritata et stimulata, pariter nullus dolor animaduersus fuit. Nec ad sensum percipiendum, sed ad partes, in thorace contentas obtegendas et inuoluendas, illa constructa est. Dolores ergo in pleuritide punctorii non pleurae, sed aliis partibus pectoris neruosis et musculosis et sanguini, in vasis stagnanti, adscribendus erit. Haec, quae de pleura ut cognita assumuntur, etiam de mediastino, membrana septi transuersi exteriore,

p. 82. et tunica pulmonum externa, valebunt. Tandem a peritonaei membrana, vario modo, iam recensito, lacessita atque tentata animalia nihil senserunt. Et eadem ipsa in alios usus a natura facta sensus expers esse debet, ne, variis mutationibus corporis agitata, sensum doloris, animalibus molestum, inducat.

XII.

Dissertatio inauguralis medica sistens experimenta circa motum cerebri, cerebelli, durae matris et venarum in viuis animalibus instituta. Auctore IOHANNE DIETERICO WALSTORFF. Goetting. 1753. 4. pl. 8.

Dari motum in encephalo aliqualem Cl. Auctor experimentis instituris quibusdam demonstrare annisus est. In animalibus variis, cranio effracto vel trepano destructo, membrana dura, nuda, penitus quieta, sine omni motu obseruata fuit, ab osse vero cranii depressa et separata moueri, eleuari et subsidere visa est. In dura matre denudata porro pulsus arteriarum, a durae matris motu plane diuersus et distinctus, cognitus est, nec ab hoc ossium cranii sulci et impressiones, sed ab impedita ibidem nutritiae materiae appositione oriuntur. Hunc motum cerebri durae matris fabricae musculari, sensili et contractili ANTONIVS PACHIONI et GEORG. BAGLIVIVS adscribunt variisque experimentis id ipsum confirmant, quos deinde Stahliani secuti sunt, docentes, omnem sensum motumque a meningibus esse petendum. Sed, cum per obseruationes anatomicas constet, duram matrem in iuniotibus et adultis cranio, licet in quibusdam locis plus minusue, ubique tamen ita adnatam et annexam esse, ut nullum detur interuallum, in quo ea vel ab osse recedere vel ad illud propius admoueri queat, in statu naturali integroque cranio nequaquam poterit moueri, siquidem nec talis membranae huius structura fibrosa, qualem PACHIONI descripsit, sed tantum ex tela cellulosa stipata et exiguis neruis praedita inuenta fuit. Per experimenta instituta membrana haec, scalpello puncta, lacessita, discissa, volsella comprehensa, butyro

p. 4.

p. 15.

p. 17.

antimonii corrugata, ſpiritu nitri irritata, oleo vitrioli perfuſa, alcohole deterſa fuit, ſine eo, ut ulla doloris, ſenſus et conuulſionum in animalibus
p. 23 ſigna manifeſta apparuerint. Pericranium in homine, quod durae matris propago eſt, absque ullo dolore irritatur et ipſa dura mater absque ullo metu
p. 25. et periculo a chirurgis gallicis inciditur. Haec omnia ergo clare demonſtrant ac comprobant, in dura aeque ac pia matre ſenſibilitatem et irritabilitatem eſſe nullam. An ergo ab hac ſenſus principium, an vires ſpiritus animales propellendi expectari poterunt? Ergo etiam falſa erunt BAGLIVII experimenta omnisque theoria his ſuperſtructa corruit.
p. 27. Cerebri ſinus, poſt cranium effractum, motum nullum exhibuerunt et ſcalpello inciſi ſanguinem quidem copioſum, ſed fluxu continuo aequali manantem, cum morte ſubſecuta emiſerunt; a carotidibus vero repletis nihil in ſinus deueniſſe obſeruatum eſt. Nulla ergo datur ſinuum pulſatio, cum
p. 32. nulla eius cauſa detegatur. Periculoſa tamen ſunt eorundem vulnera. Ipſius cerebri motus, dura matre remota, etiam obſeruatur, non vero cordis motui ſynchronus, ſed uti viſum eſt, reſpirationi re-
p. 38. ſpondens, id quod Cl. SCHLICHTINGIVS * in primis variis experimentis et argumentis demonſtrare anniſus eſt. Quae vero, in quantum valeant, argumenta nunc ex aliis experimentis variis, ſtudioſe factis, Cl. Auctor explicat demonſtratque, eſſe omnino in dura matre, vel potius in cerebro eiusmodi motum, quem SCHLICHTINGIVS obſeruauit, conceditque, in omni exſpiratione cerebrum cum dura matre et cerebello aſcendere et in inſpira-
p. 49. tione deſcendere. Haec vero, cum in effracto cranio et dura matre remota fiant, ad viuum corporis
p. 50. ſani ſtatum applicari non poſſe exiſtimat. Huius vero encephali cum reſpiratione motus conuenientis

* vid. Comment. noſtr. Vol. I. Part. I. p. 8 ſeq.

tis rationem nunc disquirit et num in venarum et cerebri coniunctione, consensu et motu lateat, per experimenta, in venis instituta, definire allaborat. Vena cava superior et inferior, inter renes in abdomine sitae, nec non vena iugularis in inspiratione detumuit, palluit, se se contraxit, in exspiratione intumuit, ascendit, liuidior apparuit. Venae ergo maiores pulsant motuque alterno agitantur, qui motus non a venarum fabrica, sed a facilitate pendere videtur, qua istae in inspiratione in cor dextrum laxius se se facilius exinaniunt et in inspiratione ob pulmones compressos a sanguine retento magis tument. Hinc motus cerebri et venarum ab una eademque causa deducendus esse videtur, quae non ad cerebrum, sed ad pulmones est referenda. Hanc argumentorum summam breuiter adduxisse sufficiat, quam Cl. Auctor fuse docteque pertractauit.

XIII.

Enumeratio plantarum horti regii et agri Goettingensis, aucta et emendata, ab ALBERTO DE HALLER, Goetting. apud viduam Abr. Vandenhoeckii, 1753. 8. 1 alph. 10 plag.

Dedit iam ante undecim annos Illustris Auctor suae methodi synopsin; enumeratio enim stirpium Heluetiae indigenarum methodica hac ratione conscripta est. Quia vero uniuersalem plantarum historiam ibidem non proposuit, perfectam etiam omnium generum distributionem dare neutiquam potuit. Nihilo minus tamen ex data ea sciagraphia satis cognouimus, quae sit dispositionis ratio atque ipse ordo. Naturalem namque generum adfinitatem inuenire studuit, iecitque fundamentum, cui methodus naturalis aliquando possit superstrui. Et licet fateri debeamus, in classe vel ordine quodam quandoque relatas

relatas fuiſſe plantas, in quibus illa nota, a qua claſſis nomen accepit, minime deprehendatur, et hinc non niſi ab exercitatis in arte viris inueniri poſſint; propter ea tamen haud quaquam vituperandam, ſed potius laudandam et ad imitationem proponendam eſſe huius Cl. Auctoris methodum cenſemus, quia plantas vicinas reddit atque coniungit, quae habitu plurimisque notis ſibi ſunt ſimiles, etiamſi aliqua longiſſime differant. Hinc diu deſiderauimus plenam totius methodi diſpoſitionem. Obtinuimus etiam iam an. 1743. breuem enumerationem ſtirpium horti Goettingenſis, ubi eodem ordine plantae recenſentur; verum et haec perfectam methodi rationem nondum docuit. Nunc autem tandem ordinem completum claſſium generumque accepimus. In hac enim flora longe maior habetur plantarum et generum in primis numerus,
p. 11. horumque generum tabula ſynoptica, a Cl. EVERS, auditore, concinnata, operi praemittitur. Claſſium ideam nunc dare lubenter quidem vellemus, niſi earundem multitudo obſtaret, ideoque methodum, in ſtirpibus Helueticis euulgatam, in hoc libro perfectiorem, magisque completam, immo paſſim emendatam eſſe monemus. In hac flora generum definitiones, quas in enumeratione ſtirpium Helueticarum adiecit, nullas adpoſuit, ſed modo hinc inde, ubi nouitas plantae, vel botanicorum diuerſa deſcriptio id exigebat, aliqua adnotauit, quae ad floris fructusque ſtructuram, et ita generis characterem eruendum faciunt. Enumerantur vero hic ſtirpes, quae in horto Goettingenſi aut adhuc viuunt, aut olim floruerunt; quae perierunt litera r. ſignatas atque diſtinctas habes. Hortenſibus porro Cl. Auctor eas adiecit, quas in ſuis itineribus, in hercyniam ſyluam ſuſceptis, ipſe inuenit, et tandem, quae in agro Goettingenſi ſponte proueniunt. Generica nomina ea in primis adſumſit Illuſtris HALLERVS,

quae

quae TOVRNEFORTIVS recepit atque confecit, plurima enim horum a LINNAEO in deteriora mutata fuisse, asserit. Ita gnaphalodem, lapathum etc. retinuit, reiecit micropum, rumicem. Genus ex filagine et elichryso compositum non gnaphalii sed filaginis potius nomine insigniendum esse scribit; diuulsa enim quacunque parte plantae fila gossypiacea ex vulnere trahuntur. Trientalem alsinanthemum, hepaticam trinitatem, acriuiolam cardamindum adpellatiit, azedarach cum LINNAEO meliam dixit, tribuli nomen diuersis duobus generibus dedit, terrestrem enim et aquaticam plantam genere quidem distinguit, non vero nomine. Specifica nomina plura, a LINNAEO constituta, adsumsit, aliquando, in primis si non satis clara atque efficacia ipsi visa fuere, noua substituit, aliosque saepe characteres adhibuit. Ita non ad diuisionem umbellarum in euphorbia, sed potius ad folia et petala respexit, aliquando etiam veterum adhuc minus adaequata nomina retinuit. Ob otii enim defectum nomina haec ubique emendare haud potuit, neque vera nomina, omni exceptione maiora, quemquam dare posse, nisi omnes species unius generis cognitas habeat, iure censet. Synonyma pauca adiecit, et modo aliquando breuem plantae descriptionem dedit, patriumque solum annotauit. Fungos, muscosque omnes studio omisit. Praefixus operi est catalogus scriptorum et librorum, quibus usus fuit Cl. Auctor, et index copiosus alphabetico ordine sistens plantas finem facit. Annotabimus nunc non nullas, attentione dignas, obseruationes, alias coacti omittimus. Laurus indica ALDINI, quam LINNAEVS ad lauri genus retulit, multis modis ab eodem discrepat. Calix eiusdem est trifolius, petala tria, pulposa, sericea, staminum ordo externus sex simplicium breuiter petiolatarum antherarum, ordo alter trium staminum, cum duabus glandulis adsi-

p. 171. et 146.

p. 49. 80.

p. 15.

adſidentibus, tertius ſtaminum trium ſimplicium, fructus ſubrotundus, tubae apex oblique truncatus.

p. 25. Celoſiae vulgaris ſpeciei adſcribit ſtamina quinque connata, tubamque ſimplicem apice breuiter trifido, calicem quinquefolium cum ſquamis ad baſin acceſſoriis, quorſum etiam refert amaranthum ſiculum perennem nomine celoſiae floribus rigidis retrouerſis; habet enim et huius flos calicem alium trifolium, alium quinquefolium, ſtamina connata quinque, tubam ſimplicem, ſemen unicum. Hanc ultimam, quam achyranthem dixit LINNAEVS, celoſiae omnino ſpeciem eſſe, dudum cognouimus, ſtamina vero

p. 31. coalita nunquam vidimus. Aphanem LINNAEI alchimillam foliis mollibus ſemitrilobis, lobis inciſis

p. 40. appellauit. Pentapteri fructum quadrangulum, in quatuor mucrones eductum, et tetraſpermum tribuit, ſemina quatuor nuda eidem adſcripſit LIN-

p. 41. NAEVS. In graminum hiſtoria genera a LINNAEO condita, atque propriis nominibus inſignita, nunc quoque retinuit, horumque characteres genericos

p. 71. breuiter adnotauit. Phleum dixit typhoidem. In aloe africana foliis paucis, margine et dorſo ſpinoſis, ſtamina, non ut in reliquis, ex thalamo, ſed ex baſi ſegmentorum corollae egrediuntur; quo ipſo exemplo Gleditſchianam methodum exceptionem pati monuit, Cl. Auctor, ut et in genere ex collatis aloes ſpeciebus nihil perpetui et communis inuenire potuit ſed ob ſitum floris cum fructu, ob florem curuum difformem, ob ſimplicem tubuloſum, corollamque ex longo tubo ſexfidam eſſe diuerſiſſi-

p. 81. mus. Aſphodelus a phalangio, neque facile ornithogalum vera aliqua nota ſeparanda a ſe inuicem

p. 97. erant. Iſopyrum iterum hellebori ſpeciebus reſtituit, foliis repetito multifidis, nectariis planis di-

p. 99. uerſam. Ficaria calice trifolio et petalis octo a ranunculo differt, ranunculus vero aiugae folio BOCCONIS, licet pauciora ſtamina oſtendat, tamen potius

tus ad ranunculum quam myoſurum referendus erit.
Sorbi genus aliter, quam in enum. ſtirp. Helu. p. 110.
adſumſit, huiusque ſpecies fecit ſorbum tormina-
lem, oxyocantham, et alias ad meſpilum et crataegum reductas plantas. Styli enim et ſeminum numerus nimis variabilis dicitur, quam ut genera conſtituat. Malum et pyrum quidem combinauit, cydoniam vero ab iisdem calice ſerrato generice differre exiſtimauit. p. 112.
In maluaceis aliquando LINNAEVM ſecutus fuit, ita retinuit hibiſcum, cui bammiam, nomine hibiſci calice inflato addidit, alceam vero cum althaea, et lauateram cum malua coniunxit, abutilon quoque et maluindam, combinauit, horum enim generum character a calice deſumi non debet; cornua vero capſularum ea unitunt, neque ſeminum in loculo copia ſeparationem efficit. p. 117.
Meſembryanthema floris characteribus maxime variare, obſeruatione inuenit, non enim iisdem conſtans eſt atque unus ſtigmatum et loculorum numerus, et petala in aliis cohaerent, in aliis ſeparata exiſtunt. p. 131.
Ab habitu itaque et inſigni ſtaminum copia coniunguntur. p. 160.
In peplis floſculis, non modo, ut LINNAEVS dicit, quibusdam, ſed in omnibus nullam corollam vidit Ill. Auctor. p. 187.
Steriles non nulli floſculi, in valantia deprehendendi, non ſufficiunt, ut ſeparetur a Gallio. p. 195.
In campanula pentagonia perfoliata inferiores flores apetalos, et calicem trifidum quadrifidumque, atque eos etiam absque ſtaminibus fertiles deprehendit, hinc et nomine ſpecifico dixit campanulam foliis perfoliatis, floribus inferioribus apetalis. p. 205.
Conuoluulum et quamoclit forte coniungenda eſſe ideo cenſet, quia ſtyli finem et in non nullis conuoluuli ſpeciebus fungoſum, non bifidum inuenit, vidit etiam in aliis illum eſſe trifidum. p. 208.
Melothria ad bryoniam iterum retulit, nomine bryoniae floribus androgynis, ſolus enim ſexus genus non facit. p. 217.
Neque propter ſolum

ſtami-

ſtaminum numerum celſiam a blattaria ſeparandam eſſe monuit, inductus exemplis alſines, geranio,
p. 227. hinc eam dixit verbaſcum tetraſtemon. Genera confinia aſclepias et apocynum hoc fundamento ſeparauit Auctor, ut aſclepias absque nectario ſit, apocynum quinque nectaria habeat, huicque forte propter ea ſtapelia accenſenda; periploca ſua peculiari fabrica
p. 247. diſtinguitur. Sub ſiſymbrii genere eas ſiſtit plantas, quae calicem non gibbum, nec ſiliquam elaſticam,
p. 261. eiusque cornu breue, neque glandulas habent. Ad vulnerariam reduxit trifolium biruminoſum, quod nuper LINNAEVS pſoraleae ſpeciem fecit, nomine
p. 286. vulnerariae foliis ternatis, floribus umbellaris. Geniſtam et ſparrium coniunctim iterum tradidit, cum diſtinctionis characteres difficillime inueniri poſſint. Attendit vero in primis ad habitum floris hiantis, et exſtantes a reliquis petalis alas, vexillumque re-
p. 297. flexum. Lens, faba, cicer, eruum diſtincta ſunt Cl. Auctori genera. Inter ſaluiae ſpecies iungiam
p. 320. quoque HEISTERI recenſuit, huius enim duo ſtamina habent quoque ea foliacea pondera, quibus
p. 331. conglutinantur. In betonica vulgari flores deprehenddit monſtroſos, labium namque ſuperius cordatum erat, inciſum, alarum duo paria, pro uno, medium trifidum, ſtamina duo lata, in quorum quolibet antherae tres, monſtra itaque peloriae ana-
p. 343. loga ubique naſci inde concludit Cl. Auctor. Origanum, maioranam et dictamnum ſeparatim propoſuit, nullamque dari inter ea genera, quamin ſpicis
p. 350. floralibus conuenientiam affirmauit. In valeriana et valerianella diſtinguenda in primis ad ſemen pappo plumoſo coronatum reſpexit, ideoque, licet calcar longum habeat valeriana marina, tamen eandem
p. 353. non valerianellae ſpeciem fecit. Scabioſam, aſterocephalum, et ſucciſam ut diſtincta adſumſit genera. Prioris flos inuolucrum habet quadrangulare, ipſique flores quadrifidi ſunt. Aſterocephalo inuolucrum

crum conicum et flores quinquifidos attribuit, ſucciſae corollam quinque ſetis deſtitutam, et modo inuolucrum ſeminis, quatuor nigris ſetis terminatum et folia, calicibus ſubiecta, breuiſſima, non radiata, adſcripſit. Noua ratione quinque ſequentia definiuit genera. Erigeron habet floſculos planos, vel omnino nullos, vel exiguos, calicis foliola fere parallela, certe non repanda. Aſter folia apice repanda; ſolidago folia calicis adpreſſa non repanda; ſenecio folia calicis omnia conglutinata, plerumque aliquot ſquamulis ad baſin acceſſoriis; bellidaſtrum calicis foliola duorum ordinum, non repanda, quorſum forte plures ſolidaginis ſpecies referendae. Hieracii etiam characterem a calice cylindraceo, ex ſquamis multorum ordinum imbricatis facto, deſumſit. Ex hieracio echioide capitulis cardui benedicti C. B. P. genus ſingulare conſtituit, quod helminthothecam adpellauit. Ad calicem enim in hiſce generibus, ubi a corolla diſcrimen ſumi nequit, reſpiciendum eſſe Cl. Auctor monuit, ideoque huic generi tribuit calicem remotum ex quinque ampliſſimis hirſutis foliis, et interiorem ex quinque vel ſex foliis, ad baſin ſatis breuibus, et totidem aliis in ſulcis ſquamarum. Squamae praecipuae duorum ordinum emittunt in fine ariſtam pinnatam. Pappus ſeminis eſt plumoſus. Illud quoque hieracium, quod baeticum medio nigrum ab HERMANNO dicitur, neque calice, neque pappo ad hieracium accedit, ſed ad rhagadiolum, a Cl. Auctore relatum fuit; prout et plures alias ſpecies huic generi inſeruit. Et haec adduxiſſe ſufficiant, alias et copioſas obſeruationes ipſe lector in perlegendo libro inuenier.

p. 405.

p. 408.

p. 413.

p. 421.

XIV.

D. IOH. GOTTLIEB GLEDITSCH methodus fungorum, exhibens genera, ſpecies et varietates, cum charactere, differentia ſpecifica, ſynonymis, ſolo, loco, et obſeruationibus. Berolini, ſumtibus ſcholae realis 1753. 8 mai. plag. 12½. tab. aen. 6.

Vix typis expreſſum, publicaeque luci expoſitum indicamus multi laboris opuſculum, quod a plurimis iam annis a Cl. Auctore promiſſum, et, ut certiſſime ſcimus, abſolutum, maximo cum deſiderio expectarunt hactenus botanici. Et quo magis difficilis, quo magis inculta ſemper fuit haec rei herbariae pars, eo ſane maiorem gratiam atque laudem obtinebit Cl. Auctor, quod eandem et faciliorem et dilucidiorem reddere allaborauerit. Eſt fungorum vegetatio nunquam fere eadem. Tempus, quo vegetant, floresque oſtendunt, varium exiſtit, omnique menſe oriuntur, licet autumnales et vernales menſes eisdem maxime faueant, obeſt enim incremento frigus et ſicca temperies. Multi quoque pro temperiei mutatione et citius oriuntur, et tardius vel citius quoque redeunt, et locis minus conſuetis occurrunt. Experientia quoque edoctus ſcribit Cl. Auctor, unam eandemque ſpeciem decies intra annum prodire poſſe. Exempla habemus in byſſi et mucoris ſpeciebus. Hae enim plantulae ſemina intra viginti vel triginta dies, et ita omni menſe perficiunt, quibus proiectis denuo vegetationem incipiunt. A vario etiam creſcendi loco, corporumque, in quibus fungi creſcunt, conditione ad eius mutationes concludimus. In illis, qui in ſubterraneis, vel aliis clauſis locis oriuntur, euolutio celerius contingit, fungique ſubſtantia extenuata, poroſa atque debilis redditur, hinc et illi citius emoriuntur.

riuntur. Sunt alii, qui intra viginti horarum ſpatium et oriuntur, et extenduntur, et in liquamen iterum mutantur. Omnes praeter ea fungi plurimas patiuntur mutationes, nullaque pars in iisdem ſemper conſtans atque ſimilis deprehenditur, immo quandoque non nullae partes prorſus deficiunt, et ipſa floreſcentia in multis quidem perfecta, in aliis laeſa ſaepe, vel omnino nulla eſt. Hinc ſaepe adeo monſtroſam adſumunt, et a naturali forma recedunt, ut ad proprium genus nullo modo referri poſſint. Addit curioſam obſeruationem Cl. Auctor. Quaedam ſcilicet monſtroſae varietates arboreae retinent quidem fructificationem in tubulis aut lamellis, ſed inuerſae ſunt, in aliis tubuli, ſuperius vel inferius poſiti, partim integerrimi deprehenduntur, partim ſubulato denticulati euadunt; et hac ratione ex boleto oritur erinaceus. In agarici quadam ſpecie, quae in truncis et columnis carioſis frequens habitat, lamellas finuoſas et gyratas vidit, ut boletum tubulis laceris et in lamellas monſtroſas mutatis eſſe, facile crederet, ideoque concludit agaricum degenerare in boletum, et vice verſa. Petiolati pileatique fungi, arboribus adnati, naturalem ſaepiſſime figuram deponunt, carent radice et petiolo, et loco pilei plures membranas oſtendunt, quae varie et profunde diuiſae ac complicatae ſeſſiles ſquamarum inſtar ſibi incumbunt. Ex his, aliisque, ab Auctore in praefatione adductis, eluceſcit clariſſime, fungorum hiſtoriam difficillimam eſſe, atque minus certam. Attamen, nihilo minus generum notas ſatis euidenter diſtinctas et conſtantes eſſe Cl. GLEDITSCHIVS adfirmat, utque eas accurate cognoſceret, minutiſſimas fructificationes examinauit, easque, prout per inſignem minutiem uſum praeſtare poſſunt, adhibuit. Et, quo forte fungorum quoque ſpecies detegeret, omnes varietates, tempeſtate, loco, anno, aut incremento ortas, ſecun-

dum ſimilitudinis gradus diſpoſuit, et deſcripſit, cum vero minus ex voto ſemper ſucceſſerit negotium, ſpecies, in libro indicatas, non omnes veras eſſe, ipſe candide adfirmat. Praemittit operi regulas non nullas, viginti ſcilicet nouem Cl. Auctor, quas ex frequenti diligentique fungorum contemplatione veras omnino eſſe inuenit. Commemorabimus harum primarias. Eſt in ordine 2) *E fungis quidam membranacei, fibroſi, ſquamoſi, viſcidi et fugaces, in tenera aetate conſtituti, ſimilitudinem quandam cum algis notiſſimis produnt.* 5) *Ob ſummam partium fructificationis minutiem ſigna plura e naturaliſſimis in quorundam generum determinatione admittenda ſunt, ne naturali ſimilitudine neglecta plura eſſingantur genera.* 6) *Fructificationis tempus ſtatum perfectionis indicat.* 7) *Fructificationis locus notis genericis reliquis ſaepius palmam praeripit.* 9) *Color in fungo et ſuperficiei conditio varietates indicat, non ſpecies.* 11) *Partium proportio in ſpeciebus figuram longe ſuperat.* 13) *Fungi pileati et petiolati ex una radice faſciculoſi oriuntur, non differunt vero ſpecie a ſimplicioribus, niſi nota aliqua ſingularis adſit.* 14) *Inuolucrum ſiue volua multas ſpecies, non autem genera diſtinguit.* 15) *Annulus petiolum cingens, in diſtinctione ſpecierum praeſtat. Ex operculo iſto, quod auerſam pileoli partem ante fungi euolutionem claudit, ſenſim ſoluto, annulus oritur.* 16) *Petiolus aliquando cum pilei margine continuus eſt.* 17) *Petiolus in una eademque ſpecie ſaepe deficit.* 19) *Cauitas petioli in nonnullis certa eſt et conſtans.* 21) *Certam pileoli figuram ab illo tempore deſumendam iudicat, quo fungus floreſcentias ſuas explicat.* 23) *Tubuli in non nullis boletis longiores et aggregati a reliqua pileoli ſubſtantia facile ſeparantur, in aliis autem breues vel poruli tantum cum reliqua carne connati et continui ſunt.* 24) *Tubuli in pluribus boletis integerrimi, in paucioribus inciſi et ſubulato denticulati genus non diſtinguunt.*

25) *La-*

25) *Lamellae, quae in agaricis fructificationum receptacula conſtituunt, in plurimis integrae et rectilineae, in aliis inciſae, ſinuoſae et ſibi inuicem implexae ſunt.* 27) *Species lycoperdi cortice triplici aut volua duplici a reliquis diſtinctae ſub uno genere optime coniunguntur.* 28) *Orificia quorundam fungorum, ſeminis proiectioni aut defluuio dicata, et locis diuerſis dehiſcentia, nec genera coniungunt nec ſeparant.* 29) *Fungorum ſpecies, quarum ſemina partim ſicca diſperguntur, partim liquamine contenta defluunt, quando reliquis ſignis conueniunt, ad unum genus pertinent.* Methodus, qua genera fungorum noua ratione diſpoſuit Cl. GLEDITSCHIVS, optime, ex data operique praemiſſa tabula cognoſci poteſt, ideoque eandem et nunc communicamus.

Omnis fructificatio fungorum, paruitate oculos nudos ſupterfugiens, armato

- vel
  - patet
    - in ſuperficie diſperſa et congeſta
    - vel
    - in receptaculis peculiaribus
  - latet
    - intra cauitatem
    - vel
    - intra ſubſtantiam

corporis

- fibroſi *byſſus*
- clauato-obtuſi integri vel acuminati et diuiſi *clauaria.*
- plicato concaui et variae figurae *eluela.*
- capitati
  - ſuperne lineis reticularibus *phallus.*
  - inferne
    - tubulis *boletus.*
    - lamellis *agaricus.*
- campanulati *peziza.*
- turbinati *clathrus.*
- et globoſi *ſtemonites. lycoperdon. mucor.*

Cum

Cum vero ex hac diſpoſitione generum ipſorum characteres atque definitiones nondum accurate cognoſcantur, addamus adhuc cuiuslibet generis

Gen. I. propriam deſcriptionem. Eſt itaque *byſſus fungus, pluribus filamentis plus minus ramoſis, aut ſimplicioribus ſaepius cylindricis conſtans, quibus in potioribus fructificationes ſecundum longitudinem adhaerent, quae in aliis in ſpicam, racemum vel capitulum radiatum coliguntur. Fructificatio ſingula ſemina plura ouata vel globoſa minutiſſima continet.* Hoc genus determinauit quidem in primis MICHELIVS, definitionem vero perfectiorem reddidit LINNAEVS, quem et ſequitur Cl. Auctor, hinc byſſi quoque ſpecies facit botrytin et aſpergillum MICHELII. Alias non nullas byſſi Micheliani ſpecies excludit, quae proprium genus conferuam DILLENII conſtituunt.

Gen. II. *Clauaria* eſt *fungus perpendicularis, figurae clauato obtuſae, vel acuminatae et ramoſae, ſuperficie ſimplici gaudens, cui innumerae et minutiſſimae fructificationes adhaerent, ſemina innumera, minutiſſima et plus quam farinoſa, quae totum fungum occupant.* Coniungit ita quidem Auctor cum LINNAEO coralloidem et clauariam, cum figura ramoſa coralloidem a clauaria, et ſubſtantia fungoſa clauariam a coralloide non ſufficienter diſtinguat, nihil tamen impedire, quo minus duo diſtincta genera aſſumantur, ſimul

Gen. III. monet. *Eluela* eſt *fungus variae figurae, cuius ſuperficiem, petiolo, ſi adeſt, excepto, fructificationes innumerae occupant, ſemina harum ſunt numeroſa minutiſſima, farinacea, quae per maturitatem vel ſecedunt, vel fibrarum contractione elaſtica diſſipantur.* Eluelae itaque genus coniungit pezizas ſcutellatas et pyxidatas, cum fungoidis et fungoidaſtri non nullis ſpeciebus, quibus paucos ex agaricis ſuperne et inferne leues adiecit. Quaedam etiam eluelae ſpecies ab aliis, et HALLERO ad boletum relatae fuerunt. Ita et agaricus auriculae forma TOVRNEFORTII, quem

ad

ad peziras DILLENIVS, ad tremellas LINNAEVS, ad agaricum HALLERVS reduxit, hic recenſet, monetque Cl. GLEDITSHIVS, plures arboribus innaſcentes fungos initio ſubſtantia non raro viſcida et tenuiſſima tremula componi, qui tamen temporis tractu coriaceam induant naturam. *Phallus* eſt *fungus capitatus, cuius fructificationes in capituli calloſi partem ſuperiorem colliguntur, ſemina habet fructificatio farinacea, rotunda, minutiſſima et innumera, e receptaculis reticulato linearibus, quae aut ſicca diſperguntur, aut liquamini mixta, una cum receptaculis colliqueſcentibus guttatim defluunt.* Gen. IV. *Boletus eſt fungus capitatus, horizontalis, cuius fructificationes in auerſa pileoli parte in tubulos vel poros plures aggregatos colliguntur. Calycem ſiue inuolucrum fructificationum commune conſtituit pileolus. Receptaculum conſiſtit in tubulo cylindrico plus minus longo, vel poro, in appendicem ſubulatam in quibusdam mutato, qui vel in ore, vel profundius fructificationes continet. Singula harum format ſtamina, quorum quinque vel plura margini tubulorum interiori inhaerent, quae conſtant filamento capillari breuiſſimo et anthera ouato oblonga. Semina numeroſa minutiſſima ſubrotunda interiorem tubuli ſuperficiem occupant.* Gen. V. Boleti figuram maxime variare, in ſpecie quadam euidenter cognouit; tres enim quatuorue fungos ex unius ſpeciei ſemine denſe enaſcentes, in unum, tribus aut quatuor umbilicis compoſitum, coalitos vidit. Alios plures ſeſſiles umbilicis excluſis plures membranas, ſquamatim ſibi incumbentes efficere, et ita agaricos veros Auctorum fieri inuenit. Deprehendit etiam boletos, qui tubulos partim integros, partim echinato denticulatos oſtenderunt, ideoque in erinaceum degenerare boletum concludit. *Agaricus* eſt *fungus horizontalis, capitatus, cuius fructificationes in auerſa pileoli parte in plures laminas colliguntur. Calycem communem fructificationum conſtituit pileolus. Singulum receptaculum* Gen. VI.

culum consistit in lamina recta, a centro ad peripheriam extensa, quae fructificationes tam margini, quam superficiei totius laminae infixas continet. Fructificationem singulam formant stamina aut solitaria, aut quinque vel plura in fasciculum congesta. Semina numerosa, minutissima in utraque laminae superficie, vel quaternario ordine, vel nullo collocantur. Omnes itaque fungos, qui in parte pileoli inferiori fructificationes in lamellis proferunt, omni crescendi modo neglecto, generi agarici restituendos esse, cum LINNAEO con-

Gen. VII. tendit. *Peziza* est *fungus campanulatae figurae, fructificationes intra cauitatem continens plures, calycem communem totus fungus format, cuius disco plura receptacula fructificationum peculiaribus funiculis annexa deprehenduntur. Receptaculum singulum est corpus rotundum, lentiforme, filo firmiter adnatum, semina minutissima, numerosa, in cauo receptaculi massae gelatinosae immersa.* Haec ultima nota magnam prodit cum quibusdam speciebus lichenis conuenientiam.

Gen. VIII. *Clathrus* est *fungus subrotundus, corpore extra voluam prodeunte, ouato, reticulari, calloso, et cauo, in cuius cauitate communi ante voluae defluuium et corporis plenariam euolutionem fructificationes innumerae massae gelatinosae subobscurae immersae deprehenduntur; semina plurima, farinosa, liquamini defluenti innatant.*

Gen. IX. *Stemonites* est *fungus petiolatus aut sessilis, globosae, oblongae vel turbinatae figurae, volua in quibusdam persistente, in reliquis fugaci exceptus, cuius substantiae spongiosae tenuissimae fructificationes innumerae inhaerent, semina minutissima, farinosa per maturitatem, a tota substantia extra voluam constituta, sicca eiaculantur.* Non multum ab hoc genere differre, buxbaumiam et sphaerocephalum HALLERI, ac clathroi-

Gen. X. dem MICHELII credit Cl. Auctor. *Lycoperdon* est *fungus globosae, subrotundae vel turbinatae figurae, cuius substantia in potioribus spongiosa, in aliis cellulosa durior, vel carnosa vesicularis, membranis quibus-*

dam

dam obuoluta eſt, plus minus, aut vario loco debiſcentibus. Fructificationes innumeras continet ſubſtantia, receptaculis ramoſis capillaceis affixas, aut veſicularibus incluſas, quarum ſingula in ſe comprehendit ſemina bina, terna, quaterna. In omnibus ſpeciebus ſemina farinacea, raro maiora, ad maturitatis tempus eiaculantur per corticis aperturam, vel intus cum ipſa ſubſtantia colliqueſcente mixta, tum infra terram, tum ſupra eandem diſſeminantur. Ad lycoperdon itaque etiam reduxit geaſtra MICHELII, non obſtante volua illa radiata, quae modo ſpecies diſtinguit. *Mucor* eſt *fungus globoſae, aut ſubrotundae figurae, cuius ſubſtantiam aut villis reticulatam, aut cellulis contextam, cortex ambit ſimplex, varie debiſcens. Fructificationes innumerae et minutiſſimae villis adhaerent, quarum ſingula ſiſtit ſemina plura ſubtiliſſima, quae per maturitatem eiaculantur, vel liquori viſcoſo immerſa defluunt.* Gen. XI. Sub his itaque undecim generibus omnes comprehenduntur fungorum ſpecies. Harum Cl. Auctor eas hic commemorauit, quae in Germania creſcunt, et quas ſpeciatim in maiori Polonia, Bohemia, Thuringia, Haſſia, Franconia, Variſcia, Miſnia, Luſatia inferiore, Marchia et in Hercyniae parte inuenit, et oculo armato, cultellique beneficio examinauit. In ſpeciebus recenſendis id ſemper obſeruauit, ut primo exhiberet nomen ſpecificum, characteres diſtinctiuos optimos exhibens, hinc omnibus noua dedit nomina, utque ſecundo non nulla ſynonyma, in primis Micheliana adduceret, germanicam deinde, aſt breuem deſcriptionem, vel potius nominis ſpecifici verſionem, et alia uſitata incolarum nomina adderet, atque tandem loca natalia annotaret. In horum in primis commemoratione ad modum ſtudioſus fuit Cl. Auctor, et ſaepe viginti, aliquando etiam plura recenſuit loca, ubi in ſuis itineribus plantam inuenit Speciebus ſubiecit varietates, quas iterum nomini-

bus distinctis a se inuicem separauit, iisdemque synonyma, et natale solum subiunxit. Quandoque integram dedit plantae descriptionem, saepe vero obseruationem modo addidit. Hinc inde etiam varia de usu medico et domestico, itemque nunquam satis admiranda vegetatione et mutatione fungorum annotauit. Ita boleti phalloidis TOVRNEFORTII, quem phallum volua exceptum, capituli apice patulo dixit, vegetationem sedulo describit. Notamus exinde, ouum phallo praegnans, ad rupturam usque extensum, fungum emittere rigescentem et cadaueroſum foetorem spirantem. Dilacerata sic volua, eaque deposita fructificationis negotium statim subit phallus, cuius certissimum signum esse iudicat Cl. Auctor, si foetor totius fungi aut capituli virulentus latissime expansus est, ita quidem, ut oculos disquirentium subterfugiens facile reperiatur. Finita vero fructificatione sensim quoque remittit foetor. De phallo volua excepto, capituli apice clauso, quae *Hirsch-Brunst über der Erde* vulgo dicitur, monet, illum in summo foetore constitutum, volua reiecta, non nullos colligere, siccumque ac integrum vel tauris et vaccis in gulam intrudere, vel puluerisatum hominibus quoque porrigere. Stimulum vero in utroque sexu brutorum ex nimis aucta fungi portione obseruarunt diuturniorem, nec non in vaccis laesam conceptionem, abortumque cum corporis extenuatione. Incolae Ducatus Seruestani esum recentis fungi in arthriticis doloribus maxime laudant. Et eiusmodi obseruationes, curiosae omnino, plures hinc inde inueniuntur. Finitur liber indice copioso, quo ipso maxime usui accommodatus redditur. Adiectae tandem sunt sex, figuris aeneis exaratae tabulae, in quibus exhibentur fungorum icones. Plurimae quidem ex his a MICHELIO mutuatae sunt, eae tamen correctae magis et accuratius sculptae proponuntur, aliae nouiter nunc exaratae deprehenduntur.

XV.

A treatiſe on opium, founded upon practical obſeruations. By GEORGE YOVNG, M. D. Phyſician at Edinburgh. London, printed for A. Millar, in the Strand. 1753. 8. mai. pl. 12½.

h. e.

Tractatus de opio, practicis obſeruationibus ſuperſtructus.

Eum ſibi in hoc conſcribendo libro Cl. Auctor propoſuit finem, ut obſeruationes, quas per longam ſatis, plurium ſcilicet, quam triginta annorum, experientiam, in facienda arte medica, circa plurimos, qui occurrere ſolent, morbos, de opii effectibus annotauit, publici nunc uſus faceret, idque eo lubentius, quo ſingularem magis applicationem atque attentionem virtutum illius medicinae inueſtigandarum requirit ſtudium, et quo excellentiores illae ſunt, ſi tempeſtiuo; magis autem e contrario funeſtae, ſi minus commodo tempore propinatur. Quum ipſi autem, librum hunc edituro, moueretur quaeſtio: nonne nunc iſte augeatur metus, ne medicaſtri, qui temerario ac inconſiderato auſu, ſine rerum medicarum cognitione, medicamenta aegris offerunt, maiora effecturi ſint mala, quum illud remedium, quod ſemper tamen non, niſi ſumma circumſpectione adhibita, in uſum vocari debeat, in tot tamque diuerſis morbis cum exoptato ſucceſſu aegris datum fuiſſe intelligant: contra eam, ac ut iſtorum homuncionum peruerſum imitandi pruritum deprimat, eorumque inde metuendos praeuertat errores, in praefatione ſerio monet, hanc ſemet ipſum de opio ferre ſententiam, ut verum illud eſſe venenum declaret, cuius quidem uſu nimio paucis,

cis, eo autem intempeſtiuo multis omnino hominibus ſanitas, quin et ſaepius vita, eripiatur. Damnum enim ex eo, ceu lento veneno, oriundum ex duplici fonte profluere dicit, uno nimirum, quod remedium omnium ſaepe optimum eſſe videatur mitigans ſeu palliatiuum dictum, in talibus etiam morbis, quos ipſum tamen vere ſiue confirmet ſiue augeat, quales v. c. latentes atque lentae febres ſint; altero autem, quod error iſte factus fuerit valde communis, tum temporis huius medicinae uſui dari locum, quando aut dolor in aliqua parte immenſus aut nimiae vigiliae urgeant; quum in utroque tamen caſu, ſi immoderatus ſit, e. g. in arthritide violenta, inſignibus cuiuscunque generis inflammationibus, fere numquam, paucis tantum ſummaque cura determinandis caſibus exceptis, adhiberi opium poſſe aſſeueret, niſi vehementius redintegrantes dolores, morbumque grauiorem expectare velis. *Vna et quadraginta ſectionibus* omnis hic liber abſoluitur, ita, ut in earum *prima* variae iſtae methodi examinentur, quibus iam alii viri docti ad perquirendas opii vires uſi ſunt; in *ſecunda* deinde, naturalis ſomni effectus; tum in *tertia*, opii et ſomni effectus inter ſe comparati, perpendantur; in reliquis porro *triginta quinque* ſectionibus variae in multis morbis de viribus eius captae obſeruationes proponantur; tandem vero in *tribus* earum *ultimis* contrarii effectus opii atque venae ſectionis oſtendantur, variaque medicinae genera, quae opium ingreditur, et quae in officinis proſtant, ſub examen reuocentur.

Vtiliſſimum omnino ſuſcepiſſe nobis videtur Cl. Auctor laborem, dum ſingulari, nec inter eruditos frequenter obuio, candore refert, in quibusnam morbis opium fuerit aut nociuum, aut exoptatum praeſtiterit effectum. In ipſius enim ſententiam, in *ſect. 1.* fuſe explicatam, omnes, qui artem medicam cum debita attentione faciunt, abituros eſſe confidimus,

mus, unicum, si quod ullum certum umquam, vires medicamentorum detegendi adminiculum in eo esse positum, ut medicus, dum ea propinauit aegro, omni, quo potest, studio atque industria effectus iis proprios obseruet. Illorum enim nec chemicam analysin, nec commixtionem cum sanguine recenter ex vena detracto, nec in ipsa vasa viui animalis iniectionem, nec ipsi denique saporis odorisue sensus, ad obtinendum eum finem sufficere posse, probat, praesertim si de remediis sic dictis alterantibus sermo sit. Recte nobis quoque monere videtur, praeter alias causas permultas, quae actionem eorum immutare possunt, et quas medicus saepe vel prorsus ignorat vel certe dirigere nequit; illam quoque non paucorum medicorum methodum incrementum huius scientiae retardare, qua vel multa sibi similia in unum eundemque finem commiscere saepiusque accumulare solent remedia, ideoque dubii manent, cuinam ex illis effectum subsequentem attribuere velint, vel absque necessitate usum eorum cito mutant aliaque praescribunt, ac si uno iam alteroque die remedii alterantis dicti vires explorare possent. Accedere porro et hoc dicit, quod vel aegrotantes, vel qui eis assident, medicos non raro decipiant, longe autem crebrius ipsi medici praeconceptis, quas foueant, opinionibus, in quam plurimos errores se se deducant. Facere non possumus, quin prorsus singulari cum applausu hoc in primis caput nos perlegisse dicamus.

Pergit deinde Cl. Auctor, somniqe naturalis effectus inuestigaturus, notat primo, moderatum aliquem stimulum a dormiente non percipi, ita, ut omnes se et excretiones, stimuli ope alias ab ipso, dum vigilat, praestandae, in somno nunc cohibeantur, iis ipsis tamen, quae se aut excerni debent, spissioribus inde factis. Ex quo sequitur, perspirationem in somno haud intercipi, quin potius, reli- p. 14.

quis

quis secretionibus imminutis, augeri. Plurimos tamen tum temporis accumulari in corpore humores, docet obseruatio a Cl. WASSE primum detecta *, et dein a Cl. FONTENY ** confirmata, qua constitit, hominem, duris per diem laboribus exercitatum, vesperi, quoad corporis sui proceritatem, insigniter breuiorem fieri, proximo tamen mane, post tranquillum atque profundum somnum captum, pristinam recuperare staturam. Per corporis enim graues motus illae cartilagines, quae inter singulas spinae vertebras positae sunt, comprimuntur suoque orbantur fluido, quod vero, mediante somno, immo et quiete tantum aut largo prandio, restituitur, ipsis cartilaginibus inde simul magis elasticis redditis. Porro omnia, quae alias plethorae iudicantur esse effectus, phaenomena post sani hominis somnum apparent. Somno enim soluto, oculi turgidi et aquosi esse videntur: humores serosi, in glandulis suis aliquam passi remoram, totum corpus magis distendunt: aliquis singularis grauitatis sensus percipitur, isque eo facilius obseruandus, quo tardius expergiscimur, indicio satis probabili, corpus non solum magis plethoricum, sed suo quoque modo magis obstructum esse somni, quam vigiliarum tempore: durante ipso somno, maior caloris, per omnes corporis partes diffusi, gradus obseruatur, ita, ut v. c. insultus febris hecticae, asthmatis, dolorumque venereorum et pleuriticorum post somnum grauiores fiant. Haemoptoen crebrius post somnum, quam alio tempore, redire constat. Idem quoque probat meridiatio. Sunt quidem omnino, qui illius post somnum, a prandio captum, caloris augmentum nouo, ad sanguinem delato, chylo adscribere

p. 18.

* vid. Philosophical Transactions. n. 383. art. I. et II. p. 87. seqq.

** vid. Histoire de l'academie royale des sciences, année 1725. edit. Amstel. p. 21.

bere velint: cur illud vero deeſt, ſomno neglecto, leuiterque potius corpore moto? Quodſi vero accumulationem ſeu redundantiam humorum in glandulis minimisque vaſis pro cauſa eius aſſumamus, inde, cur et reliqua phaenomena, ſitis ponderisque ſenſus, poſt largam coenam oriantur, facile intelligitur. Qui lectum igitur petunt non coenati, longe minorem illius caloris gradum per noctem experiuntur. Alius tandem, omniumque ſine dubio primus ſomni effectus aeſtimari debet ſpirituum reſtitutio, quippe qui nullo auxilio, niſi ſomno, reddi poterunt, ita, ut, niſi prorſus eius ope praeparentur, ſuam certe ab eo perfectionem adipiſci videantur. Hos iam enarratos ſomni effectus magnam cum illis, quos praeſtat opium, habere conuenientiam, idque nimirum facere ſomnum, retardare ſecretiones, ideoque omnes tenuiores humores, praeter illum perſpirabilem, craſſiores reddere, aluum adſtringere, linguam aridam ac urinam magis ſaturatam facere, in *ſectione tertia* Cl. Auctor oſtendit, atque ſimul enarrat, quidnam in ſemet ipſo expertus ab illo fuerit, praeſertim in catarrhis, quas ſaepe ſibi a refrigerio contraxerat. p. 23. p. 28.

Placet nunc unam alteramque ex iis, quarum multas inque morbis plurimis fecit Cl. Auctor, hic loci repetere obſeruationibus. Mediocris opii doſis, v. c. laudani liquidi guttulae viginti, verſus noctem aſſumta, tuſſim catarrhalem, ſi recens adhuc nec malae indolis eſſet, penitus atque ſic ut plurimum curabat, ut placidus ſequeretur ſomnus, alteroque die aeger bene ſe haberet. Doſis autem eius paulo maior, e. g. triginta laudani guttulae, ſomnolentiam diutius protractam, faciem aliquantum tumidam, cutem calidiorem ſolitoque interdum magis aridam, linguam albidam, pectorisque anguſtiam efficiebat, donec vis opii euaneſceret. Tum vero poſt meridiem tuſſis etiam ſaepe redibat. Violentam p. 29.

tam aliquando tuſſim epidemicam penitus quidem ſupprimebant quadraginta laudani guttulae, ſed inſignem ſimul raucedinem, aurium ſuſurrum, vertiginem, et fere lipothymiae ſpeciem excitabant, quae ſymptomata quidem poſt vomitorii uſum ceſſabant, ſed paulo poſt ſenſus tactus imminutionem in cruribus, et aſthma ſpaſticum excipiebant, ſanguinis miſ-
p. 31. ſione et remediis antiſpasmodicis curandum. In catarrhis itaque cautus ſit medicus, ne nimis largam doſin aegro praeſcribat. Fieri enim inde poteſt, ut materia iſta catarrhoſa, a vaſis denuo reſorpta, inque circulationem iterum deducta, totum genus neruorum male afficiat, ipſamque mortem afferat, praeſertim ſi vis vitae iam labefactata, ideoque iſti aſſi-
p. 36. milandae aut expellendae impar ſit. In cholera ſimilibusque morbis, ſi opium fuerit adhibitum, id ab eius initio datum profuit, quando tam pauca tantum acrimoniae copia adfuit, ut haec eo temporis ſpatio, quo vis opii valida fuit, ideoque illius ſtimulum infregit, a viſceribus chylopoeis ſubigi poſſet. Frequentius autem nocuit, niſi antea illud acre, quod ſtimulum excitauit, vomitu expulſum fuerit. Certum enim Cl. Auctori viſum eſt, noxiam adhuc aliquam in primis viis ſupereſſe materiem, ſi opium magnam aegro infirmitatem aliaque ſymptomata excitat. Tutius itaque aget medicus, ſi remedium praemittat euacuans, vel tantam certe doſin non praeſcribat, quae omnem ſupprimere queat euacua-
p. 40. tionem. Nec infantes ab uſu opii excluſos eſſe vult Cl. Auctor. Alui enim profluuio cum torminibus ſaepe laborare ſolent, tum quando mamma iis ulterius non porrigitur, tum quando dentes prorumpunt. In utroque caſu, praemiſſis abſorbentibus cum rhabarbaro, ſingulis noctibus quatuor aut quinque guttulas laudani cum puluere abſorbente is dedit cum ſucceſſu, dum modo parum antea alimenti infantes aſſumſerint: pleno enim ventriculo non

conuenire dicit opium, ſed cito reuerti ſolere diarrhoeam. Idem quoque valet de dyſenteria, quod de cholera diximus. Quodſi enim morbus lenis ſit, et pauca tantum breuique ſuperanda acrimonia vellicet inteſtinorum canalem, tum iuuat opium; in contrario autem eius ſtatu, qui ſolet eſſe longe frequentior, nocet, retentis nimirum et accumulatis acribus iſtis humoribus, qui morbum faciebant, igiturque potius euacuandi erant. In omnibus enim iſtis caſibus, ubi aeger plethoricus eſt, excrementa valde foetent, viſcida ſunt atque pauca, morbus augetur ab illius uſu, qui ſemper medico debet eſſe ſuſpectus, quoties purgantia leuamen aegro afferunt. Saepe quidem Cl. Auctor opium admiſcuit purgantibus cum felici euentu, ea tamen obſeruata cautione, ne doſis eſſet nimia, indeque aluina ne cohiberetur euacuatio: tum enim vis opii et anodyna et ſimul cardiaca fuit. Si febris autem accedat dyſenteriae, cautius adhuc agendum eſt cum illo. In genere enim conſtat, putridas et inflammatorias febres, niſi per aliquam externam iudicentur ſuppurationem, uti in variolis fieri ſolet, longe peiores reddi opio. p. 47.

Contra Cl. GEOFFROY deinde diſputat Cl. Auctor. Is enim dixerat, eos impetus, quos ad noxium quoduis ex corpore expellendum conetur natura, a medico non eſſe ſupprimendos, ideoque tum temporis, quando vel paruus calculus haereat in rene aut ureteribus, opium dari non debere: ſed ipſi et theoriam artis et experientiam contrariari Noſter docet. Summos enim, quibus tales aegri excruciantur, dolores a ſpasmodica earum partium, quas tranſire debeat calculus, contractione, quae a quouis naturae impetu magis magisque augeatur, oriri, utrisque tamen mederi opium, declarat. Monet tamen ſimul, experientia teſte, mediocrem eius doſin magis exaſperare ſpaſmos videri, uti quoque in hyſtericis affectibus fieri ſoleat; quinquaginta vero aut p. 56.

ſexaginta laudani guttulae euentum praeſtare exopta-
p. 59. tiſſimum. E contrario parua eius doſis, quinque ſcilicet guttulae, profuit aduerſus nauſeam vomitusque grauidarum, is ſi primo grauiditatis tempore acciderit. Tum enim hoc ſymptoma non plethorae, ſed illi, licet non ſatis cognitae, mutationi adſcribendum eſt, quam uterus ſimulque totum genus neruorum patitur. Quodſi illud vero diutius perdurat, non conuenit opium, ſed repetita potius ve-
p. 73. nae ſectio, aer frigidiuſculus et abſtinentia. In compeſcendo nimio lochiorum fluxu, ſi puerpera debili corporis habitu, et magnam ſanguinis iacturam paſſa eſt, ſique artus iam frigent et inſignis languor adeſt, nullum aliud remedium vim opii exſuperat, cuius rei cauſa in eo forte poſita eſt, quod uterina vaſa multum ſuae amiſerint elaſticitatis, quam ipſis
p. 74. iterum conciliare videtur opium. Accidere non numquam ſolet, ut in utero relicta pars placentae aut grumoſus ſanguis immoderatum talem fluxum efficiat. Quodſi igitur orificium uteri iam clauſum ſit, ideoque obſtetricantis manus auxilium afferre nequeat, remedia ſic dicta pellentia ſaepius nocent, quam iuuant, et omne quidem negotium ſoli naturae relinquendum eſt: id tamen, quod adhuc praeſtare poteſt medicus, in eo conſiſtit, ut quietem procuret puerperae, quem in finem etiam opium
p. 76. conducit. Similis fere ratio eſt nimii menſtruorum fluxus. Irritans enim, quae eum efficit, ſi conſtans cauſa ſit, leuamen modo affert opium; ipſum autem morbum tollere nequit. Quodſi vero in languore, generisque neruoſi debilitate aut vaſorum elaſticitatis defectu, ſanguinis iſtius nimis copioſi profluuii cauſa quaerenda ſit, illud omnium optimum dat remedium. Tum enim temporis, quando humorum circulatio lenta ſit atque debilis, extremitates frigeant, tonum ſuum amiſerint nerui, animumque aegri deſpondeant, nullum ſe cognouiſſe dicit Cl. Auctor

reme-

remedium, quod palmam praeripere queat opio.
Eadem quoque de cauſa in uno ſpaſmorum genere, p. 80.
quod a languore, aut praegreſſa vaſorum inanitione
prouenire ſolet, illud optime ſe gerit; nociuum au-
tem eſt in altero genere, cuius cauſa eſt plethora;
inflammatio ſimul praeſens ſit, nec ne. Inde porro p. 140.
intellectu erit facile, in omnibus internis id nocere
inflammationibus. Cum enim, ſi detur homini ſa-
no, capillaria replere atque diſtendere vaſa, cutem
calidiorem reddere et ſicciorem, quin et in largiore
doſi propinatum, febris ſpeciem cum ſudore, lin-
guam aridam, liquores glandularum craſſiores, ſoli-
dasque fibras magis tenſas efficere ſoleat; in cunctis
autem inflammationibus inſignis iam adſit obſtructio,
quam omnis ſomnus, vel naturalis adeo, augere ſo-
let: patere inde dicit Cl. Auctor, quam in iis caſibus
noxium eſſe debeat opium: id, quod perpetua etiam
medicorum comprobet experientia. Ex eadem ve- p. 144
ro ratione, qua in talibus internis inflammationibus
eius uſus interdicitur, propter metum ſcilicet, ne,
aucta febre, ſuppuratio fiat in iis partibus, ex qui-
bus pus nullum habere poteſt exitum; ex eadem ille
commendatur in variolis et harum quidem eo ſtatu,
quando vis vitae labefactata, ideoque febris et in-
flammatio nimis parua eſt, et conſtans alicuius dolo-
ris aut pruritus ſenſus in tota corporis ſuperficie
aegrum perturbat; diſſuadetur autem in earum febre
nimis aucta; porro in illo anginae, ſub finem mor-
bi interdum ortae, genere, in quo praeter vocem
raucam atque deglutitionem difficilem, inſignis fau-
cium tumor, dolor, viſcidorum humorum ad eos
factus decubitus, rhonchus, aliaque particularis ple-
thorae ſigna, obſeruantur. Notetur tamen, ſi de
vi vitae deficiente ſermo eſt, non eam ſubintelligi
debere debilitatem, quae a putridis, quibus oppri-
mitur natura, humoribus ortum ſuum ducit, niſi
earum facta iam fuerit euacuatio; ſed illam, cuius

cauſa eſt inanitio. Quodſi enim humores ad putredinem inclinent, vaſa turgida et fibrae valde tenſae ſint cum perſpiratione ſuppreſſa: venae ſectio, clyſter, aut aliud remedium, quod aluum ducere valet, conueniunt; opium vero tum temporis venenum habendum eſt. SYDENHAM igitur, opii uſum caeteroquin valde extollens, in confluentibus tamen variolis, cum violenta febre et diarrhoea coniunctis plurimos aegros ea de cauſa perire credidit, quod hoc iam ſalutare alui profluuium opio aut ſyrupo papaueris cohiberi a non nullis ſoleat. Tandem de variis opii praeparationibus Cl. Auctor agit, exiſtimans, inter eas omnes vix ullam attentione dignam intercedere differentiam; ſi qua tamen ſit, crudum opium praeferendum eſſe illius ſic dicto extracto, nempe quod ultimum varias experiri potuerit mutationes, virtutes eius infringentes. De ſyrupo papaueris medicorum non nulli ſtatuunt, ipſo quidem opio eum eſſe tutiorem: ſed de aſſerti huius veritate Noſter admodum dubitat, amatorum eius iudicio relinquens, num facile ſit in ipſa praxi inuenire atque determinare aliquam differentiam? cum adeo obſeruationes de opio ſaepe dubiae eſſe inueniantur. Illum praeter ea facillime in fermentationem abire, nec eius doſin tam certam eſſe poſſe, monet, ac ipſius opii. Cum id igitur frequenter in uſum vocauerit, ſimul docet, quamnam eius ipſe adhibuerit praeparationem? Opii nimirum crudi, puri atque triti unciam ſemis ferreo indidit cochleari ſuper lenem ignem poſito, adſperſa partis vicibus, ne combureretur, generoſi vini aliqua parte, et ſpatula tam diu agitauit, donec dimidia eius pars eſſet euaporata. Tum illud ab igne remotum in mortario contudit, ſuper porphyriten cum acerrimo vini aceto in unguenti conſiſtentiam reduxit, dein vero ſiccauit, in puluerem redegit, ſicque uſui ſeruauit; quo de praeparato, a tribus quatuorue

p. 154.

p. 172.

p. 174.

tuorue granis incipiendo ad ſcrupulum uſque unum iis praeſertim dedit aegris, qui haemorrhagiis laborarunt. Reticere tamen non poſſumus, Cl. Auctorem caudide fateri, ſaepius ſemet ipſum ſe fefelliſſe, ideoque nunc in eam deductum eſſe ſententiam, raro compeſci debere haemorrhagias, uſumque antimonii crudi cerati aut eius vitri cerati, opio ſuo eſſe efficaciorem. Claudit denique librum examen theriacae Andromachi, Mithridatis, et diaſcordii dicti, de quibus recte nobis iudicare videtur, vires earum compoſitionum dependere ab opio, cui maximam partem inutilis, certe ſuperflua tantum, aliorum medicamentorum farrago addita ſit, qua ipſa dubius redditur medicus, cuinam ingredientium certus adſcribi debeat effectus.

Ex his, quae adduximus, nunc clarum erit, quam ſolers fuerit Cl. Auctor in omnibus obſeruandis opii effectibus, et quam ſingulari candore tum ſalutares, tum noxios ab eo ortos euentus referat. Pro certo nos quoque putamus, doctrinam de medicamentorum viribus adhucdum ſaepe fallacem ad certitudinis maioris ac alicuius perfectionis gradum cito peruenire poſſe, ſi omnes medici Cl. Auctoris exemplum ſequi, omnia accurate obſeruare, ſimplicia, quantum demum cunque fieri poſſit, adhibere remedia, et eodem veritatis amore ducti aperte fateri velint, quosnam experti fuerint effectus, et in quibusnam caſibus errores commiſerint aut ſe ſe fefellerint, quo alias non raro ſua merita, quae conſecutos ſe eſſe ſaepe tantum ſibi fingunt, extollere ſolent.

XVI.

An hiſtory of animals, containing deſcriptions of the birds, beaſts, fiſhes and inſects of the ſeveral parts of the world: and including accounts of the ſeveral claſſes of animalcules, viſible only by the aſſiſtance of microſcopes. In theſe the characters, qualities and forms of the ſeveral creatures are deſcribed, the names, by which the are commonly known, as well as thoſe by which Authors, who have written on the ſubiect, have called them, are explained. And each is reduced to the claſſ, to which it naturally belongs. Illuſtrated with figures. By IOHN HILL, M. D. acad. reg. ſcient. Burdig. &c. Soc. London. Printed for Thomas Osborne. 1752. fol. 6. alph. 10. pl. c. tab. aen. 28.

i. e.

Hiſtoria animalium, continens deſcriptiones auium, quadrupedum, piſcium et inſectorum diuerſarum mundi partium: comprehendens etiam aliquot claſſes animalculorum, quae per microſcopium demum cognoſcuntur. Auctore IO. HILL.

Abſoluta itaque nunc prodit omnis hiſtoriae naturalis deſcriptio, a Cl. HILLIO propoſita, pro ea ſcilicet norma, quam ſibi praefixam habuit. Nulli quidem negamus, ſed potius cum aliis conſentimus in tam largo, quod ſibi emetiendum ſumſerat Cl. Auctor, ſpatio praetermiſſa aut negligentius quaſi quaedam naturalia corpora fuiſſe tractata; non poterit tamen eam illi ob rationem ſtudii adhibiti laus detrahi. Nec inglorium ipſi exiſtit, variorum, in

hiſce

hiſce explicandis doctrinis operam nauantium, virorum veſtigia preſſiſſe, cum omnium et ſingularum ſpecialem inſtituiſſe disquiſitionem, et difficillimum et impoſſibile fere opus eſſe haud iniuria videatur. Notamus itaque ante omnia praefationem, huic tomo additam fuiſſe, quae toti operi introductionis loco ſit, in qua Cl. Auctor exponit rationes, quae eum, ut LINNAEVM aliquando ſequeretur, non numquam vero ab eo deflecteret, fere cogerint. Nec opus eſſe cenſemus, de iis plura iam ut adducamus, cum ex iis, de quibus iam nobis dicendi data eſt occaſio, operibus, merita eiusdem perſpiciendi documenta varia cum noſtris communicauerimus lectoribus. Nunc animalium hiſtoriam contemplabimur. Ex animalibus quaedam tam parua ſunt et exigua, ut eorum nec forma quidem oculo poſſit nudo cognoſci, quin armatum et hiſce diſquiſitionibus adſuetum requirant indagatorem; horum itaque, animalculorum dato nomine perluſtrationem inſtituit, in genera diſpoſuit et primo loco deſcripſit Cl. HILLIVS. Iunxit horum conſiderationi inſectorum pertractationem in huius partis libro ſecundo. Amphibia porro altera in parte ſic enumerantur, ut prima ſectio ſerpentum, altera eorum animalium, quae pedibus inſtruuntur, deſcriptionem contineat. Hinc ad cruſtacea in parte tertia progreditur Cl. Auctor, in quorum diſquiſitione non tam ad inhabitantia animalia ſolum attendit, ſed, quoniam in curioſorum muſeis illa adſeruari nequeunt, ad exteriorem eorundem formam diuerſiſſimamque receptaculorum figuram ſimul reſpexit. Horum autem alia ſimpliciora ſunt, ut uniualuia, alia magis compoſita, ut biualuia, multiualuiaque, ſub quibus tribus claſſibus omnia, quae hucuſque cognita fuerunt reddita, poſſunt comprehendi. Complectitur porro pars quarta piſces, quorum diuiſiones ex LINNAEO et ARTEDO retinuit repetiitque, ordinem tamen eius

inuertit, et ſubdiuiſiones quasdam generum inferiorum addidit, ſimulque directionem caudae et hanc praecipue adnotauit. Sequuntur parte quinta aves, in ſex claſſes cum LINNAEO redactae, qui, cum vocabula quaedam ſingularia ad notas diuerſas exprimendas inuenerit, eorum definitiones ulteriori pertractationi praemittuntur. Finem tandem imponit operi in parte ſexta quadrupedum deſcriptio, quae pariter cum illa LINNAEI conuenit, mutato tamen etiam ordine; claſſi, quam anthropomorpharum vocat LINNAEVS, Syluiae nomen dedit, et hominem, quem ille addiderat, ex quadrupedum recenſione iterum expunxit. Haec autem totius operis diſpoſitio, licet iam doceat, qua ratione conſpiret Noſter cum aliis, atque ab iis ſecedat, varia tamen adhuc noua et ab aliis diſcrepantia continet, de quibus ſigillatim quaedam adhuc proponere licebit, ita quidem, ut praeſcriptum ab Auctore ordinem ſequamur, et quaedam ex ſingula parte, ſpeciminis loco adnotemus. Addimus tamen, eam a Cl. Auctore ſeruatam fuiſſe normam, ut poſt expoſitum generis nomen et huius et ſpecierum adiungat deſcriptionem, ſimulque adnotet loca, in quibus vel deprehendi illa, vel ſaepius verſari ſolent. Neque tamen omnium ubiuis ſpecierum pertractatio adeo ſollicita eſt, ſed, genera praecipue paullo laxiora ſi fuerint, quasdam ſibi ſpecies ſubiectas oſtendunt, reliquae breuiſſimis deſignantur denominationibus, in primis, ſi coloris varietates tantum effecerint diſcrepantiam.

Prima certe pars, qua minutiſſima animalcula pertractantur, ſingularem meretur attentionem, quippe quae plane noua eſſe videatur. Sciendum autem eſt, quod, ut ſupra monuimus, ad peruestiganda ea armatum cum eſſe deceat oculum, hic non niſi generales eorum proprietates illuſtrari. Ad tres interim claſſes ea commode referri poſſe indicat Cl.

HIL-

HILLIVS, quarum prima continet animalcula, quae neque caudam neque alius membri veſtigium offerunt conſpiciendum. Varia eorum ſunt genera, quibus cylindricum datum eſt corpus, *enchelides* vocat Noſter, quae iterum craſſitie differunt. Alia elliptica vel rotunda ſunt, haec nominat *cyclidia*, irregularis figurae ſunt *paramecia*, fimbriarum ſerie, oris inſtar, inſtruuntur *craspedaria*. Horum deſcriptionem penes alios etiam extant, quibus tamen nomina illis imponere non libuit. Ob conditionem autem ante dictam, tota claſſis *gymnia* conſtituit. Alterae claſſi, quae complectitur illa, quibus quidem cauda ſed membra alia diſtinguenda data non ſunt, nomen *cercariae* imponitur, quae in duo genera abeunt; vel caudae breuiores ſunt corpore in *brachuris*, vel longiores in *macrocercis*. Ad poſteriora pertinent potiſſimum animalcula ſpermatica variorum animantium. In ultima tandem claſſe illa, quae membris inſtruuntur, diſquiruntur ſeu *arthronia*. Ex his alia pedes oſtendunt, ut *ſcelaſius*, alia adparatum ad arripienda corpora habent ſeu brachia, ut *brachionus*. Haec praecipue aquarum incolae eſſe deprehenduntur: cuncta vero in tabula prima delineantur. Inſecta deinde, quibus Noſter ex vermibus LINNAEI zoophyta addidit, ſic diſtinguuntur, ut alia ſint alis non inſtructa, quae *apteria* audiunt, et vel artus non habent ut *anarthra*, vel eadem poſſident, ut *podaria*, alia alas habeant varias, quae *pteraria* dicuntur. In his numerus alarum variat, et claſſes diuerſas conſtituit, in quibus itaque deſignandis uſitata iam ab aliis nomina fuiſſe retenta obſeruamus. Multus quidem eſt Cl. Auctor in generibus deſignandis et nominandis ſpeciebus, ut eam ob rationem aliorum ſuperet labores, verum coloris differentiae ſaepe tot, quot indiuidua, veras differentias disquirenti multum faceſſunt operae. Notum *coccinellae*, a Cl. LINNAEO etiam adhibitum nomen,

p. 2.
p. 6.
p. 10.
p. 13.
p. 30.
p. 42.

men, a corporis figura in *haemisphaeriam* mutauit, et *hemiptera*, ob duritiem exteriorum alarum prae
p. 81. interioribus maiorem *ſcleroptera* vocauit; nec non ad *tenthredinem cynips* LINNAEI ab eo relatus fuit. Sed leuiores hae forte ſunt mutationes, reliqua cum aliis conueniunt, niſi quod etiam in additis tabulis cuius cunque generis icones expreſſerit Noſter. Por-
p. 87. ro inſectorum disquiſitioni accedunt *gymnarthria* ſeu illa, quae nudum habent, et artubus inſtructum corpus. Zoophytorum vero, quod ab aliis hiſtoriae naturalis ſtudioſis hiſce dari ſolet corporibus, nomen eam ob cauſam adoptare non libuit Cl. Auctori, quod ex vegetabili et animali corpore quicquam tenere haec corpora idem ſignificat, cum tamen ſine omni dubio vera ſint et genuina animalia. Nomina hic denuo Linnaeana, nec non deſcriptiones retinuit, niſi quod *echini* genus ex hac claſſe expungat, ad teſtacea illud referens, et *hydrae* nomen reiiciat. Impoſitum ſcilicet illud eſt a LINNAEO polypo, a TREMBLEY ſtudioſius deſcripto, quod utrumque autem Noſtro diſplicet, prius quidem, quod nimis affectatum ſit ob eam, quod in partes diſſectum reuiuiſcit et redintegratur animal, rationem, poſterius autem, quod pedibus vere careat hoc animal. Sed, cum cylindracea plerumque haec corpora, tentacula habent in plures vel unam ſeriem
p. 94. relata, duo inde genera conſtituit. Vnum *actiniae* nomen habet, pluribus tentaculis inſtructum, quod in marinis plantis ſedem ſuam figere ſolet. Horum tamen hiſtoriam ex ſtudioſis VITALIANI obſeruatis utique completam magis reddere potuiſſet Cl. Auctor,
p. 95. Alterum *biota* dicitur, et ſimplici tentaculorum ſerie inſtruitur, eſtque id ipſum, quod a TREMBLEY deſcriptum eſſe diximus, animalculum. In amphibiorum hiſtoria iterum parum mutatum eſt, niſi quod ampla ſatis, a LINNAEO propoſita, colubrorum hiſtoria ſuccincta magis ſit, cum tamen in illa expo-

expolienda noſtra aetate variorum auctorum operam deſudaſſe conſtet. Subſequens autem cruſtaceorum, teſtaceorum ſeu oſtracodermatum diſquiſitio variis a LINNAEO recedit in locis, nec poſſumus, quin moneamus, icones fere omnes ex conchyliorum hiſtoria, quam, ut alibi iam notauimus *, propoſuit Cl. ARGENVILLE ita mutuatas fuiſſe, ut hic inuerſo tantum ſiſtantur ordine. Reſpexit autem Noſter, in iis dilucidandis, non ad inhabitantia eadem animalia, licet eorum deſcriptiones ſimul adiunxerit, ſed ad valuarum tum numerum, tum etiam figuram; quippe cum curioſorum muſea haec integumenta magis ſeruent, quam intus conſtituta animalia, atque ornamenta inde haud exigua capiant. Exoticas deinde et marinas ſpecies omnium claſſium primo declarauit loco, ſubdiuiſione illa utens, ut poſtea oſtracodermata aquarum fluuiatilium et, quae in terra degunt, adiunxerit. Quam quidem diſtinguendi normam in uniuerſum haud adprobamus, cum unius generis ſpecies nimis a ſe inuicem diuellantur, et viuendi modus locusque his etiam animalibus diuerſus ſit, hinc confuſioni occaſionem praebeat. Meliori forte iure Cl. Auctor, hac nota uti ſi voluiſſet, ipſa genera mox ſubdiuidere vel deſcriptioni ſpecierum eam apponere potuiſſet. Noua vero, quae hic occurrunt, genera nunc adducemus. Ex uniualuibus ſunt: *ſtomatia*, quae ab *haliote* ſeu aure marina in eo differt, quod perforata non ſit, et ſpirali circumductione ad caput augeatur, huius autem variae deſcribuntur ſpecies. *Cochleas* in duos ordines cogit, quorum alter complectitur eas, quae rotundo fere orificio patent, alter illas, quae ſemirotundum et truncatum idem obtinent, ad quae igitur neritae referuntur trochique. Separatur tamen *buccinum* quod ventre globoſo, orificio magno, lato et elongato, parte oppoſita longa et acutiore inſtruitur, et *turbo*,

p. 119.

p. 123.

p. 130.

* vid. Commentr. noſtr. Vol. II. Part. IV. p. 693.

p. 133. *turbo*, qui conicae figurae eſt, in acumen deſinit et prope baſin orificio cui varia data eſt figura, aperi-
p. 137. tur. Vocatur etiam *ſtrombus* aliis. *Voluta* porro eiusdem figurae ſed breuior eſt et ex baſi etiam breuis conus, varie contortus procedit, quem Cl. Auctor *the clavicle* nominat.

Reiicit autem nomen rhombi, quod huic dari ſolet cochleae, cum nihil plane cum illa figura habeat
p. 141. commune. Ab hac parum diſcrepat, *cylindrus*, niſi
p. 143. quod in omni longitudine parum decreſcit. *Murex* vero in quo, ut in antecedentibus, limax habitat, ſpinis exaſperatur, et amplo orificio, in labium ex-
p. 147. panſo, patet. Eandem conditionem ſeruat *purpura* tota tamen ſpinis horrida eſt, et extremitas eius inferior ſaepe in magnam extenditur longitudinem.
p. 149. *Dolium* autem corpore rotundo et inflato inſtruitur, orificium eius vel dentatum vel glabrum eſt, baſis longa vel depreſſa, aliis concha globoſa dicitur,
p. 151. ab hoc *porcellana* differt, quae dorſo gibba eſt, orificium autem longum anguſtum ac utrinque dentatum habet. Ob figurae diſcrepantiam quatuor eius claſſes conſtituit Noſter, conglobatarum ſcilicet et craſſarum, pyriformium vel oualium, oblongarum, tandemque irregulari modo gibbarum. Haec in uni-
ualuium diſtributione occurrunt, biualues, quas *conchas* appellauit LINNAEVS, in ſex genera diſtri-
p. 154. buuntur. Oſtrea nimirum, inferius extus gibboſa, intus concaua, ſuperius planior eſt, conſtat ex cruſtis ſiue ſibi impoſitis laminis. Dantur glabrae et ſcabrae ſpecies, plicatae et ſulcatae, forma rotunda
p. 147. et irregularis eſt. Aequales valuas *chama* obtinet, quarum tamen ſuperficies etiam multis modis variat,
p. 163. oblongas vero *mytulus* habet, arcte ſibi adaptatas, *cardia* cordis figuram imitatur, aequalibus et gibboſis valuis. Depreſſa valuarum figura ad cardinum
p. 166. coniunctionem aurita eſt in *pectine* et plerumque ſtriata apparet. Tandem oblonga et fere rotunda figura

figura data eſt *ſoleni*, cuius utrumque orificium patet. p. 169.
Multiualuium hiſtoria quatuor generibus abſoluitur, quas LINNAEVS ſub uno genere, *lepus* dicto, comprehenderat. *Balanus* oblongus eſt, orificio patulo, p. 170.
cuius plures valuae non diſtant et ſeparantur, prout in reliquis, ſed intermedia ſubſtantia ſibi iunguntur. *Pollicipes* inferius longum craſſum et carnoſum pedi- p. 173.
culum adiunctum oſtendit, anterius latum, cuius ſummo loco inhaerent teſtaceae valuae plures, magnitudine diſcrepantes, triangulare tamen corpus conſtituentes, ab utroque latere patentes, ex quo loco intus latitans criton brachia exſerit. Coniungi cum hoc genere potuiſſet ſubſequens, quod plerumque concharum anatiferarum nomine deſignari ſolet, cui Noſter nomen *pentelaſmis* impoſuit. Diſcrepat enim p. 174.
tantum quod ſolitarium ſit, cum in antecedente conchylia coniuncta inueniantur. Dedit autem fabulae occaſionem, ac ſi arboribus adnaſcerentur illae conchae, quoniam carnoſis ſuis pediculis lignis, in mari natantibus, adhaerent. Parum quoque ab hoc diſtat *pholas*, quae ex quinque componitur valuis, p. 176.
ſed craſſioribus, et inaequalis magnitudinis, duae quippe maiores ſunt, reliquae longe minores. Solet plerumque hoc nomen, in lapidibus nidulantibus, conchyliis dari, quorum tamen illa, quae notas nunc adductas non habent, ad alia genera amandanda eſſe recte Cl. Auctor iudicat. Praetermittimus ea, quae de aquarum dulcium terraeque conchyliis deinde proponuntur, quod ad genera iam notata, et illa pertineant. Vltimo tamen loco animalia, quae ſub tegmine teſtaceo degunt, recenſentur, quibus *cen* p. 196.
troniae nomen dedit, appellantur ab aliis *echini marini*. Conſtant ex uno corpore, ingenti ſpinarum apparatu armato, quarum ſingula mobilis eſt. Varias hic recenſet ſpecies Cl. Auctor, diſplicet autem illi duiſio generum, a Cl. KLEINIO facta, et in rotundas aut ſubgloboſas, in cordatas, tandemque depreſſas

preſſas optime digeri poſſe credit. Ab his ad piſces progreditur Cl. HILLIVS, de quibus, licet ſtudioſae et generum et ſpecierum deſcriptiones inueniantur, unicum tantum id monemus, ut facile inſtituta comparatione innoteſcit, omnia fere leuioribus tantum additis mutationibus ex diligentiſſimi ARTEDI ichthyologia deſumta fuiſſe, icones vero piſcium Cl. Auctorem ex aliis ſcriptoribus repetiiſſe. In auibus enumerandis methodum LINNAEI eiusque diuiſiones cum ſequutus ſit Noſter, obſeruamus eundem etiam in fauna Suecica ab illo ſtabilitas deſcriptio-
P. 355. nes retinuiſſe et exſcripſiſſe. *Vulturis* genus autem a falconibus diſtinxit, cui tres digiti antrorſum, unus retrorſum, ſpectant, collum nudum eſt, pedes plumarum tomento tecti, ſub collo ſpatium pilis, loco
P. 359. plumarum, inueſtitum deprehenditur. Pſittacos in tres ſectiones diuidit, una maiores pſittacos continet, qui *macao* vocantur, altera minores *parrots* dictos, tertia minimos ſ. *parroquets*. Praeter id autem, quod *emberizae* genus cum iis, quas LINNAEVS huc retulit, ſpeciebus, plane omiſſum ſit, nihil adnotatu praecipue dignum obſeruauimus. Tota tandem quadrupedum deſcriptio, exceptis ſupra dictis mutationibus denuo, comparet normae Linnaeanae conformis. Si quid igitur eſt, quod Cl. Auctor in perpoliendo hoc opere addere potuiſſet, eſt multiplex, ab aliis iam tradita, diuerſorum corporum naturalium et animalium deſcriptio, quam undique conquiſitam conſulere debere naturalis hiſtoriae ſtudioſum ſumma lex eſt atque primaria. Arbitramur enim, cui ignota non ſunt KLEINIORVM, STELLERORVM, REAVMVRIORVM aliorumque nomina, qui a noſtra ſeceſſurus ſit ſententia, ſane fore neminem.

XVII.

XVII.

VRBANI HIERNE quondam Gubern. Prouinc. Honor. Archiat. Reg. et Praeſid. Reg. Coll. Med. etc. Actorum chemicorum holmienſium Tomus primus. h. e. Paraſceue ſiue praeparatio et tentamina in Reg. Laborat. Holmienſi peracta, ut et compendioſa manuductio ad elementa et principia chemica rite inueſtiganda cum annotationibus IOH. GOTSCHALK WALLERII, Chem. Prof. Reg. et ord. etc. Stockholmiae typis et impenſis Laur. Saluii, 1753. 8. pl. 18. ſine praef. tab. aen. 2.

item

VRBANI HIERNE tentaminum chemicorum, in reg. Laboratorio holmienſi peractorum, Tomus ſecundus, nunc primum in lucem editorum. cum annotationibus IOH. GOTSCHALCK WALLERII, Stockholmiae. 1753. 8. pl. 13.

Phaenomena naturae, in mixtionibus declaranda, chemicorum induſtria hoc potiſſimum ſeculo expoſuit et obſcuram loquendi rationem, qua alchemici inuenta ſua celarunt, diſcuſſit. Celeberrimis his chemiae inſtauratoribus Ill. Auctor quoque adnumerandus eſt: hic enim circa initium huius ſeculi utiles hos labores ſuſcepit, et quoniam obſcuras corporum mixtiones euoluit et obſeruata ſua accurate conſignauit, genuini chemici nomen pomeruit. Maximas igitur Cl. WALLERIO agimus grates, qui tentamina haec chemica, paucis nota, publici iuris fecit, et paſſim proprias adnimaduerſiones addidit. Licet enim non nulli ex recentioribus chemicis pluri-

ma

ma inuenta Auctoris in ſuis ſcriptis, et varia ex his accuratius tradiderint, ideo tamen non contemnendi ſunt hi ipſi labores, partim, quod coaetaneis ignota in iis proponuntur, partim, quod vera naturae phaenomena, accurate diſquiſita, repetitis quidem inueſtigationibus illuſtrantur, primis tamen inuentoribus promerita laus deneganda non eſt. Tomus primus in duas ſectiones diſpeſcitur, in quarum prima de elementis et principiis chemicorum agitur, in altera vero ſolutionis et praecipitationis phaenomena egregie declarantur. Primus hic tomus, iam antehac editus *, paucis tamen cognitus fuit; licet igitur uberiorem eius recenſionem dare nolimus, quo in altero, qui nondum editus fuit, accuratius verſari poſſimus, ſpeciminis tamen loco tractationem de igne, quae in ſectionis primae capite quinto propoſita, et in appendice, primo tomo annexa, multis modis illuſtrata fuit, proponere conſtituimus.

Tom. I. P. 25. Ignis, ut elementum nobiliſſimum et ſpirituale, materia lucis, atomi ſiue materia ſolis, vel ſpiritus ignis a Cl. Auctore appellatur, hinc monente Editore lux et materia caloris ſeu principium inflammabile confunduntur; non adeo tamen errare videtur Noſter, cum varios huius elementi effectus diſtinguat, et in eius indole deſcribenda ad prima principia recurrat. *Hicce ſpiritus igneus ſeu materia lucis excellentiſſimum, puriſſimum et nobiliſſimum elementum exiſtit, prope diuinum, et reſpectu aliorum viuax, ſubtiliſſimum, celerrimum, ſolertiſſimum, penetrantiſſimum ens, ſemper in motu, ubi non nimis arctis deuincitur compedibus, conſtitutum; rebus cunctis motum impertiens, naturae praeſtantiſſimus artifex, omnibus vitam caloremque inſpirans, totius mundi anima et ſpiritus, qui a ſole exiens per totum diſpergitur orbem, et omnia, quae in eo ſunt, viuificat, reficit, illuſtrat et*

* Holmiae. 1712. 4.

et penetrat. Explicationem hanc, licet non vbique determinatis, ſed allegoricis vocabulis expreſſam, naturae tamen conuenientem ulterius illuſtrat, dum elementum ignis, quinque modis mutatum, ſiſtit; et primo quidem ſpiritus hic igneus in puriſſima eius operatione, ſcilicet in ſtatu ſpirituoſo, prout a ſole oritur, conſideratur. Incredibilem itaque ſubtilitatem, ita, ut vix ac ne vix quidem corporeum dici poſſit, et perpetuum motum eidem adſcribit, ideoque penetrantiſſimam ſubſtantiam eſſe aſſerit, et cum PLATONE affirmat, nihil ab igne vacuum eſſe. Materia vero ignis lucis effectus tunc reddere videtur, quando particula particulam perpetua circa centrum rotatione et rectilinea preſſione ſequitur, in quo motu radiorum indolem ponit Noſter.

Ignis vero, ſi ſemper in ſubtiliſſimo ſuo ſtatu p. 29.
verſaretur, cuncta penetraret, neque ſenſibus percipi poſſet, ideoque in ſecundo ſuo ſtatu elementis reliquis ſe ſe immiſcet, et materia quaſi craſſiori inuoluitur. Sic aetheri et aeri et mediante hoc aquae, hae vero intermedia cum terra connubium init. Rerum itaque omnium principium eſt, et naturae primus et praeſtantiſſimus opifex, vim ſuam viuificam omni naturae regno inſtillans. Caloris porro cauſa eſt, et ut motu rectilineo lucem, ſic circulatorio aeſtum excitat, et hoc ſuo motu omnium rerum vita dici meretur.

In tertio ſtatu ignis ille incluſus et quaſi craſſitie p. 33.
corporea inuiſcatus deprehenditur; et primo quidem ſulphuri, paulo poſt firmius ſali, tandem et terreis, intime admiſcetur. Variis vero corporibus vario gradu ineſt, quod Cl. Auctor ex corporum varietate fuſius exponit, et Cl. WALLERIVS ex omnium corporum incaleſcentia declarat.

Quartus ignis ſtatus eſt, ubi compedibus ſuis ſe p. 35.
euoluere conatur, quo libertati ſuae reſtituatur. Simul ac enim igneae particulae ex ſuo centro detur-

bantur, in actum motumque erumpunt, et quo plures particulae in unum quasi aceruum congregantur, eo concitatior fit motus. Ad hanc rem comprobandam fermentationis et putrefactionis phaenomena adducuntur, quo lenta caloris euolutio in corporibus humidis demonstretur. In viridi enim et compacto foeno, ex flammae erumpentis phoenomenis satis euidens caloris effectus ostenditur. In corporibus siccis attritu corporum duriorum ignis euolutio comprobatur, et Cl. WALLERIVS attractionis siue effer-ueſcentiae quandam speciem simul addit, v. c. si regulus antimonii, cum mercurio sublimato mixtus, non nunquam incenditur. In corporibus, diu calcinatis, aqua affusa calor quoque oritur, diuersas vero huius phaenomeni rationes a physicis exhiberi Cl. WALLERIVS monet, cum explicatio Cl. Auctoris, quod materia ignis in suo cursu et circulatione impediatur, et noua mutatione irritetur, vix sufficere videatur.

p. 39. Quintus ignis status est, quando ille retinaculis suis penitus solutus, soli, unde profectus erat, restituitur: sed obscuras Cl. Auctoris explicationes de igne, ex centro terrae agitato et ad solem reuertente, nec Cl. Editor, nec nos assequi potuimus; licet perennis materiae huius igneae circulus ex iam dictis satis pateat.

p. 201. Pauca adhuc ex iis seligamus, quae in appendice de materia ignis proposuit. Articulus primus phaenomena proponit, quibus omnem calorem a sulphure soluto et cum materia solari moto, prouenire, euincitur, ita tamen, ut salia, in primis acida, excludi nequeant, quibus intimum cum sulphure connubium est, ad motum tamen intestinum variae directionis simul respiciendum esse urgetur.

p. 205. Sic v. c. calor animalium a sulphure deducitur, quo pinguior enim sanguis deprehenditur, eo maior sentitur calor, in senibus vero et a diuturno morbo con-ualescen-

ualeſcentibus, in quibus ſulphur ſanguínis imminutum eſt, non tantus calor, quam in iuuenibus robuſtis et vegetis deprehenditur, et animalia, quibus parum ſanguinis ineſt, ut piſces, frigidiora ideo ſunt, quoniam ſulphur copioſum non continent. Hinc recte quidem Cl. Editor monet, phyſiologos non nullos a ſolo motu calorem ſanguinis non rite explicare, cum non omnia fluida aequali gradu incaleſcant, ſed caloris cauſam ſimul in materia mobili quaerendam eſſe.

In articulo ſecundo de combuſtione ſeu de igne culinari agitur, et, ut materia ſolaris ſeu ſpiritus igneus cauſa efficiens et primum mouens dici meretur, ſic oleoſae, pingues, ſulphureae et ſalinae particulae, ut pabulum ignis, motum hunc ſuſtinent, qui, ſi multae particulae terreſtres coniunctae ſunt, tardius progreditur, cum vero aeris vi, motus hic progreſſiuus continuetur, aquoſis etiam particulis non nunquam adiuuari poterit. p. 214.

Quinque vero modis ignis accenditur, ſcilicet igne ipſo, iam actiuo, motu attritionis, concentratione radiorum, circulatione particularum ignearum impedita, concentratione particularum ſulphurearum et vaporum pinguium. p. 220.

In combuſtione corporum fumus primum, ſeu particularum, ignis motui reſiſtentium, in primis humidarum, diſſipario obſeruatur, particularum vero diuerſa indoles ex fuligine cognoſcitur. In fumo interdum ſcintillae, paulo poſt flamma erumpit, quae ex mente Cl. Editoris concinne deſcribitur, quod ſit *fluidum ſenſibile, compoſitum ex particulis aqueis, ſalinis, terreſtribus, cum pauco igne coniunctis, caudentibus et volatilibus redditis.* Auctor vero eas partes, quae in flamma agitantur, diſtinctius conſiderat, et inter alia monet, aquae particulas gratiorem et magis durantem reddere flammam, quod in ſpiritu vini accenſo demonſtrat. Curioſius porro in p. 225.

quaestionem, an ignis et flamma acidae indolis sint? inquiritur, quae quidem negatur, et data hac occasione varia phaenomena circa flammam obseruata illustrantur, et carbonis et cinerum descriptiones subiunguntur.

p. 238. Plurima adhuc ex articulo tertio, de igne humido centrali, et articulo quarto, de ignibus ardentibus subterraneis, adducere, vel ex capite octauo et
p. 64. seqq., de salibus variis, proponere possemus, cum haec ipsa doctrina a Cl. Editore in notis additis egregie illustrata fuerit. Quondam vero in tomo secundo, nondum hactenus edito, plurima adhuc tentamina chemica, attentione nostra digna, occurrunt, ex his potius praecipua indicaturi sumus.

Tom. II. Primum nimirum tentamen *de sale ac pingui terrarum* agit et experimenta similia, quae Cl. KÜLBEL
p. 1. circa fertilitatem terrarum disquirendam instituit*, proponit. Humum atram, cui nihil fimi accesserat, primo vere, ante quam plantae in ea crescerent, radicibus etiam quibuscunque inde separatis experimento instituendo aptam elegit, et in duas partes distribuit. Vni parti aquam pluuialem vel niualem, destillatam tamen, affudit, et maceratione, in diem subsequentem continuata, liquorem filtratum euaporatione quodam modo spissiorem reddidit, et eundem obscure fuscum, salsum et pinguem obtinuit. Alteram terrae partem retortae indidit et destillando ignemque sensim augendo phlegma, spiritum et oleum nigrum obtinuit, capite mortuo post ea aqua purissima eloto. Liquor elixiuiatus primus, ob copiosam pinguedinem, in crystallos cogi non potuit, cum variis acidis tentatus, nulla efferuescentiae signa dedit, affuso mercurio sublimato, qui ut reliqua, quae sequuntur, aqua purissima destillata solutus erat,

* IOH. ADAM KÜLBEL diss. de causa fertilitatis terrarum. Dresdae 1740. 4. Latine et Gallice. it. a Bordeaux 1741. 4. mai.

erat, nulla ſequebatur reactio; affuſa lunae et ſachari ſaturni ſolutione diluta craſſamentum album ſubſidebat, vitriolum veneris parum, martis prorſus non mutabatur; cum ſale tartari et reliquis alcalinis fixis praecipitatio efficiebatur, et, licet lixiuium ſcoriarum reguli antimonii praecipitationem induceret, nihil tale ex ſolutione ſulphuris cum calce viua obſeruabatur; a ſpiritu ſalis ammoniaci tantillum praecipitabatur; ſolutio gallarum affuſa colorem dilute fuſcum inducebat, ſyrupus violarum colorem ſuum in dilute fuſcum mutabat, heliotropii vero ſuccus parum mutabatur.

Adduximus haec paulo plenius, quo experimentorum Cl. Auctoris ratio inde pateat. Nihil enim certi hinc elicere poſſumus, cum idem liquor, poſt duos annos ex ſimili terra eductus, et ſpiritus, per retortam ignis vi expulſus, alias quasdam mutationes oſtenderint. Acidum vero, culinare et urinoſum ſal, ſiue, ut Cl. Auctori placet, tartareum ſal eſſentiale, cum aliqua pinguedine in hac terra reperitur. Adiecit vero Cl. Editor comparationem experimentorum Auctoris, cum iis, quae Cl. KÜLBEL inſtituit.

Vlterius tamen terrarum examen a Cl. Auctore inſtitutum fuit, in humo lutoſa, argilla rudi coerulea, argilla teſſulari ſeu figulorum, arena glareoſa lutea, terra glareoſa griſea, terra glareoſa non fertili, terra vel argilla aquoſa intumeſcente, et aquis communibus. Quae quidem cuncta cum hic repeti nequeant, pauca ex confectariis adducere ſufficiat.

Terra et aqua, quatenus plantarum incremento p. 28.
fauent, elementa dici nequeunt, ſed in utrisque et ſalia diuerſiſſima et pingue aliquod admiſtum deprehendimus. An vero, cum in aqua et centies deſtillata ſemper aliqua terra inuẽniatur, acor aliquis ex carbonibus vel ligno, ex quibus focus ſtruitur, per vaſorum poros tranſeat et ſulphuri, ſiue calori, de-

ſtillandae aquae ſe iungat et ita terram efficiat, quae Auctoris ſententia eſt, aliis diiudicandum relinquimus: monemus tamen Cl. Editorem, qui ſententiae de aqua, in terram mutata, ſubſcribit, eandem in notis quodam modo explicaſſe. Cl. Auctor porro in geneſi heterogenearum particularum, aquae admiſtarum, ad putrefactionis rationem reſpicit, aquamque, terreis particulis ſcatentem, vegetatione magis fauere oſtendit. Docetur porro, non omne ſalſum et pingue combuſtione ex terra expelli; diuerſam terram variis plantis fauere; aquam praecipuam et omnium maximam plantarum partem conſtituere, fluiditate ſua exui et ſolidum corpus referre poſſe; Editor vero, qui ad experimenta Cl. ELLERI * prouocat, veram quondam aquae in terram mutationem urget.

p. 40. Tentamen ſecundum *de duplici formicarum ſale, tum acido tum volatili* agit. Licet Cl. Auctor iam olim ex formicis ſal duplex obtinuerat, volatile nimirum alcalinum et liquorem nigricantem acidum, meditationibus tamen Cl. BOHNII, qui, ut non nulli alii, volatilia ſalia per ignem produci perhibuerat, excitatus, hanc ipſam rem nouis experimentis illuſtrare tentauit. Experimento primo a formicis, per retortam in arena deſtillatis, ſucceſſiue in uno vaſe recepit liquorem nigrum acidum, poſt ea igne auctо oleum nigrum, et in collo retortae ſal verum volatile apparuit, in altero autem ſucceſſiue prodeuntes liquores ſeparauit, et ex tribus unciis formicarum mundarum 1) unciam dimidiam liquoris aciduli, ſapore ſuo oleum tartari per deliquium, cui acetum additum eſt, referentis; 2) unciam dimidiam liquoris pellucidioris magis acidi; 3) tres drachmas liquoris clarioris, ſed magis acidi; 4) ſpiritum minus acidum, cui iam

* vid. Hiſtoire de l'academie royale des ſciences et belles lettres. an. 1748. a Berlin 1750. 4 et Comment. noſtr. Vol. I. P. I. p. 124.

iam olei et ſalis volatilis aliqua pars admixta erat, obtinuit, ſal vero ipſum copioſe in collo retortae collectum fuit. Priores tres liquores variis acidis admixtis non mutabantur, quartus vero, cuius ſapor amaricans erat, cum acidis efferueſcebat, et mercurii ſublimati et ſachari ſaturni ſolutione affuſa albeſcebat. Prior porro liquor cum alcalinis fixis quodam modo, alter magis, tertius quam maxime efferueſcebat, quartus vero non mouebatur. Alcalina volatilia idem praeſtabant et tertii liquoris atmoſphaera iam cum alcali volatilis halitu fumos excitabat. Heliotropii ſuccus cum primo liquore clare rubeſcebat, cum altero lateritium, cum tertio clarius rubrum colorem excitabat, cum quarto liquore vero tantillum ad rubedinem inclinabat. Succus violarum cum primo liquore pallide, cum ſecundo ſaturate, cum tertio magis adhuc rubeſcebat, cum quarto vero viridem colorem referebat.

In concluſionibus additis Cl. Auctor urget, verum ſal volatile ſimplici deſtillatione obtineri poſſe, licet illud putredine, per quam acidum magis deſtruitur, augeatur. Sal eſſentiale acidum formicis prae reliquis inſectis competere * porro oſtendit, et affirmat hoc quidem non ſulphureum eſſe, ſed eſſentiale et nitroſum, quae peculiaris eius ſententia, in parte prima non nihil illuſtrata, ſed ibidem quoque a Cl. Editore negata fuit, qui cum aliis chemicis recentioribus acidum aereum primigenium vitriolicae naturae eſſe aſſerit. p. 47.

Tentamen tertium *de volatili ſale urinoſo plantarum, ſine praeuia putrefactione* obtinendo, agit. In deſtillatione per retortam florum et foliorum ſambuci, padi, nymphaeae, etc. in prioribus liquoribus acidum quidem, in ultimo autem volatilem urino- p. 52.

* vid. Hiſtoire de l'academie royale des ſciences et belles lettres an. 1749. a Berlin 1751. 4. p. 38. et Comment. noſtr. Vol. I. P. III. p. 390.

ſam indolem detexit, ſed dubium omnino manet, an alcalinum hoc ſal ope ignis productum fuerit, ita, ut, ſi unquam, rarius tamen, in plantis concedendum ſit.

p. 73. Quartum porro tentamen *de ſale volatili urinoſo, in regno minerali* inueniendo, experimenta proponit; quam rem Cl. Auctor ampliori tractatione proſequitur et Cl. Editor conuenientiam experimentorum cum Henckelianis * oſtendit, quae tamen triginta annis circiter poſt labores Auctoris inſtituta fuerunt, quae vero ideo a nobis vix indicanda erunt.

p. 112. Tentamen quintum *de aucto pondere quorundam corporum poſt uſtionem vel calcinationem* exponit. Non tantum in plumbo, ſed in minera cupreo-argentea ferrea et in regulis antimonii diuerſis augmenta, in antimonio crudo autem diminutio ponderis obſeruata fuerunt; variorum poſt ea chemicorum ſententiae de cauſis huius phaenomeni recenſentur, Cl. Auctor vero acidum pingue et ſulphureum, quod in ligno et carbonibus latet, augmentum illud efficere aſſerit, idque ex ea potiſſimum ratione, quoniam ſimul aliquid urinoſi accedit, cum quo praecedens acidum figi poteſt. Cum autem recentiorum experimenta non niſi plumbo augmentum ponderis per calcinationem concedant, controuerſias hic motas non ulterius urgemus.

p. 125. p. 157. Sextum tentamen *de alcali fixi praeſentia in corporibus ante quam comburuntur*, et ſeptimum *de acido uniuerſali ſulphureo et a quo ſubiecto purum obtineri queat*, tantum indicamus, quoniam multa occurrunt, quae hoc ipſo tempore magis declarata fuerunt, monemus tamen diligentiam Cl. Auctoris in diſquirendis corporibus naturalibus inſignem eſſe, et in ſexto potiſſimum tentamine varia de natro veterum,

* Propoſita ſunt in Act. phyſ. med. Nat. Cur. Vol. V. Norimbergae 1740. 4. p. 325. obſ. 93.

rum, et de ſale thermarum, tanquam alcali fixo minerali, adduci.

In tentamine octauo et ultimo *de defectu eorum ſupplendo, quae in patria deficiunt*, diſſeritur. In hoc non niſi de ſale communi et vino agit. De priore pauca profert Cl. Auctor, a Cl. Editore vero non nulla experimenta, circa copiam ſalis in aqua marina, ad littora Sueciae obſeruata, adduntur. In altera de vino tractatione et Cl. Auctor et Editor varia de ſuccis fructuum acido dulcium, in vinum mutandis, diſſerunt. p. 177.

XVIII.

The Gardeners Dictionary containing the methods of cultivating and improving the kitchen, flower, fruit, and pleaſure garden, wherein all the articles contained in the former editions of this work, in two Volumes, are diſpoſed in one alphabet: with the addition of a great numbre of plants. The ſixth edition carefully reviſed and adapted to the preſent practice, by PHILIP MILLER, F. R. S. Gardener in Chelſea. London, printed for the Author and ſold by John and James Rivington. 1752. fol. mai. 10 alph. 15 pl. tab. aen. IX.

h. e.

Dictionarium hortulanorum continens methodum colendi et perficiendi hortos culinares et floriferos, nec non pomaria et viridaria etc. Auctore PHILIP MILLER.

Terrarum cultura agros fertiliores reddit et laetas promittit ſegetes, ideoque hoc potiſſimum ſeculo a phyſicis exculta et ad oeconomicos uſus applicata

plicata fuit. Maiorem vero attentionem meretur hortorum cultura, quippe quae non ſolum plantas, ad alimenta et medicinas adhibendas, cultura perfectiores reddit, ſed et curioſiſſimas, ex uniuerſo terrarum orbe congeſtas, in climatibus, a patrio ſolo diuerſis, arte conſeruare docet, et non raro ad floris fructusque perfectionem deducit, quo in viridariis diſpoſitae eadem non tantum ornent, ſed a phyſices et hiſtoriae naturalis cultoribus attente diſquiri poſſint. Ad varietatem plantarum et potiſſimum ad culturam earundem cognoſcendam hoc dictionarium, horticulturam illuſtrans, conſcriptum eſt, quod praeter vocabulorum botanicorum technicos ſignificatus et genera et ſpecies plantarum breuiſſime deſcribit, operoſius vero circa earundem culturam verſatur.

Prodiit Londini 1724 in 8. mai. duobus voluminibus comprehenſum, dictionarium ſub titulo: *The Gardeners and floriſts dictionary or a complete ſyſtem of horticulture* etc. in quo cultura variorum hortorum, plantarum genera et ſpecies, earumque culturae rationes, terrarum praeparatio et alia varia, ad phyſicam hortulani cognitionem pertinentia, ordine alphabetico declarantur, in quo Cl. Auctor primam quaſi delineationem operis, in variis editionibus poſtea perfectioris redditi, exhibuit. Prima editio in folio, titulo *Gardener dictionary* etc. inſignita, a Cl. LINNAEO et SEGVIERIO citata et ab Ill. HALLERO prima dicta * Londini 1731. et ſecunda eodem in loco 1735. prodierunt, haec vero et alia contracta Londini 1735. in 8. Vol. 2. edita ad nos non peruenit. Tertia huius libri editio, quae ſub titulo: *The gardeners dictionary containing the methods of cultivating and improving the kitchen, fruit and flower gar-*

den

* Conf. HERMANNI BOERHAAVE Method. Stud. Med. emaculata et acceſſionibus locupletata ab ALBERTO AB HALLER. Amſtelod. 1751. 4. mai. p. 1049.

den, as alſo the phyſick garden, wilderneſs, conſervatory and vineyard according to the practice of the moſt experienced gardeners of the preſent age etc. Londini 1737. in folio prodiit, hanc cum prima in 8vo, ſuperius indicata, comparauimus et multis modis auctam deprehendimus, attamen et haec ſupplemento, 1740 edito, perfectior reddita fuit. Editionis quartae et quintae, quas non vidimus, rationem exponere non poſſumus, monemus tamen belgicam quandam verſionem 1746. in folio prodiiſſe, et quintam editionem, Dublini 1741. fol. recuſam, a Cl. GEORGIO LEONHARD HVTH. Norimbergenſi Phyſico, germanica verſione nobis cum communicatam fuiſſe, titulo: *Das engliſche Gartenbuch, oder* PHILIPP. MILLERS *Gärtner-Lexicon. Nürnberg, 1750. in fol. Vol. I. et II.*

Licet igitur tot et tam variae editiones, ſemper auctae et emendatae et haud paruo pretio coemendae, in commodum eorum, qui praecedentes poſſident, ſupplementis additis perfici potuiſſent, et Cl. Auctor hanc methodum in tertia, quarta et quinta editione ſeruauerit, varias tamen nunc adducit rationes, quibus permotus, hanc ultimam editionem exhibuerit. Praecedens nimirum quinta Londinenſis, duobus voluminibus comprehenſa, in primo ipſum dictionarium, in altero ſupplementa exhibebat, nec adeo ordinata inueniebatur, hinc et Dublinenſis, quae ad quintam expreſſa eſt, ideo, quoniam cuncta in unum opus alphabeticum coegit, magis quaeſita et ad verſionem germanicam adhibita fuit; cum vero haec ſine praeſcitu Auctoris impreſſa, ab eo multis mendis referta dicatur, ipſe etiam inter ea temporis ſemper de cultura hortorum perficienda cogitauerit, multaque addenda inuenerit, omnino de ſexta hac editione, tanquam perfectiſſima et ultima, amicorum monitis excitatus, cogitauit.

In

In hoc opere autem uniuerſae horti culturae ſyſtema diſperſum latet, quod quidem ad clima Anglicum accommodatum, paucis mutatis ad culturam hortorum, per uniuerſam Europam cum fructu ſuſcipiendum, applicari poterit. Sed forte eruditis methodus alphabetica minus probata videbitur, quippe qui ordinem, rebus ipſis conuenientem, magis exoptabunt; tenendum tamen eſt, Cl. Auctorem, hortulanorum facile principem, iis potiſſimum inſeruire voluiſſe, qui generales animaduerſiones, ex crebra obſeruatione culturae ſpecialis collectas, ad ſingula genera et ſpecies plantarum applicare non valent, ſed omnia, ſigillatim expoſita, licet variis locis repetita, exigunt. Cum vero res propoſitae oeconomis et hortulanis praecipue utiles inueniantur, opus hoc ſplendidum, quod in noſtris aliisque Europae prouinciis a paucis euolui poterit, in publicos uſus omnino accommodari poſſet, ſi a viro, in hiſtorica et phyſica plantarum cognitione verſatiſſimo, ſyſtema horti culturae latino omnibusque eruditis familiari ſermone elaboraretur, quod utilibus his, a Cl. Auctore collectis, obſeruationibus illuſtrari et confirmari et poſt ea in varias Europae linguas in uſus hortulanorum transferri poſſet.

Ampliſſimi huius operis recenſionem tradere non poſſumus, pauca igitur, quae eius rationem concernunt, et hanc ultimam quoque editionem reſpiciunt, declaraturi erimus. Cum ordine alphabetico conſcriptum ſit et plantae ſub nomine, a botanicis recentioribus recepta, deſcribantur, ſpuria botanicorum nomina, nec non anglica, ſuis locis quidem adducuntur, ſed ad vera genera botanica referuntur. In nominibus genericis et ſpecificis praecipue quidem TOVRNEFORTIVM ſequutus eſt Cl. Auctor, noua tamen genera, a LINNAEO aliisque ſtabilita non neglecta fuerunt, v. c. Verbaſcum orientale ſophiae folio in hac noua editione ad celſi-

am

am reduxit et hoc nouum genus assumsit; lilionarcissum ad amaryllidem retulit. In vocabulis technicis anglica nomina tantum electa fuerunt, praeter *jet d'eau* gallicum vocabulum aliud vix inuenimus in titulis. Plantarum genera breui descriptione adumbrantur et species adduntur, praecipue vero cultura specierum accurate describitur, ita, ut rarissimarum ferme omnium plantarum mentio iniiciatur. Sunt tamen quaedam ex his accuratius pertractatae, partim, quod in rebus oeconomicis utiles sunt, partim, quod ut norma aliarum assumi possunt. Inter arbores, quarum fructus nobis alimenta praebent, mali, pyri, cerasi, perficae, ficus, castaneae, uberiores descriptiones occurrunt, citrii vero aurantii, lauri et myrti cultura breuius exposita fuit, cypressus, larix et iuniperus amplius pertractantur. Caryophyllus, narcissus, ranunculus, leucoium, lilium, nec non amaryllis florum prouentus eximios definiunt. In his et aliis similibus anthophilorum normam quidem non assumsit, plurimas tamen species recenset, quae a recentioribus botanicis ad varietates reducuntur, monet tamen in praefatione, se non nisi ex naturae praescripto species has vindicare. Inter olera asparagus, brassica, cepa attente pertractantur, et cucumerum et melonum cultura accuratius docetur, ita, ut praecipue tractatio de melonibus a praecedente editione multis modis differat, in primis vero monet stratum humi, fimo super imponendum, maius esse debere, quo radices, plantas has succulentas nutrientes, magis se extendere possint. Culturam plantarum cerealium hordei et tritici, leguminosarum fabae, phaseoli et pisi exempla declarant. De lino multa proponit, in lupuli vero tractatione longe prolixior est. Exoticarum plantarum cultura in iasmino, mimosa, anil siue indigo, ananas, cacao, vanilla, cereo et cacto ut optimis exemplis traditur. De oryza pauca proponuntur,

tur, rhabarbarum ſub lapatho breuiſſime pertractatur, croci vero cultura apte deſcribitur. Sub titulis vitis et *vine* culturam vini et praeparandi modum ampliſſima tractatione proſequitur, et de variis vini generibus, etiam ex aliis fructibus horeis conficiendis differit Cl. Auctor.

Haec plantas concernunt, quae maximum operis huius partem conſtituunt; circa phyſicas vero doctrinas, ad vegetabilia pertinentes, ſaepius quoque erudite verſatur Cl. MILLER. Aeris, barometri, thermometri, ignis, fluidi, frigoris, grauitatis, lucis, naturae, pluuiae, ſolis, tonitru, vaporis, aquae vocabula multa dogmata ex phyſicis, quae hortulani attentione digna ſunt, ſub ſe comprehendunt, licet interdum haec paulo ſubtilius declarentur, v. c. cum in vocabulo *variegated*, ubi de plantarum coloribus, vario modo mutatis, agitur, doctrina generalis de coloribus ex refractionis theoria declaratur. Phyſicam vegetabilium preſſius concernunt, quae ſub voce generatio, vegetabile, ſuccus, ſemen, folium proponuntur. Vocabula botanica, quibus partes plantarum earumque ſingulares affectiones declarantur v. c. ſtamen, anthera, ala, clauicula, labiatus flos etc. in ipſo dictionario breuiter explicantur, quoniam tamen multa ex his omiſſa ſunt, in appendice catalogus ſingularis nominum ſimilium cum ſuccinctis explicationibus additur.

Hortorum a diuerſitate plantarum, in iis culturarum, deſumta denominatio paſſim tractationes de his diſponendis et dirigendis ſiſtit, quoniam vero haec tractatio tantum compendiaria eſt, partim ex plantis, ad varias culturae claſſes reducendis, in ipſo dictionario expoſitis, partim ex catalogis plantarum, in appendice additis addiſcitur, quaenam plantae ſimul et quonam ordine in hortis collocari debeant, ſi quis ſingulares tantum plantarum claſſes cultura perficere velit. Sic enumerationes arborum et fruticum

ticum duriorum, folia per hyemem deiicientium vel retinentium, plantarum, ad uſus medicos adhibendarum, nec non ſub vario caloris gradu per hyemem conſeruandarum, etc. in appendice ſubiunguntur, quae et in hac ultima editione paſſim auctae et meliori ordine diſpoſitae inueniuntur.

Non deſunt etiam tractationes variae, ſub ſuis titulis comprehenſae, quae terrarum differentias, ad culturam plantarum adaptandas et variis auxiliis perficiendas, indicant, quae varios hortulanorum labores definiunt, et non nulla inſtrumenta deſcribunt. Tandem quoque aedificia varia, hortorum ornamentis et conſeruationi plantarum dicata, paſſim conſiderantur. Huc ſpectant quoque icones, quae dimenſiones hibernaculorum, ſitum fornacum et feneſtrarum aliaque accuratius deſignant. Reliquae icones folia et flores delineant et ad plantarum deſcriptiones intelligendas faciunt. Simili quoque modo inſtrumenta ad vini elaborationem et praeparationem apta, et a Cl. Auctore attentius quoque deſcripta, proponuntur. Noua tandem, huic editioni accedens, icon polygalam virginianam foliis oblongis, floribus in thyrſo candidis, radice alexipharmaca, ſenegaw dictam, exhibet. Calendarium hortulanorum, quod labores in hortis variis, quolibet menſe ſuſcipiendos, indicat, ſeparatim editum * et in praecedentibus editionibus ſub titulis menſium diſpartitum, nunc huic operi annexum eſt. Cum germanica verſio, ſuperius indicata, in patria noſtra iam diuulgata ſit, non inutilem forte laborem ſuſcipiet Cl. Editor, ſi ſparſim in hac editione adductas emendationes et acceſſiones in ſupplementum collectas, proxime exhibeat.

XIX.

* The gardeners Kalendar directing what works are neceſſary to be done every month in the kitchen, fruit and pleaſure gardens and in the conſeruatory and nurſery. the 8 Edit. by PHILIP MILLER. London 1748 8. mai.

XIX.

Noua physico - medica.

Doctores et Professores artem medicam docentes.

1) In Academia Moguntina:

FRANCISC. GEORG. IGNAT. ITTNER, Med. D. Eminentiss. ac Celsiss. Princip. Elect. Mogunt. Iudicii Aul. Consiliar. Medicinae Profess. Primar. Facult. Med. Assessor.

IO. IACOB NAVHEIMER, Med. D. Emin. ac Cels. Princ. Elect. Mogunt. Iud. Aul. Consil. Praxeos medicae Prof. Publ. Ord. Facult. Med. Assessor.

GEORGE CONRAD SCHMITT, Phil. et Med. D. Iud. Aul. Pr. El. Mogunt. Consil. Physic. et Chemiae Prof. P. O.

His ex philosophornm ordine adiungendus est:

R. P. BERNARD FRITZ, Soc. Iesu, Artium liberal. et Philos. Magister, Physices et Eth. Prof. P. O. Fac. Phil. Assessor.

2) In Academia Aboensi:

IO. LECHE, Med. D. et Prof. Ordinar.

Ex philosophorum ordine accedunt:

CAROL. FRID. MENNANDER, Physic. Prof. Ordin.
PETR. KALM, M. D. Oeconom. Prof. Ordin.

Iis, quae iam olim * de *regio Nanceiensium medicorum collegio*, Regis STANISLAI iussu et auctoritate fundato, ad lectores nostros retulimus, alia, quae

* Comment. nostr. Vol. I. P. IV. p. 711.

quae nunc esse putamus adiungenda, habemus. Ex mandato enim regio ad diem quartum mensis maii anni proxime elapsi, 1753, publicato, et *Nanceii* in quarta, quam dicunt, forma edito, notamus, ordinem, siue facultatem vulgo appellatam, medicorum uniuersitatis, quae *Mussiponti*, in ducatu etiam Lotharingico siti, floret, adiunctum esse illi iam dicto Nanceiensium medicorum collegio, sequentibus eum in finem ab illo Rege sancitis legibus: 1) Decanus et Professores, qui nunc et olim iam dictam facultatem medicam Mussipontanam constituent, illius Nanceiensis collegii membris, ut socii honorarii, annumerabuntur, in eoque dignitatibus sedis atque suffragii utentur: 2) Iisdem iuribus atque honoribus immediate post illos professores et ante reliquos doctores, in facultate Mussipontana fruentur Nanceiensis collegii medici: 3) Decanus facultatis secundum locum in collegio et huius praeses eundem in facultate, obtinebunt: 4) Vnum collegium referet ad alterum, si quid notatu digni accidat utrique, indicemque membrorum quotannis sibi communicabit: facultas enarrabit omnes, quibus academicos gradus contulit; itemque collegium eos, quos sibi elegit, socios aut in literarum commercium adsciuit: 5) Si collegium sibi nouum adiungere vult socium, rogabit facultatem, ut ableget professorem, qui interfit eius examini atque receptioni, suumque, uti reliqua membra, ferat suffragium; ex altera vero parte idem faciet facultas, si quem licentiatum aut doctorem renunciare vult: 6) Vtrumque collegium ad se transmittenda curabit omnia scripta, quae editurum est, cunctaque inter se communicabit, quaecunque demum, ad artem medicam perficiendam, praestare quidquam posse existimabit. Nulli dubitamus, fore, ut ex nouo hoc etiam instituto maiora olim incrementa capiat scientia medica.

Regiam ſcientiarum ſocietatem *Londinenſem* nummum aureum ei quotannis, ex equitis COPLEY inſtituto, dare conſtat, qui nouis inuentis, experimentis vel obſeruationibus praeter ceteros excelluit. Reportauit hoc praemium anno praeterito Cl. BENIAMIN FRANKLIN, Philadelphiae in America vitam degens, propter ſua, quae huc uſque inſtituit atque nota fecit, experimenta electrica.

De *Petropolitana* ſcientiarum academia olim * diximus, quod centum ducatorum illi promiſerit praemium, qui ſeparationem auri ab argento ope aquae regiae huc uſque factam ex principiis phyſicis atque chemicis omnium optime explicauerit, inſimulque breuiorem minusque pretioſam haec bina a ſe inuicem ſeiungendi metalla docuerit methodum. In ultimo autem ſolemni, quem illa celebrauit academia, conuentu declarauit, nemini eorum, qui de hoc argumento conſcriptos ad ipſam miſerint commentarios, expectationem ipſius expleuiſſe, qua de cauſa ſe velle, ut dies, quo decernendum ſit praemium, iam dilatus ſit, huicque actui proxime futurus dies duodecimus menſis iunii huius anni 1754. deſtinatus eſſe debeat.

Porro etiam futuro anno. 1755. nouo promerendo praemio eiusdem valoris id ab ea eſt propoſitum: ut vera atque proxima vis electricae cauſa indagetur et eruatur, inſimulque doctrina eius in formam veri atque utilis ſyſtematis redigatur.

Quae *Rothomagi* floret, ſcientiarum academia praemium nummi aurei trecentorum pondo gallicorum proxime futuro menſe octobri largietur illi, qui omnium optime haſce quaeſtiones ſoluerit: Quaenam in Gallia reperiuntur animantia venenata?

* ibid. p. 148.

ta? Quaenam eſt eorum veneni indoles? Et quaenam contra illius vim dantur antidota?

Diuione conſtituta ſcientiarum academia praemio nummi aurei centum et quinquaginta thalerorum, ad annum futurum 1755 decernendo, eam propoſuit theſin, qua modus determinari queat, ad quem balnea, ex aqua ſimplici parata, in uſum vocari debeant; quisnam uſus et quaenam eorum ſint incommoda ratione temperamentorum; et in quibusnam praecipue morborum generibus ea conueniant?

Magiſtratus *Veſontinus* nummum aureum ducentorum pondo gallicorum ei promittit, qui optima docebit adminicula, quibus ignis vis in ſalinariis vel augeri, vel certe eadem conſeruari, ligno tamen ſimul parci poſſit, eademque ſalis copia haud imminui, nec eiusdem granula aliquam pati debeant mutationem.

Item magiſtratus *Ambianus* nummum aureum trecentorum pondo gallicorum ei ſe daturum eſſe declarauit, qui turfi, in Picardia reperiundi, indolem exponet: num creſcat ulterius, vel augeri deſinat? et qua ratione impenſis ad illum effodiendum requiſitis parci queat?

Goettingae nuper die decimo menſis nouembris anniuerſariam conſtitutionis ſuae memoriam celebrauit regia ſcientiarum ſocietas, inque conuentu, eam ob cauſam publice habito, declarauit, nemini eorum, qui difficilem illam, de ouuli feminini natura, olim propoſitam, et a nobis etiam ſuo tempore annunciatam *, quaeſtionem ſoluturi, commentarios, de ea ſcriptos, ad ipſam miſerint, ideo praemium ſe poſſe decernere, quod ii omnes expecta-

 tioni

* ibid. P. I. p. 149.

tioni ſuae haud ſatis fecerint; quum non adeo ratiocinationes et conſequentias, ex principiis, uſu et experimentis ſatis iam cognitis, ortas, quam inuenta potius noua ſibique nondum huc usque nota facta tentamina ſibi cupiat communicanda. Inaugurali quidem diſſertationi Cl. IO. CHRISTOPHORI KVHLMANNI, *obſeruationes circa negotium generationis in ouibus factas* continenti, data inde fuerat occaſio, cuius elaboratio, notatuque digniſſima, quae comprehendit, experimenta omnium maxime placuerant ſocietati: quum vero auctor illius iam cognitus eſſet, pluribus inſuper ibi recenſitis experimentis, praeſente vel certe conſulente Ill. ſocietatis praeſide DN. HALLER, inſtitutis, in certamen hic commentarius admitti non potuit. Interim quum ad graue hoc explicandum negotium multum requiri temporis, ipſa probe intelligat ſocietas, facile fieri poſſe in anteceſſum iam praenunciauit, ut eandem quaeſtionem hoc anno 1754 iterum cum duplo praemio proponat, eiusque ſolutionem ad annum 1756. expectet.

Idem porro illuſtre collegium aliam olim * a nobis commemoratam eamque oeconomicam quaeſtionem propoſuerat: de vegetabilibus nimirum in germanicis Angliae Regis prouinciis reperiundis, et quoad uſum opificiorum manu faciendorum, aliorumque vitae commodorum huc uſque nondum cognitis: ſed neque hoc praemium cuiquam tribuere potuit; quam ob cauſam illud nunc eſſe vult duplum, quod ille reportabit, qui quaeſtionem de calce, muris exſtruendis conueniente, optima ratione praeparanda, a nobis nuper indicatam **, ex ſocietatis voto dirimet.

Inſuper de alio, a nobis quoque, ſed tum temporis ad ſocietatis mentem haud ſatis clare, enarrato,

* l. c. Vol. II. P. I. p. 177.
** ib. P. IV. p. 723.

rato *, quod ea olim ceperat, consilio atque instituto, nunc fusius atque clarius voluntatem suam exposuit. Nummum enim memorialem aureum quinquaginta thalerorum decreuerat ciuium suorum illi, qui optimam et plurimorum suffragiis dignam societati exhiberet dissertationem, cuius argumentum a quolibet eligi atque constituit poterat. Ea igitur, ut tota res satis pateat, declarauit: 1) Nouum hoc praemium iis tantum proponi, qui studiorum causa Goettingae viuunt; auditores societatis sint, nec ne; ideoque omnes excludi exteros; quem ad modum omnia societatis membra a spe reliquorum praemiorum excludantur: 2) Nomen suum addere posse atque debere singulum auctorem, ut inde constet societati, eum esse ex numero ciuium academicorum Goettingensium: 3) Omnibus quidem liberum adhuc relinqui, in quodnam argumentum inquirere velint, ea tamen huic libertati addita conditione, ut illud ex earum disciplinarum una petitum esse debeat, quas ipsi societati praefixas esse ex ipsius *Commentariorum tomo primo*, p. 12. et 13. patet: historia nempe atque scientia naturali iisque artis salutaris partibus, quae ad illam pertinent, porro matheſi, historia, antiquitatum cognitione literisque philologicis.

Noua, ad nostrum institutum referenda, quaestio, cuius optimae disquisitioni hoc anno destinatum est praemium consuetum, oeconomica est atque concernit coria, nonne aliis auxilis, quam corticibus quercuum similiumue arborum, ea perfici queant, ut illarum igitur eo minor copia caedi debeat. Quum die decimo mensis nouembris huius anni 1754. praemium merenti debeat tribui: omnes, qui in ea thesi elaborare velint, rogantur, ut certe sub initium mensis octobris suos commentarios *Hanoueram*, ad locum ideo ibi constitutum mittant.

* l. c. Vol. II. P. II. p. 363.

Vt elaboratio breuis et experientiae conueniens atque germanice conſcripta ſit, ſimul monet ſocietas. Reliqua ſcitu neceſſaria iam olim adduximus *.

In eodem etiam conuentu publicauit illuſtris haec ſocietas, inter eos, quibuscum ſibi literarum ſit commercium, ſe retuliſſe Virum Cl. IO. STEPHANVM BERNARD Med. D. Amſtelodami is facit artem medicam, inter viros doctos inde potiſſimum clarus factus, quod non nulla graecorum medicorum opera edidit.

Porro *Goettingam* euocatus fuit Erfordia Cl. RVDOLPH AVGVSTIN VOGEL Med. D. ut artem medicam extra ordinem ibi doceat. Bibliotheca medica, quam per hos ultimos annos edidit, germanice conſcripta, innotuit. Munus illud nuper die decimo ſeptimo menſis nouembris adiit, habita oratione: de tentaminibus atque inuentis, quibus artem chemicam hoc ſeculo amplificarunt viri docti in Germania. Programma, quo ad illam audiendam inuitauit proceres, *experimenta chemicorum de incremento ponderis corporum quorundam igne calcinatorum examinat.*

Ex quo Vir Ill. IVSTVS GODOFREDVS GÜNZ ex uniuerſitate noſtra *Lipſienſi* euocatus fuerit Dresdam, ut Sereniſſ. Regis noſtri ſanitatis curam gerat, muneribus eius in noſtra academia huc uſque praefuiſſe Virum Cl. IO. BENIAMIN. BOEHMER Med. D. et P. P. ſuo tempore retulimus **. Quum vero is poſterior aduerſa et longinqua oppreſſus ſit valetudine, id, quod ex animo dolemus: illis ipſis nunc muneribus ſe ſe abdicauit, quae igitur in Virum Cl. IO. GODOFRED. IANCKE Phil. et Med. Doct. eiusdemque apud nos Prof. Extr. delata ſunt. Quo factum quoque

* l. c. Vol. I. P. III. p. 529.
** ib. P. I. p. 146.

quoque fuit, ut is ante breue tempus lectiones ſuas, in theatro anatomico habendas, publica ſectione cadaueris maſculini aperiret; quem in finem conſcripſit atque edidit programma *de cauernis quibusdam, quae oſſibus capitis humani continentur.*

Prouinciam ſic dicti proſectoris, quam in theatro noſtro anatomico huc uſque ſuſtinuerat Cl. IANCKE, regia nunc auctoritate obtinuit Vir Cl. IO. CHRISTIAN TILLING, Med. D. de uſu thermarum Carolinarum huc uſque cum laude promeritus.

Wratislauiae Vir Cl. BALTHASAR LVDOVICVS TRALLES, Med. D. variis, quae edidit, ſcriptis clarus, quorum etiam nouiſſimum a nobis nuper enarratum fuit *, in locum b. IO. GODOFREDI DE HAHN, Collegii medici et ſanitatis Sileſiaci a Sereniſſ. Boruſſorum Rege ſurrogatus atque conſtitutus eſt.

Holmiae nomen titulumque archiatri regii obtinuit Cl. HERMANN SCHÜTZER, chirurgus. Quum is quidem, utut in arte ſua peritus, in medicis ſcientiis non verſatus ſit, exemplo fere inaudito factum eſt, ut hanc nanciſceretur prouinciam: inde tamen Sereniſſ. Suecorum Regi ſe forte commendatum fecit, quod Ser. Reginae in edendo partu tribus vicibus adſtitit.

Hafniae die quinto proxime elapſi menſis decembris repentina morte e viuis ereptus fuit HIERONYMVS LAVB, Med. D. archiatrorum Sereniſſ. Regis Daniae primus et Conſiliarius ſtatus **.

* l. c. Vol. II. P. IV. p. 685.
** ibid. P. III. p. 543.

Moſcouiae nuper etiam die decimo octauo menſis octobris n. ſt. Vir, dum viueret, Celeberrimus, HERMANN KAAV-BOERHAAVE Med. D. Sereniſſ. Imperatricis Ruſſorum medicus primus, omniumque medicorum, quae in Ruſſici imperii prouinciis conſtituta ſunt, collegiorum Director *, obiit, graui et diuturno morbo confectus.

In eius locum Cl. CONDOIDI, natione graecus, Med. D. vir propter experientiam et elegantes mores laudatus, ut medicorum collegiorum director, a Ser. Imperatice nominatus eſſe legitur.

Obiit nuper hic *Lipſiae* anno proxime elapſo, die decimo tertio menſis octobris, CHRISTIAN MICHAEL ADOLPHI, Phil. et Med. D. Ordinis medic. Lipſ. et Collegii B. M. V. Senior, Caeſar. Acad. Nat. Cur. Sodalis; in cuius nunc enarranda vita eo breuiores eſſe poſſumus, quo ea iam prolixius ab illius affine, Cl. LVDOVICI, deſcripta legitur in *Supplementorum* ad *Lexicon*, *uniuerſale* dictum, pertinentium tomo primo, eiusque pag. 566. et ſeqq.; item in Cl. BOERNER *vitis et ſcriptis medicorum et phyſicorum hoc tempore celebrium* tomo ſecundo, p. 1. et p. 460. ſeqq.; et inſuper in faſciculo quinto *relationum de quatuor academiis Saxoniae ſuperioris*. Natus

* Eſt quoque, cur hic loci annotemus, commutari ſaepe a non nullis hunc, cuius obitum iam iam indicauimus, HERMANN KAAV-BOERHAAVE cum fratre ſuo doctiſſimo, ABRAHAMO, quippe qui *Petropoli* anatomiae profeſſoris munere adhuc fungitur, inter eruditos duobus, quae olim edidit, ſcriptis pótiſſimum claro, quorum unum inſcribitur: *Perſpiratio dicta* HIPPOCRATI *per uniuerſum corpus anatomice illuſtrata. Lugd. Batav. 1738. 12.* alterum vero: *Impetum faciens dictum* HIPPOCRATI *per corpus conſentiens, philologice et phyſiologice illuſtratum, obſeruationibus et experimentis paſſim firmatum.* ibid. 1745. 12.

tus ille Noſter Hirſchbergae in Sileſia, anno ſeculi praeteriti ſeptuageſimo ſexto * die decimo quarto menſis ſextilis, patre BALTHASARE, mercatore; ab optimis gymnaſii Wratislauienſis praeceptoribus, in omnibus iis artibus atque doctrinis, quae doceri ſolent iuuentutem, eruditus; anno eiusdem ſeculi nonageſimo quinto Lipſiam ſe conferebat, virosque eo tempore celeberrimos, SCHMID, ALBERTI, MENCKE, CYPRIAN, RECHENBERG, ORTLOB, WELSCH, BOHN, RIVINVS, PETERMANN et PAVLI, habebat doctores. Anno illius ſeculi ultimo philoſophiae magiſter creatus, eodem obtentos nouos honores habita diſputatione *de ſiderum influxu* tuebatur, aliamque *de tono et atonia* inſecuto anno ex medicorum cathedra defendebat praeſide ORTLOB, cuius hoſpitio huc usque fruitus fuerat. Ad exteros poſt ea iter ſuſcepturus, Halam Magdeburgicam anno 1701. abiens, STAHLII atque HOFFMANNI praelectionibus per aliquot menſes intererat. Illud deinde per Germaniam et Heluetiam continuans Argentoratum petebat, per aliquod tempus ibi commorans, ducibusque MAPPIO et SCHEIDENIO in praxi medica ſe ſe exercens. Illinc in utriusque Belgii prouincias diſcedebat, et, poſtquam cuncta, quae notatu erant digna, obſeruauerat, Lutetiam Pariſiorum adiens, per octo ibi menſes in artem in primis chirurgicam et medicam incumbebat, dein vero propter bellum ortum ex Gallia ſe recipiebat, tumque in Angliam transuectus, et, quum ſuis ibi finibus feciſſet ſatis, in Hollandiam anno 1702. reuerſus, Traiecti ad Rhenum, VALLAND, MVNICKEN et BARKHVSEN, auditis, et diſſertatione *de febre*

 catar-

* In *lexico* quidem *uniuerſali* et apud Cl. BOERNER nonus, ſexti loco, legitur; id, quod tamen ex errore ipſius ſenis, de vita ſua diſſerentis, factum eſſe ſcias.

catarrhali publice defensa, Doctoris medici iura atque honores consequebatur. Lipsiam redux factus, artem salutarem et hic loci, et per-menses aestiuos in thermis Carolinis, faciens, nominisque inde sui famam atque celebritatem adeptus, a Ser. Saxoniae Duce, MAVRITIO WILHELMO, qui Cizae sedem suam habebat, archiater ipsius nominabatur. Anno 1706. in Collegium B. Mariae Virginis, 1713 in Academiam Naturae Curiosorum, sub nomine AETII secundi, ut socius recipiebatur, annoque 1707 publice defensa dissertatione *de frictione*, Doctoris Lipsiensis obtinebat iura, quorum etiam compos fiebat anno 1722, ita, ut post obitum ETTMVLLERI, magni illius medici, qui Lipsiensi academiae semper erit ornamento, ordinis siue facultatis dictae medicorum assessoribus annumeraretur. Eodem anno aliud iter per utramque Silesiam, Morauiam, Austriam atque Bohemiam faciens, Viennae in amicitiam celeberrimorum illorum Augustiss. Imperatoris archiatrorum, FACKII et NIC. GARELI veniebat, deinque, illam retinendo, cum iis epistolarum habebat commercium. Quo factum quoque fuit, ut Augustiss. Imperatori, CAROLO sexto, innotesceret, ab eoque in singularis gratiae testimonium nummo memoriali aureo donaretur propter dissertationem *de equitationis eximio usu medico*, quam anno 1711 prima vice ediderat, ab archiatro, GARELI, Imperatori commendatam. Quum ea igitur placeret Caesari, suaserat auctori eius modo nominatus amicus, ut eam sub forma sic dicti tractatus recudendam curaret atque Imperatori inscriberet; id, quod etiam anno 1729 factum fuit. Scripta eius maximam partem dissertationes sunt, quae sequenti ordine prodierunt:

No. 1) Diss. philos. de siderum influxu. Lipsiae, 1700.

2) Diss. medica de tono et atonia. ib. eod.

3) Diss.

No. 3) Diſſ. medica inauguralis de febre catarrhali. Vltraiecti. 1702.
4) - - - de ſpina ventoſa. Halae Magdeb. 1705; recuſa Lipſiae 1706.
5) - - - de frictione. Lipſiae. 1707.
6) - - - de paſſione cholerica. ib. 1710.
7) - - - de thermis Hirſchbergenſibus. ib. eod.
8) - - - de aegrotantium conclaui. ib. 1711.
9) - - - de morborum per manuum attrectationem curatione. ib. eod.
10) - - - de ligaturis dolorificis. ib. eod.
11) - - - de equitationis eximio uſu medico. ib. 1713; recuſa et aucta iterum prodiit Lipſiae 1729.
12) - - - de aere, ſolo, aquis et locis Lipſienſibus. ib. 1717.
13) - - - de colo inteſtino, multorum morborum nido eoque proximo praeſeruationis curationisque ſubiecto. ib. 1718.
14) - - - de morbis frequentioribus et grauioribus pro ſexus differentia. ib. eod.
15) - - - de ſalubritate Sileſiae. ib. 1719.
16) - - - de motu ventriculi et inteſtinorum periſtaltico. ib. 1720.
17) - - - de incolatus montani ſalubritate ib. 1721.
18) - - - de tunica inteſtinorum villoſa, plurimorum morborum foco, atque immediato curationis ſubiecto. ib. eod.
19) - - - de balneis particularibus. ib. 1722.
20) - - - de remediorum ſolarium praeſtantia. ib. 1723.
21) - - - de fonte ſoterio Kukuſſenſi in Bohemia. ib. 1726.
22) - - - de Porcello Caſſouienſi. ib. 1728.

23) Diſſ.

23) Diſſ. medica de vinculis chirurgicis. ib. 1730.
24) - - - de ſtatu conualeſcentiae. ib. 1732.
25) - - - de affectu mirachiali. ib. 1734.
26) - - - de ſoluendo bono corporis habitu ſecundum A. C. Celſum Med. Lib. II. Cap. 2. ib. 1741.
27) - - - de eructatione flammante. ib. eod.
28) - - - de forma medicaminum procurandis morbis apte et utiliter exhibenda. ib. 1749.

Hae iam enarratae diſſertationes deinde in faſciculos collectae et recuſae iterum editae ſunt. Prodiit nimirum:

1) Trias diſſertationum phyſico-medicarum ad chorographiam medicam potiſſimum ſpectantium. Lipſiae. 1725. 4. Continentur in hac triade ex iis, quas iam iam recenſuimus, diſſertationibus illae ſub No. 12, 15, 17, indicatae.

2) Trias diſſertationum medicarum ad diaeteticam potiſſimum ſpectantium. Lipſ. 1726. 4. Continentur in hac No. 8, 5, 19.

3) Trias diſſertationum pathologico-therapeuticarum. Lipſ. 1727. 4. Continentur in ea No. 14, 6, 3.

4) Trias diſſertationum medicarum tum phyſiologico-anatomicarum tum pathologico-therapeuticarum. Lipſ. 1728. 4. Continentur in ea No. 16, 18, 13.

5) Trias diſſertationum medico-chirurgicarum denuo recuſarum. Lipſ. 1730. 4. Continentur in ea No. 4, 10, 9.

6) Tractatus de fontibus quibusdam ſoteriis, Lipſiae et Wratislauiae. 1733. 8. Continentur in eo No. 7, 21, quibus acceſſit tractatus antea nondum editus de fonte ſic dicto molari ad Carolinas thermas.

7) Trias

7) Trias dissertationum physico-medicarum de quibusdam affectibus singularibus. Lipſ. 1746. 4. Continentur in ea No. 25, 22, 27.

8) Dissertationes physico-medicae quaedam selectae varii argumenti, quae in Vniuersitate Lipsiensi diuersis temporibus antehac conscriptae, et praesidendo pro cathedra publice habitae sunt; nunc autem reuisae, hinc indeque auctae ac in hocce volumen collectae. Lipsiae. 1747. 4. Continentur in hac collectione No. 12, 15, 17, 7, 21, 19, 11, 5, 16, 18, 13, 14, 8, 9, 10, 23, 26, et 24; quibus omnibus additus fuit tractatus antea non editus *de morbis conualescentium*, uti et alius iam indicatus *de fonte sic dicto molari ad Carolinas thermas.*

Praeter has iam enumeratas dissertationes, academiae naturae curiosorum actis multas inseruit obseruationes; duaeque etiam aliae ab eo conscriptae *in tentamine* XIII et XXVIII *collectionis annalium physico-medicorum Wratislauiae editae* leguntur. Senio tandem confectus et marasmo sic dicto senili conquassatus, nuper, uti diximus, anno aetatis suae septuagesimo octauo diem obiit supremum; inque medicorum ordine Virum Cl. SAM. THEOD. QVELLMALZ, Ph. et M. D. et Pathol. P. P., ut illius seniorem, in collegio B. M. V. autem, ut assessorem, IO. BENIAMIN BOEHMER Ph. et M. D. et P. P. nactus est successores.

Memoria IOANNIS GOTHOFREDI DE HAHN, Phil. et Med. Doct. Sereniss. Borussor. Regis Consiliar. Aul. Collegii medici et Sanitatis Silesiaci Decani, et Caesar. Acad. Natur. Curios. Sodalis.

Post mortem laudari, non suspecta laus erit eaque saepe tantum vera. Quamuis itaque obitum iam dicti HAHNII praematurum dolere debeamus: pergratum

gratum tamen ſimul nobis eſt, memoriam eius in nos conſeruare poſſe, ut ipſum poſt mortem quoque eas retinuiſſe laudes aſſeramus, quas, dum viueret, conſecutus eſt. Natus ille fuerat *Schweidnitii*, quae urbs in Sileſia non incelebris eſt, anno ſeculi praeteriti nonageſimo quarto, die menſis ianuarii duodeuigeſimo, patre SIGISMVNDO, artis medicae doctore, quam ibi fecerat feliciter, paucis quidem adhibitis remediis, ſed copioſo tantum aquae ſimplicis uſu, quem, ad exemplum anglici illius medici, FLOYER, in qnam plurimis morbis ſemper commendauerat, eumque contra eius impugnatores libro, ſub titulo: *pſychroluſia vetus renouata* annis 1737 et 1738 edito, ſtrenue defenderat, ipſomet inde ſummam optimamque ſenectutem conſecuto, anno demum huius ſeculi quadrageſimo ſecundo die menſis octobris ſexto fatis ſuis cedente. Partus Noſtri 10. GOTHOFREDI matri ſuae, CATHARINAE SOPHIAE, EGRASSIORVM gente ortae, magno ſane ipſiusque vitae pretio ſtetit, quippe quae ſexto die, poſtquam filium enixa fuerat, vitam cum morte commutauit. A teneris inde Noſter ingenio valens aptoque ad optimas artes, ut adoleſcens adhuc in iis erudiretur, doctis atque fidis traditus eſt praeceptoribus, in gymnaſio patrio tum temporis conſtitutis, ex quibus FINCKE, ASSMANN et LEVBSCHER, magni ſemper fecit, eorumque de ſe merita depraedicauit. Eximia humaniorum literarum notitia ibi imbutus, eam deinde ad modum auxit, Lipſiam ſe conferens anno huius ſeculi decimo quarto. Tam felici enim tum ipſi eſſe contigit, ut a viro poſt mortem adhuc illuſtri, 10. BVRCHARDO MENCKENIO, domum receptus, hoſpitio eius ac amore frueretur, ſimulque cum viris, omnibus noſtro iam tempore celeberrimis, MENCKENIO, illius filio, MASCOVIO, KAPPIO, RICHTERO atque TRILLERO, veniret in conſuetudinem; quibuscum etiam

poſt

poſt ea, uti et cum aliis viris illuſtribus, HALLERO, SWIETENIO, SCHREIBERO, aliisque haud interruptum literarum habuit commercium. Doctoribus inſuper uſus fuit viris, quorum memoria adhuc nobis cara eſſe debet atque antiqua, MENZIO, LEHMANNO, RIVINO, PAVLIO, BOHNIO atque SCHACHERO. Quum animum igitur nactus fuiſſet diſcendi cupidiſſimum, ingenioque polleret alacri atque doeili, ſtudioque indefeſſo in literas incumberet: fieri non potuit, quin laetiſſimos in earum curſu faceret progreſſus, quorum prima vice anno 1715 publicum edidit documentum, ſub praeſidio SCHACHERI diſſertationem, ab eo conſcriptam, *de partibus corporis humani externis* cum laude defendens. Paulo poſt etiam, proxime nimirum inſecuto anno, prima ſuae induſtriae atque laborum praemia conſecutus fuit, a Lipſienſi philoſophorum ordine dignus iudicatus, qui philoſophiae artiumque liberalium magiſter crearetur. Quos obtentos honores ut promeritum ſe eſſe probaret, eodem anno diſſertationem ſuo marte elaboratam *de manu hominem a brutis diſtinguente* publice ventilauit, fratre germano reſpondentis munere fungente. Tum temporis illud ceperat conſilium, ut Lipſiae olim ſuam degeret vitam, uniuerſitati noſtrae ſe ſuaque ſtudia dedicaturus. Omni igitur, quo potuit, ſtudio elaborauit in eo, ut, quidquid ad doctorem academicum perficiendum ipſi videbatur eſſe neceſſarium, non ſolum ediſceret, ſed elegantiorum quoque literarum, quae ornant virum doctum eumque reddunt amabilem, notitiam ſibi compararet. Ex voto etiam, quaecunque demum ſuſcepit, ipſi contigerunt. Anno itaque huius ſeculi decimo ſeptimo maius honorum et futurae felicitatis ſpei incrementum adeptus fuit. Locus enim in philoſophorum ordine ſiue vulgo dicta facultate ipſi promiſſus, mouit eum, ut pro illo obtinendo aliam conſcriberet publiceque defende-

fenderet dissertationem *de medicina germanorum veterum.* Fuit ille annus, quo secularem celebrauit Lipsia memoriam exoptatissimi illius euentus, quo sacrorum cultus ab admistis erroribus atque superstitionis diu proh dolor! saeuientis additamentis conspureatus, ante duo secula repurgatus fuerat. Vt igitur huius adeo felicis euentus memoriam apto modo celebraret academia: inter alia honores, quos impertire solet, iis omnibus designauerat, qui eis digni tales peterent. In eorum quoque numero Noster fuit, doctoris medici iura atque honores, cum spe in ipso medicorum ordine olim obtinendi locum, consecutus, habita eum in finem disputatione *de taenia*, SCHACHERO iterum praeside. Paulo post quidem reuersus fuit in patriam, haud eo tamen animo, ut ibi commoraretur diu, sed post breue tempus Lipsiam redire artemque medicam docere constituerat. Nec ullum quidem superest dubium, illum summa cum laude ac insigni omnino fructu vitam sequi potuisse academicam, quum in omnibus iis artibus atque scientiis multum excelluerit, quae ad eruditum, utilem gratumque praeceptorem requiruntur. Praeter opinionem tamen suorum cessit precibus, annoque 1718 Wratislauiam abiens, perpetuum hanc urbem sibi esse voluit domicilium, ibique artem medicam, quam Lipsiae docere voluerat, usu habuit atque exercuit. Fecit eam quoque, uti docte ac honeste, sic et feliciter, ut breui tempore non gratiam solum omniumque amorem, sed et magni nominis famam sibi conciliaret. Quamuis autem virorum in re publica procerum quin et principum curandis morbis saepe admouēretur, ipsius tamen opera aliis iisque humilis conditionis hominibus numquam defuit. Musis quoque se delectare haud intermisit ullo tempore, sed ex hominum frequentia in museum redux, doctrinae studio detentus, in literarum studium se se abdidit; id, quod

scripta

ſcripta eius, quae iam indicaturi ſumus, ſatis ſuperque teſtantur. Fama itaque et meritis celeberrimus a Sereniſſ. Boruſſorum Rege, qui noſtro iam tempore ſummam imperii ſapienter tenet, ciuiumque merita perſcrutari et exornare ſolet, poſtquam Sileſiae potitus fuerat, in eaque ſupremum collegium medicum anno 1744 conſtituerat Wratislauiae, huic ut Decanus fuit praepoſitus, in nobilium ſimul numerum relatus et conſiliarii aulici dignitate condecoratus; cui illuſtri muneri tanta cum dexteritate, fide atque induſtria ad vitae uſque finem praefuit, ut gratia valeret apud ſuum Regem, parium retineret amicitiam, et apud inferiores auctoritate atque amore polleret. His omnibus tamen felicitatis generibus diu ſatis, uti is quidem promeruiſſet, frui non licuit optimo viro. Vltimis enim vitae ſuae annis aduerſa uſus fuit valetudine, miſtu praeſertim cruento aliisque pluribus laborans ſymptomatibus, quae ex obſtructione viſcerum infimi ventris originem ſuam duxerant. Contra quam morborum vim in thermis Carolinis quaeſiturus auxilium, iter eo quidem ſuſcepit, ſed perficere non potuit. Poſt primum enim huius itineris diem in urbem patriam, Schweidnitium, perueniens, die primo menſis maii anni nuper elapſi 1753 repentina morte e viuis ereptus, et poſt biduum ad latus beati ſui parentis in eodem loco ſepultus fuit. Vir longiore vita omnino dignus, in veterum, in primis graecorum, ſcriptis verſatiſſimus, nec medicarum ſolum, ſed illarum quoque elegantiorum literarum peritiſſimus, ita, ut, quidquid ſcriberet, docte et eleganter exararet. Prodierunt eius ſcripta ſequenti ordine:

1) Diſſ. philoſoph. de manu hominem a brutis diſtinguente. Lipſiae. 1716. 4.
2) - - - de medicina germanorum veterum. ib. 1717. 4.
3) - med. de taenia. ib. eod. 4.

4) Febrium continuarum, quae anno 1729 Wratislauiae populariter graſſatae ſunt, recenſio, occaſione catarrhi febrilis, per Europam epidemici, adornata. Accedit diſſertatio de aeris inſpirati in pulmones effectu. Wratislauiae et Lipſiae. 1731. 4.

5) Variolarum antiquitates nunc primum e graecis erutae. Accedit de MESVAE Syri ſcriptis ad celeberrimum FABRICIVM epiſtola. Brigae. 1733. 4.

6) Cyrtonoſi, quae GLISSONIO Rachitis eſt, tabulae aliquot antiquae. Wratislauiae. 1735. 4.

7) Carbo peſtilens a carbunculis ſiue variolis veterum diſtinctus. ib. 1736. 4.

8) Praeſens a carolinis auxilium in pertinaci faciei ſpaſmo, viſum deſtruente. Obſeruatio actorum academiae naturae curioſorum volumini ſexto inſerta.

9) Hiſtoria podagrae Eminentiſſimi Cardinalis Comitis A SINZENDORFF, Epiſcopi Wratislauienſis. Norimbergae. 1751. 4. Eorundem iam dictorum actorum volumini nono etiam inſerta fuit.

10) Variolarum ratio expoſita. Wratislauiae. 1751. 4.

11) Morbilli variolarum vindices. ib. 1753. 4.

Alium quoque conſcripſit commentarium de morbis anno 1737 veris tempore Wratislauiae populariter graſſantibus, quem proxime edendo eorundem iam commemoratorum actorum volumini inſertum iri ſperamus.

XX.

XX.

Supplementum indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1752 prodierunt.

Hiſtoire de l' Academie Royale des ſciences. Année MDCCXLVIII. avec les memoires de mathématique et de phyſique pour la même année, tirés des regiſtres de cette Academie, à Paris, 4. mai. avec figg.

Kongl. Svenska Vetenſkaps Academiens Handlingar. För Aor 1752. Vol. XIII. Stockholm, 8. mai. c. f.

Philoſophical Tranſactions. Numb. 497 being an Appendix to thoſe for the Year 1750, conſiſting of a Collection of ſeveral Papers laid before the *Royal Society*, concerning ſeveral *Earth-quakes* felt in England, and ſome neighbouring Countries, in the Year 1750, London. 4. (*Claudit hic 497 faſciculus Tranſactionum Vol. XLVI. Generalis inſimul titulus ad volumen illud 46 pertinens cum indice illi adiunctus eſt.*)

Memoirs of the Royal Academy of Surgery at Paris, translated from the original, Vol. II. London, 8. c. figg.

Raccolta d' opuſcoli ſcientifici e filologici Tom. 47 et 48, Venezia, 12. mai.

Memorie di varia erudizione della ſocieta columbaria Fiorentina. Volume II. Livorno, 8.

Quaeſtionum medicarum, quae circa medicinae theoriam et praxim ante duo ſaecula in ſcholis facultatis medicinae pariſienſis, agitatae ſunt et diſcuſſae, ſeries chronologica cum doctorum, praeſidum et baccalaureorum propugnantium nominibus. Opus ad medicinae, medicorumque pariſienſium hiſtoriam maxime conferens. Quaeſtionum medicarum, quae circa medicinae theoriam et praxim a duobus fere ſaeculis in actibus veſperiarum, do-

ctoratus et regentiae apud medicos parisienses agitatae sunt et discussae, chronologica series altera. Opus ad medicinae, medicorumque parisiensium historiam maxime conferens. Compendiaria medicorum parisiensium notitia, siue clarorum virorum, qui a saeculo circiter decimo quinto, ad hunc usque diem in facultate medicinae parisiensi, vel decanatum gesserunt, vel baccalaurearus licentiatus ac doctoratus gradum obtinuerunt, chronologica series, additis dignitatibus et muneribus, quibus pro tempore functi sunt. Parisiis, 4.

Lettres à un americain sur l'histoire naturelle generale et particuliere de BUFFON, à Hambourg, cinquieme volume. 12.

— Dissertazione intorno all' Elettricità di Epoandro Napili (LIONARDO PAPINI) Faenza. 8.

A letter to Dr. LOBB, concerning his writings in physic. London, 8.

An Essay on the rationality of brutes; with a philosophical comparison between Dr. CODGILL, Inspector-general of Town-island, and *Mango*, the great Monkey, director general of the pantomime performers in the Haymarket. London, 8. (*Satyra in D.* HILL *scripta esse fertur. vide Monthly Review. January, 1753.*)

— *Nachricht von einem um Helmstädt entdeckten Salpeter-Steine.*

Merkwürdigkeiten der Landschaft Basel; siebentes Stück. Basel, 8.

— Dissertation sur la nature et la formation de la grêle, qui a remporté le prix au jugement de l'Academie Royale des Belles-Lettres, Sciences et Arts. à Bordeaux, 4.

A Collection of Voyages and Travels, some now first printed from original Manuscripts, others now

now firſt publiſhed in Engliſh. With a general Preface giving an Account of the Progreſs of Trade and Navigation, from its firſt Beginning. Illuſtrated with ſeveral hundred uſeful Maps and Cuts, containing Views of the different Countries, Cities, Towns, Forts, Ports and Shipping; alſo the Birds, Beaſts, Fiſh, Serpents, Trees, Fruits and Flowers, with the Habit of the different Nations, all elegantly engraved on Copper Plates. Collected by the learned Mr. JOHN LOCK. Vol. 8. London, c. figg.

Hiſtoire generale des voyages. Tom. X. à Paris, 4.

Obſervations ſur l'hiſtoire naturelle, ſur la phyſique et ſur la peinture: avec des planches imprimées en couleur. à Paris, 12. Tome ſecond, quatrieme cinqu. et ſixieme partie (Auctor eſt GAVTIER.)

Journal oeconomique ou Memoires ſur l'agriculture, les arts et le commerce année 1752. à Paris, 12.

Deſcription de la vraye methode de la plantation du Tabac. 8.

L'école du jardin potager, nouvelle edition. 2 Voll. à Paris, 12.

Catalogue des plus excellens fruits, les plus rares et les plus eſtimés, qui ſe cultivent dans les pepinieres des Reverends Peres Chartreux de Paris, avec leurs deſcriptions et le temps le plus ordinaire de leur maturité, troiſieme Edition. à Paris, 12.

Agremens de la campagne, ou remarques particulieres ſur la conſtruction des maiſons de campagne, des jardins de plaiſance et des plantages, avec un traité pour couper et multiplier les arbres fruitiers et ſauvages, auſſi comment on peut cultiver et multiplier les ananas et les citroniers, les limoniers, les orangers. Voll. 3. à Paris, 12. avec figg.

Index medicamentorum ſimplicium triplex. London.

The British Diſpenſatory, containing a faithful Translation of the New London Pharmacopoeia, publish'd by the College of Phyſicians and enforced by the King and Council. To which are joined, in a compendious Manner, the whole Contents of the Edinburgh Pharmacopoeia, with Notes explanatory and additional; including Illuſtrations of the obſcureſt Paſſages, Reaſons of the variations of the two Diſpenſatories, Methods of diſtinguishing the Goodneſs of the ſimples, and uſeful Remarks relating to the Preparation of the medicines. London.

Pharmacopoeia Edimburgenſis pauperum; or the Diſpenſatory for the uſe of the Royal Hoſpital in Edinburgh, now firſt translated into English and improved with the Operations, Virtues and Doſes of the ſeveral medicines for the moſt ſafe and ſpeedy Cure of all Diſeaſes.

Desmographie ou deſcription des ligaments du corps humain. à Paris, 12. c. figg.

A compleat Syſtem of the Blood Veſſels and Nerves, on eight large Copper-Plates, taken from ALBINUS's Edition of EVSTACHIVS alſo from RVYSCH, DV VERNEY, HALLER, TREW, and S. B. Surgeon at Avignon, with Tables of Explanation, containing the Text of EVSTACHIVS, ALBINVS, etc.: translated into English. To which are praefix'd three whole length Anatomical Figures, repreſenting the external Parts of the human Body in both Sexes. London.

Methode aiſée pour conſerver ſa ſanté jusqu' a une extreme vieilleſſe. à Paris, 12.

Tal om de fel, ſom wid febrars botande hos oſſ dageligen begos. Stockholm. (STRANDBERGII, M. D. *oratio, Holmiae d. 25. Iul. 1752. habita, cum academiae praeſidis munus deponeret.*)

A letter

A letter from a phyſician in the Highlands on a conſumptiue habit. London.

Tabes dorſalis; the cauſe of conſumtion in young men. London.

Beauty in danger: or an account of a new diſtemper communicated by the lips. London.

The ſtate of ſurgery with remarks on the preſent humour of building hoſpitals. London.

A ſerious addreſs to the public concerning the abuſes of the phyſic. London.

A letter from an apothecary in London to his friend in the country, concerning the preſent practice of phyſic in regard to empiries. London.

Obſeruations on the cure of WILLIAM TAYLOR, the blind boy. London.

Reflexions on the ancient and modern Muſik, with the application to the cure of diſeaſes. London, 8. mai.

Pharus chemiae; *oder hellleuchtender Wegweiſer zur chymiſchen Wiſſenſchaft, worinnen die Möglichkeit und würckliche Zubereitung einer* uniuerſal-medicin *gezeiget wird. Regenſpurg, 8.*

MICHAEL ALBERTI Diſſ. inaug. de hepate praecipuo ſanguificationis organo. Reſp. *Gottlieb Auguſt Fellmer.* Halae, 4.

ALBINVS's Anatomical Tables of the Bones and Muſcles on 40. large Copper-Plates, repreſenting Figures of the Human Skeleton and of the ſeveral Orders of the Human Muſcles; alſo Views of the particular parts. With Tables of Explanation, which may be had either in Latin or English. London, fol. imperial.

A ſhort account of the eye and nature of viſion by IAMES AYSCOVGH. London.

The ſecond part of the *Lumleian* lectures; by Dr. BATTIE. London.

CAROL. AVGVST DE BERGEN, Diſſ. inaug. de rubeolis. Reſp. *Io. Frider. Beda.* Francof. ad Viadr. 4.

Eiusd. Poſitiones phyſicae experimentalis in uſus academicos conſcriptae. ib. 8.

Se il Vitto Pittagorico di ſoli vegetabili ſia giovevole per conſervare la ſanità et per la cura d'alcune malattie. Diſcorſo di GIOV. BIANCHI. Venezia. 8.

HERM. BOERHAAVE Tractatio medico-practica de lue venera. Lugd. Bat. 8.

Eiusd. Praelectiones academicae de lue venerea. Franekerae, 8.

FRIDER. BOERNERI Bibliothecae librorum rariorum phyſico-medicorum hiſtorico-criticae ſpecimen ſecundum. Helmſt. 4.

Recherches anatomiques ſur la poſition des glandes et ſur leur action, par M. THEOPHILE DE BORDEV. à Paris, 12.

PHILIPP. IACOB. BORELLI Diſſ. de ſaliuatione artificiali. Reſp. *Henric. Guilielm. Sibecker.* Marburg. 4.

IO. GOTHOFRED BRENDEL Diſſ. inaug. de cognatione paraphrenitidis et febrium malignarum. Reſp. *Georg. Chriſtian Biedermann.* Goetting. 4.

Eiusd. Pr. ſiſtens commentarioli practici in Coacas HIPPOCRATIS praenotiones penſum tertium. Goetting. 4.

Eiusd. Pr. de genere Hippocratico paralyſeos ab atra bile ortae. Aphoriſm. ſec. VII. no. 40. ib. 4.

The London and Country Cook or Accomplished Houſewife containing practical Directions and the beſt Receipts in all the Branches of Cookery and Houſekeeping; Such as Boiling, Roaſting, Paſtry, Pickling, Jellies, Preſerving, Confectionary, Cakes, Creams, Cordials, Syrups, English Wines

Wines, etc. Interſperſed with many ſovereign and approved Medicines uſed by private Families in moſt Diſtempers. By CHARLES CARTER. London, the third Edition. c. figg.

The Anatomy of the Human Body by W. CHESELDEN. The ſeventh Edition. London, 8. c. figg.

The Natural Method of curing the Diſeaſes of the Body, and the Diſorders of the Mind depending on the Body; by G. CHYNE. London, 8.

Eiusd. Treatiſe on Regimen. ib. 8.

WILLIAM CLARK's medical diſſertation concerning the effects of the paſſions on human bodies; firſt published in Latin at Leyden on the 31. of July 1727. for acquiring the honour and privilege of Doctor in phyſick, by the approbation of the univerſity; and now republished in English, with a preface, the aphorisms of SANCTORIVS, to which it refers, and ſome notes illuſtrating the ſubject. London, 8.

The art of midwifry; or the midwife's ſure guide; by GEORGE COVNSELL. London.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING Diſſ. de medico temerario. Reſp. *Tob. Godofr. Zeiſſer.* Roſtoch. 4.

Eiusd. Diſſ. de corpore humano ſemper mutabili. Reſp. *Io. Ioach. Gotth. Sturm.* Roſtoch. 4.

The Operations in Surgery of Mr. LE DRAN. Translated by THOMAS GATAKER. With Remarks, Plates of the Operations and a Sett of Inſtruments by WILLIAM CHESELDEN. The ſecond Edition. London, 8. mai. c. figg.

IOHANN PETER EBERHARD *Betrachtungen über einige Materien aus der Natur-Lehre, nebſt einem Anhange von einer beſondern Entſtehungs-Art des Schalles. Halle, 8. mit Kupfern.*

Experiments and obſeruations on Electricity made at Philadelphia in America, by BENIAMIN FRANKLIN, and communicated in ſeveral letters, to Mr. P. COLLINSON. London. 4.

De origine montium, philoſophica diſquiſitio prima; auctore P. THOMA GABRINIO. Piſani, 4.

IO. ANDR. BERNH. GEHRING Diſſ. inaug. de uteri ſtrangulatu. Kiliae, 4.

Il Filugello, o ſia il Baco da Seta. Poemetto in Libri III. dell' Abate GIAN FRANCESCO GIORGETTI. Con annotazioni ſcientifiche ed erudite; ed una Diſſertazione ſopra l'origine della Seta. Venezia, 4.

IO. GEORG GMELIN Diſſ. inaug. de Rhabarbaro officinarum. Reſp. *Victor. Bengel.* Tubing. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de febre miliari. Reſp. *Vlric. Frid. Varenbüler*, ib. 4.

Commentarii in Inſtit. Med. HERM. BOERHAAVE ſtudio et opera. I. C. H. Tom. VI. Lugd. Bat. 8.

Three Lectures on the Organs of Reſpiration, read at the Royal College of Phyſicians by BENJ. HOADLEY. London.

A new treatiſe of the Glaucoma or Cataract. By SILVESTER Ô HALLORAN of *Limerick*. Dublin, 8.

GVST. CHRIST. HANDTWIG Diſſ. de edentium bibentiumque ſitu, ſpeciatim: An bibere ſtando, an conducat magis ſedendo? Reſp. *Tob. Godofr. Zeiſſer.* Roſtochii, 4.

Eiusd. Diſſ. de dormientibus eorundemque ſitu. Reſp. *Auguſt. Wilhelm de Marnee.* ib. 4.

LAVRENTII HEISTERI Diſſ. de ſumme neceſſaria inſpectione cordis vaſorumque maiorum ſub legali infantum ſectione. Reſp. *Io. Dan. Farenholtz.* Helmſtadii, 4.

Eiusd.

Eiusd. Diſſ. de apoplexia magis chirurgicis quam aliis medicamentis curanda. Reſp. *Georg. Conrad. Thon.* ib. 4.

An Hiſtory of Animals; containing Deſcriptions of the Birds, Beaſts, Fiſhes and Inſects, of the ſeveral Parts of the world, and including Accounts of the ſeveral Claſſes of Animalcules viſibly only by the Aſſiſtance of Microſcopes. In theſe Characters, Qualities, and Forms of ſeveral Creatures are deſcribed, the Names, by which they are commonly known, as well as thoſe, by which Authors, who have written on the ſubject, have called them, are explained, and each is reduced to the Claſs, to which it naturally belongs. Illuſtrated with Figures; by IOHN HILL. London, fol.

A treatiſe on the teeth; from the Latin of HOFFMANN. Lond.

Eſſay on Fevers and their varius Kinds as depending on different Conſtitutions of the Blod; with Diſſertations on slow nervous Fevers, on putrid, peſtilential, ſpotted Fevers; on the Small-Pox; and on Pleureſies and Peripneumonies, by IOHN HVXHAM. London, 8.

HERM. PAVL IVCH Diſſ. inaug. de nephritide. Reſp. *Werner Philipp. Koehnen.* Erford, 4.

PIERRE BRODIN DE LA IVTAIS, Medecin privilegié du Roi pour la compoſition de la poudre febrifuge, l'abondance ou la veritable pierre philoſophale. 12. min. (*Duabus conſtat partibus, quarum una tradit modum, quo omnia frumentorum genera magis frugifera reddi queant; altera monet, ne quaeſtoribus regiis apum aluearia, quae ruſtici poſſident, confiſcare liceat.*)

GOTTL.

GOTTL. HENR. KANNEGIESSER Diſſ. inaug. de elephantiaſi, morbo gentibus Indiae occidentalis endemio. Reſp. *Detl. Frider. Claſſen.* Kiliae, 4.

Niewe Reizen door Duitſchland, Bohemen, Hongarye, Zwitſcherland, Italien en Lotharingen, warin het merkwaardigſte dezer Landen, en door de Naturkundige der Landen, Gelehrte en Staatkundige Hiſtorie mitsgaders de Schilder, Bowen Beeldt horwerskunſt Munten en Outheden wordt opgeheldert, door IOHANN GEORGE KEITZLER. Wit het hoogduitſch vertaald. Amſterdam, Tom. I.

LVDOV. ANNA LAVIROTTE quaeſt. med. An omnes organicae corporis partes digeſtioni opitulentur? Reſp. *Theophil. Bordeu.* Paris, 4. mai.

— IOH. GOTTLOB LEHMANN de aere ſub terra latente, cauſa mouente vulcanorum. Berolini.

CAROLVS LVCAS Diſſ. inaug. de gangraena et ſphacelo. Lugd. Bat. 4.

PETR. LVDOV. MARIA MALOET, quaeſt. med. An vitae exercitium a fibrarum ſenſibilitate? Reſp. *Amabilis Chomel.* Paris, 4. mai.

The elements of ſurgery; in wich are contained all the eſſential and neceſſary Principles of the art; with an Account of the Nature and Treatment of Chirurgical Diſorders, and a Deſcription of the Operations, Bandages, Inſtruments and Dreſſings, according to the Modern and moſt approved Practice, by S. MIHLES. London, 8. c. figg.

Diſcorſo medico chirurgico di ANDREA PASTA intorno al fluſſo di ſangue dall utero delle donne gravide, in queſta nova impreſſione accreſciuto et corretto, con un raggionamento non piu ſtampato, nel medeſimo autore, ſopra gli ſgravi ſanguigni

guigni del parto, et ſopra il rattenimento, et l' extrazione delle ſecondine. Bergamo, 4.

HONORAT. PETIOT, quaeſt. med. An conficiendae bili a meſenterio oleum, a faecibus liquor alkalinus? Reſp. *Io. Nicol. Millin de la Courveault.* Paris, 4. mai. —

Diſſertation ſur les Eeaux minerales de *Bourbonlancy* en Bourgogne, avec quelques réflexions ſur la ſaignée; par IEAN-MARIE PINOT. à Dijon. 12. —

IOH. ZACHARIAS PLATNERS *Abhandlung von der Reinlichkeit mit Anmerkungen und einer Vorrede von der Pflicht ſein eigner Medicus zu ſeyn, begleitet von* D. CHRISTIAN GOTTHOLD SCHWENCKE. *Leipzig*, 8.

A Narrative of the laſt Illneſs of ROBERT Earl of ORFORD, by IOHN RANBY. London.

Eiusd. Method of treating Gunshot Wounds. ib.

GEORGE RANDOLPH enquiry into medicinal virtues of bath water and the indications of cure. London, 12.

Verhandeling over de Cataracta warin derzelver orzaaken kenteekenen en gevolgen, en wel inzonderheit de manier der operatie verklaart, en met naar't leeven couleurde afbeeldingen opgeheldert werden; door IAN PIETER RATHLAVW. Amſteldam, 8. mai. c. figg.

Idem liber gallice verſus ſub hoc titulo: Traité de la Cataracte dans lequel ſes cauſes, caracteres et effets, mais principalement la methode de faire l'operation, ſe trouvent diſtinctement expliquées, confirmées par l'experience, et eclairées par des deſſeins naturellement colorées; avec une preface ſur la ſtructure de l'oeil, les proprietés de la viſion, et les maladies de l'un et de l'autre; par

IEAN

IEAN PIERRE RATHLAVW. à Amſterdam, 8. mai.

CLAVD. ANTON. RENARD, quaeſt. medica: An ad ſiſtendam membrorum reſciſioni ſuperuenientem haemorrhagiam detur artificium tutius vaſorum ligatura? Reſp. *Ludov. Petr. Felix Renat. le Thieullier.* Pariſiis, 4. mai.

Lettera chirurgica del Dottore GIANO RHEGELINI al ill Signore ANTONIO COCCHI, ſopra l'offeſa della Viſta in una donna, conſiſtente nel raddoppiamento delli oggetti, ſequita dopo la depreſſione della Cataratta. Venezia, 8.

On the virtues and operations of medicines, by BRYAN ROBINSON. London.

FRANC. DE SAUVAGES Diſſ. pulſus et circulationis theoria, pro baccalaureatu *Ludov. Mariae Girand de Villars.* Monſpel. 4.

Pharmacopoeia Edimburgenſis: Or the Diſpenſatory of the Royal College of Phyſicians in Edinburgh. By PETER SHAW. To which is added: Pharmacopoeia Edimburgenſis pauperum. Or, the Diſpenſatory for the Uſe of the Royal Hoſpital in Edimburgh.

The Gentleman Gard'ner inſtructed in Sowing, Planting, Pruning and Grafting, Seeds, Plants, Flowers and Trees; alſo in the Management of Bees. To which is added the Gard'ners Kalender, ſhewing the particular work to be done every Month in the Kitchen-garden, Flower-garden, and Orchard by the Rev. Mr. STEVENSON. The fourth Edition with Additions. London.

IACOB STRANG Grunder til Gödslens rätta förokande och förmerande. Stockholm.

The

The Commentaries upon the Aphorisms of Dr. HERMAN. BOERHAAVE concerning the knowledge and cure of the ſeveral Diſeaſes incident to human Bodies; by GERARD VAN SWIETEN. Tranſlated into English. Illuſtrated with Copper-Plates. Vol. VIII. London, 8.

Relazioni d'alcuni viaggi fatti in diverſe parti della Toſcana, per obſervare le produzioni naturali e gli antichi monumenti di eſſa del Doctor GIOVANNI TARGIONI Tozzetti. Fiorenza. Tom. V. 8.

LVDOV. PETR. FELIX RENAT LE THIEVLLIER, quaeſt. med. An nutritio ſecretionum opus? Reſp. *Petr. Franc. Afforty.* Paris, 4. mai.

The works of the late CLIFTON WINTRINGHAM, now firſt collected, with large additions and amendments from the original manuſcripts, by his ſon, C. WINTRINGHAM. Voll. II. London.

Conten-

Contenta in hac parte.

1. Philoſophical transactions Vol. XLVII. p. 3
2. SCHLOSSER Diſſ. de ſale urinae humanae natiuo p. 60
3. RVNGE Diſſ. de voce eiusque organis p. 63
4. SCHAEFFER de muſca cerambyce p. 67
5. ROTONDI de principi della natura etc. p. 69
6. FRANKLIN Supplemental experiments and obſervations on electricity p. 75
7. *Oeconomiſch-phyſicaliſche Abhandlungen 4 Theil* p. 79
8. - - - - - 5 *Theil* p. 84
9. *Hamburgiſches Magazin X Band* p. 99
10. DELII animaduerſiones in doctrinam de irritabilitate, tono etc. p. 98
11. CASTELL Diſſ. ſiſtens experimenta quibus varias corporis humani partes ſentiendi facultate carere conſtitit p. 101
12. WALSTORFF Diſſ. ſiſtens experimenta circa motum cerebri, cerebelli etc. in viuis animalibus inſtituta p. 105
13. DE HALLER Enumeratio plantarum horti regii et agri Goettingenſis p. 107
14. GLEDITSCH Methodus fungorum p. 114
15. YOVNG Treatiſe on opium founded upon practical obſeruations p. 123
16. HILL Hiſtory of animals p. 134
17. HIERNE Acta chemica Holmienſia Tom. I. et II. p. 143
18. MILLER, Gardeners Dictionary. Edit. VI. p. 153
19. Noua phyſico-medica p. 160
20. Supplementum indicis ſcriptorum phyſico-medicorum. 1752. p. 179

COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.

VOLVMINIS III. PARS II.

LIPSIAE
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
venduntur etiam
AMSTELODAMI apud PETRVM MORTIER.
M DCC LIV.

I.

Kongl. Svenska Vetenskaps Academiens Handlingar foer Aor 1750. Vol. XI. Med. Kongl. Academiens Tilstand. Tryckte i Stochholmhos LARS SALVIVS, pao des egen Kostnad. 8. mai. plag. 20. tab. aen. 7.

h. e.

Academiae Regiae Suecicae Scientiarum Acta. Annus 1750. Vol. XI.

Cum de Academiarum scientiarum scriptis omnibus in commentariis nostris dixerimus, Suecicam, utilium et egregiorum inuentorum copia cuibus praecipue suis inseruientem, praeterire omnino non possumus. Et eius quidem scripta germanis primum Cl. HOLZBECHER, deinde Cl. KAESTNER legenda tradiderunt, neque tamen adhuc versio ad illum annum, a quo historiam naturalis et medicae doctrinae exorsi sumus, pertingit, ut facile veniam impetraturos nos existimemus, si de hoc anno iam dicamus, diu quidem inter Suecos edito, sed in Germania procul dubio pauciſſimis viso, ut pro nouo haberi adhuc possit.

Eduntur autem quinae plagulae singulis quadrimestribus, et primum inter commentarios cuiusuis

eius modi partis locum occupat aliqua, ad hiſtoriam inuentorum pertinens, diſſertatio, cui ſemper ſcriptum aliquod, praecedentibus tomis exhibitum, occaſionem praebet. Igitur hac in parte, ianuario, februario, martio anni, quem tenemus, deſtinata,
p. 1. primo loco, quae mathematici ad definiendam telluris figuram et magnitudinem egerint, breuiter recenſentur. Debetur haec hiſtoria Academiae Secretario Cl. P. VARGENTIN.

p. 12. 2) Ill. DE HALLER agit *de oſſium formatione in locis inſolitis corporis humani.* Explicaturus praecipue, quo modo arteriae oſſeſcant, primo nota phaenomena recenſet, oſſeae duritiei reperiri arterias in ſenibus: Saepius inueniri tubercula oſſea paſſim in interiore ſuperficie aortae, curuaturaque eius conſpicua, ſimiles vidit in carotidibus, in meningibus, in arteriis iliacis et cruralibus, illisque; quae ad pedes ſanguinem adferunt, et in venis, a pene redeuntibus. Non facile magnae arteriarum partes dureſcunt, ſed ſpatia exigua, quae membrana tenui teguntur, et in latere interiore arteriae laeuia ſunt, atque a ſanguine praeter eunte, velut excauata, exterius vero, impreſſa gerunt quaſi ſigna fibrarum transuerſalium, ad muſculoſam arteriae tunicam pertinentium. Inter haec tubercula oſſea, conſpiciuntur ſaepe vulnera exigua purulenta, cum ſcilicet tunica interior, qua teguntur, detrita eſt. Alibi rarius haec vulnera obueniunt, minore exſiſtente vi praeterfluentis ſanguinis.

Ex his dureſcentibus ſolidis in ſenibus, explicauit BOERHAAVIVS naturalem oſſium originem et incrementum, vt, premente ſanguine ſolida noſtra, tandem rigeſcant haec et dureſcant, canaliculis concreſcentibus. Sed BVDAEVS * opinionem hanc emendauit, negans tubercula illa oſſea eſſe, pro terreis

* In Miſcel. Berol. Tom. V.

reis aut gypseis illa accipiens. DE HALLER vero, cum saepius loca arteriarum ossea reperisset, tandem in cadaueris virilis arteria magna, passim partes duras, flauescentes, inuenit, conuexitate sua ipsum arteriae cauum intrantes. Eas aperuit, nam ab interiore arteriae tunica adhuc tegebantur, viditque in illis liquorem luteum effluentem in membranam cellulosam, fibris musculosis et tunicae interiori intertextam. Crassus erat liquor ac mollis, et ei, qui in atheromate reperitur, similis. In eodem cadauere erant loca plura flaua similia, sed siccata, quorum aliqua duritie gaudebant coriacea vel cornea, alia cartilaginea alia ossea, quae instrumento ferreo tacta resonabant. Sic igitur naturalem quandam mutationum seriem vidit, a liquore flauo incipientem, qui recenter effusus mollis erat, paullatim vero durescebat, tandemque osseam naturam consequebatur, durior tamen vero osse, poris fibrisque, secundum longitudinem sibi adiacentibus, destitutus. Haec saepius deinde in pluribus cadaueribus vidit, et phaenomenon, consectariaque, inde deducta, indubia pronunciat. Concrescentias scilicet has osseas, nec a fibris carneis induratis, nec a canaliculis concretis oriri, sed a liquore effuso. Vnde nouum argumentum nascitur contra Cl. DV HAMEL, qui liquorem hunc negat *. Hinc etiam consequi videtur arteriarum duritiem praeter naturalem in senibus magis a fluidorum defectu, quam a solidorum rigore esse repetendam, huiusque mutationis in fluidis causam eo redire, quod vel sanguis senum plus terrae contineat, ut probabile videtur, vel cordis vis debilior fiat, relinquanturque particulae hae terrestres, mollibus et cedentibus partibus appositae, quas velocior sanguinis fluxus secum rapuisset. Quae coniectura confirmatur, quod reperiantur loca talia ossea, ubi

* vid. Hist. de l'Acad. Roy. des Sciences an. 1743. in variis commentariis.

vix videtur ſrictio eſſe ulla, nec tantus pulſus arteriae, ut fibrae exſiccari et indurari queant. Huius exempla habentur in omento et pia meninge, ipſaque dura, inter quarum laminas ſaepius tubercula oſſea magna ſunt reperta.

p. 16. 3) Cl. ACRELL *iuuenem unico cum pede natum* deſcribit, qui tunc annum aetatis 26 egit, ſanus ceteroquin et vigore plenus, niſi quod careat toto pede dextro inde a coxa os iſchium dextrum plane percipi non poteſt, ut ne quidem minimum eius ſignum reperiatur in latere dextro. Sed tamen fulcrorum ope non ire ſaltim, et currere, verum equitare etiam et aratrum currumque agere ruſticus puer didicit. In ſiniſtro latere omnia recte ſe habent. Lumborum vertebrae a ſiniſtro dextrum verſus flectuntur; os coccygis proxime ſuper anum reperitur, et cum ſacro locum innominati dextri replet, peluin ſimul efficiens. Anus duos digitos transuerſos a ſcroto remotus, ad finem oſſis coccygis altior eſt, quam eſſe ſolet. Genitalia loco conſueto reperiuntur, unicum vero habent teſticulum, medio in ſcroto, vaſa ſpermatica a parte ſiniſtra accipientem; eſt autem teſticulus cum vaſis dimidio craſſior et maior, quam utplurimum eſſe ſolet, nullumque deeſſe ſibi requiſitorum ad generandum, ſi famae credi debet, iuuenis iam probatum dedit. Imagines partium harum cum deſcriptione uberiore adduntur. Si quando moriatur, dabitur academiae occaſio, ut omnia accuratius cognoſcantur.

p. 19. 4) *Terras quasdam, pigmentis aptas, in Nericia reperiundas* Cl. IO. HESSELIVS deſcribit, locorum ſimul, ubi reperiuntur, conditione indicata.

p. 26. 5) *Nouum geographicum inſtrumentum exhibet* Cl. DANIEL EKSTROEM, quo libramenta peragi et anguli capi poſſunt. 6) Cl.

6) Cl. CAR. SCHVLZ *duas medias proportionales inueniendi nouam methodum* docet, circulo et regula ſola peragendam, ſed quae, ut certae cuiusdam lineae ſitus tentando reperiatur poſtulat. p. 44.

7) *Secale, frigore tactum, denuo progerminans* deſcribit Cl. C. F. MENANDER. Nocte, quae iunii diem 12 anni 1749. praecedebat, circa Fenniae urbem, cui Aobo nomen eſt, graue, eoque tempore inſuetum, frigus ingruebat, ut mane aqua glacie, tellus pruina, obducta cerneretur. Hinc ſecalis, quod tunc copioſe florebat, ariſtae poſt aliquot dies palleſcere et marceſcere, flores vero tum, qui proruperant, tum qui locuſtis adhuc tegebantur, ficceſcere, culmusque ipſe perire a partibus ſuperioribus verſus inferiores coeperunt, ut, qua terrae proximus erat, diutiſſime viridis maneret. Quae vere ſata erant, hordeum, piſa et ſimilia, teneriora erant, et contemta quaſi ab hoc inimico, nullum perpeſſa damnum, perſtabant. Triticum ante ob ſiccitatem niminm, maxima ex parte perierat. Iam poſtquam emarcuerant culmi, noua protrudebantur germina, ut ſtolones ex trunco arboris relicto; horum unus, duo, tres pluresue prodibant ex ipſa radice, ut, quis princeps eſſet, qui laterales, aduerti non poſſet. Contingebat hoc circa iulii 18. Hae nouae plantulae circa conſuetum alias meſſis tempus egregie florebant, ſed alio frigore 21 auguſti peribant. Similia Fennis ſaepius contingunt, ſed grana, ex ſecundis eius modi plantis nata, inutilia pronunciant, ſaltim ſationi non apta. Alicubi plantae bis ſectae ſunt. p. 46.

8) *Prata humida emendare docet* Cl. BRENNER. Falce, ei negotio aptata, iubet ſecari prati ſuperficiem ſecundum longitudinem et latitudinem, quo exire aqua poſſit, deinde ſtercorari, ſi opus ſit, et gramina ita ſeri. p. 49.

p. 52. 9) Cl. PETR. VARGENTIN *obſeruationes, ad acum magneticam pertinentes*, exhibet. Confirmat praecipue, quotiescunque aurorae boreales ingruunt, acum turbari.

p. 60. 10) Cl. HENR. THEOP. SCHEFFER, NIC. SELAENDERI *reſponſa ad tres quaeſtiones, ab Academia propoſitas, illuſtrat.* Sunt eae quaeſtiones: 1) Sitne in Suecia materia quaedam, ligni Braſiliani loco, tingendo apta? 2) Grana, quae igne leni exſiccata non ſunt, (*ritorr*) qua arte ſeruari diu poſſint? 3) Lumen parare, quod ſub aqua luceat, piſcesque, ut capiantur, alliciat? SELAENDER reſponſa dedit in *bibliotheca mixta Hamburgenſi* Vol. I. P. VI.

Primo problemati ſoluendo aptam credidit *purpuram mineralem*, ex praecipitato auri paratam, ſed noſter pretium nimium obiicit, negatque minerali materia lanam, ſericum, goſſypium, linteum cet. rubro colore tingi poſſe. Suadet, ut rubia tinctorum diligentius colatur.

Secundum, quod quaerebatur, credit obtineri poſſe, tegendo fruges arena, aptiore huic negotio, quam ſi calx, a SELAENDERO propoſita.

De lumine, ſub aqua lucente, SELAENDERI cogitata (quae vero ipſa recenſita hic non leguntur,) probat et in aliquibus emendat.

p. 68. 11) *Fruges ne frigore pereant, cauere ſtudet* Cl. IO. SVNDELL. Obſeruauit numquam damnum inferri frugibus a frigore, ventis flantibus, ſed eo tempore, quo venti quieſcunt, fontes autem frigidos paludesque vapores emittere, frugibus praecipue nociuos. Igitur ſuadet agros ventis libere permeabiles efficere, caeſis, ſi quae obſtant, ſiluis, et experimenta theoriae reſpondiſſe narrat.

12) Vl.

12) Vltimum locum in hac quadrimestri et in quouis alio occupant excerpta ex diario academiae. Hic varia memoratu digna continentur, de quibus commentarii exhibiti non sunt. Vt caules et folia inutilia *peti* ab ouibus deuorari, carnem inde gratiorem gustui nactis et pinguescentibus. *Solani* tuberosi esculenti (*potatoes*, *Erdbirnen*), quod iam radices tuberosas oui columbini magnitudine produxerat, abscissos caules et terrae commissos alia tubera, oui parui gallinae magnitudine produxisse. De *Asparagi* cultura differitur. *Vaccinia* (LINN. *Fl. Suec.* 313.) dysenteriae mederi, si, cum matura sunt, et mollia legantur, in vase lapideo, leni calore exsiccentur, et in loco mediae temperiei reponantur, ubi pluribus annis seruari possunt: Harum baccarum siccatarum aegrotus tot, quot manu continere potest, bis vel ter de die edit, aucta dosi, nisi cesset morbus prima die, quod plerumque contingit. Cibi vero difficilis concoctionis, potusque, urinam cientes aut aluum mouentes, vitari debent. p. 71.

Aprili, maio, iunio, haec habentur:

1) Continuatur *historia eorum, quae ad definiendam telluris figuram et magnitudinem gesta sunt.* p. 81.

2) Cl. IO. OTTO HAGSTROEM, M. D. *herbas recenset, quibus rangiferi* (*Rennthiere*) *aestiuo tempore in montibus vescuntur.* Sunt illae *epilobium floribus difformibus* LINN. Fl. Suec. 304. *geranium pedunculis bifloris* l. c. 572. *menyanthes foliis ternatis* l. c. 163. *comarum* l. c. 422. *solidago* l. c. 685. *alchemilla* l. c. 135. *rumex* l. c. 295. *β. sonchus* l. c. 644. *melampyrum* l. c. 510. *aira* l. c. 64. folia *betulae* l. c. 776. *salicis* l. c. 811. *cornus* l. c. 132. *rubus* l. c. 413. *angelica* l. c. 234. *carduus* l. c. 657. *melica* l. c. 57. Obseruare has herbas auctorem iussit LINNAEVS, ut constaret, p. 95.

ret, poſſintne iisdem in montibus rangiferi hieme quoque nutriri.

p. 100. 3) Idem HAGSTROEM *herbas recenſet, quae ab animalibus comeſae, ſaporem ingratum carni vel lacti conciliant.* *Thlaſpi* ſiliculis orbiculatis, foliis oblongis, dentatis, glabris. LINNAEI Fl. Suec. 530. medela eſt, ut oues aut vaccae, ſex vel octo diebus pabulo, cui nihil plane herbae huius ineſt, (nam in pratis copioſe creſcit) nutriantur, quo perit ſapor ingratus lactis et carnium. *Liguſticum foliis multiplicibus, foliolis ſuperne inciſis*, LINN. H. Vpſ. 62. H. Cliff. 97. auide tamen a vaccis comeditur. *Euphorbia foliis crenatis, umbella uniuerſali quinquifida pentaphylla, partialibus trifidis, propriis triphyllis* LINN. Fl. Suec. 436. Haec herba guſtatu amariſſima et cauſtica, libenter tamen comeditur a vaccis, ouibus, capris; ſed praeter ea, quod turpiſſimum ſaporem carni earum conciliet, ouibus ſaltim, dyſenteriam conciliat, neſcit auctor, an quoque vaccis. *Sonchus pedunculis ſquamoſis, floribus racemoſis*, LINN. Fl. Suec. 644. rangiferorum lac deturpat.

p. 103. 4) Cl. STENO C. BIELKE *obſeruationibus ſcriptum praecedens illuſtrat.* Vmbellatas plantas plurimas, item dydynamias et tetradynamias, Linnaeanas, lactis ſaporem mutare narrat. Alios effectus alimentorum in ea, quae excernuntur, recenſet, urinam rubeſcere a *cacto*, flaueſcere a *rhabarbaro*; Polonorum diuitum ſudor olet vinum hungaricum, quod biberunt; Iudai *allium* olent; oſſa animalium a *rubia* tinguntur.

p. 107. 5) *Modum quercus, quam fieri poteſt, facillime plantandi, docet* Cl. ERLAND TVRSEN. Territorium optimum pronunciat humum, cuius particulae non nimium cohaerent. Glandes maturae autumno

tumno colliguntur, ſtatim terrae committendae, quoniam ſemina, oleo plena, facillime, ſi per hiemem adſeruentur, rancida euadunt, et ſationi inepta. Inſeruntur ſemina ſingula ſingulis foueis, eorum cauſa effectis, et muſco (*vaegmoſſa*) teguntur.

6) *Fagopyri ſpecies varias, praecipue ſibiricum de-* p. 109.
ſcribit Cl. STENO CAROL. BIELKE. Probat a LINNAEO in ultima editione ſyſtematis naturae *perſicariam* et *polygonum* ad *Fagopyrum* eſſe relata, ut quae oeconomicos ob uſus omnia eiusdem generis ſint. Suecicae ergo *Fagopyri* ſpecies ſunt: 1) *Perſicaria* LINNAEI Fl. Suec. 319. ſucci plena planta et ſiccis in agris creſcens, quibusque proinde conueniens pabulum, quae valent de omnibus *fagopyri* ſpeciebus, adhuc nominandis. 2) *Helxine* l. c. 323. 3) *Polygonum* l. c. 322. Aſia borealis has habet *fagopyri* ſpecies: 1) *Helxine* LINNAEI Hort. Vpſal. p. 96. no. 1. quam LINNAEVS ſub nomine *fagopyri* ſibirici deſcripſit in Actis Acad. 1744. 2) *Helxine* Hort. Vpſ. p. 96. n. 4. quarum omnium cultura et uſus deſcribuntur.

7) *Arbor piſifera Sibirica deſcribitur* a Cl. STEN. p. 122.
CAR. BIELKE. *Robiniam* appellat LINN. Hort. Vpſ. p. 212. no. 2. *Aſpalatum* AMMAN. Ruthen. p. 210. no. 285. *Caraganam* ROYEN. Hort. Lugd. Bat. 537. In plurimis ſabuloſis Aſiae borealis locis abſque cultura creſcit, rarior, ubi homines degunt, quia folia guſtui grata a pecoribus decerpuntur. Arbor ad betulae mediocris magnitudinem pertingit. Sibiriae incolae piſis arboris non utuntur, ſed tanguſorum aliqua natio illis veſcitur. Aegre adſueſcit arbor terrae argillaceae, cui etiam ſtercoratae indita obſcuro foliorum colore, et duritie ad pergamenam accedente, quam parum ſibi hic placeat, quaſi oſtendit. Pabulo pecorum praecipue inſeruire poteſt, et ex piſis oleum exprimi, liber vero tenuior, et flexilior

lior tiliaceo, veſtibus inde faciendis perquam idoneus eſt. Ligni color grata flauedine gaudet, variisque operibus ligneis, inde efficiendis, aptum eſt. Piſa, maceratione praeparata, tinctoribus inſeruire poſſunt.

p. 127. 8) *Auem quandam deſcribit et depictam exhibet una cum nido* Cl. CAR. LINNAEVS, Suecis *Sommar Guling* appellatam, ipſi: *Ampelis flaua, artubus nigris, rectricibus quinque, anterioribus retrorſum flauis.* Rarior eſt et LINNAEO, dum Faunam ſuecicam ſcripſit, nominari non potuit. ALBINVS in hiſtoria auium anglice edita, *auem flauam Bengalenſem* (*the gellow bird from Bengall*) appellat, et ſatis bene depingit, Tom. III. p. 19. Mirum autem eſt Suecicam auem inter Bengalenſes reperiri. ALBINVS animal pro ignoto huc uſque habet, ſed GESNERVS de auibus edit. german. francof. 1669. p. 132. *Oriolum* appellat, ALDROVANDVS ornitholog. p. 854. *picum nidum ſuſpendentem* figurasque duas malas p. 857. 858. ſub nomine *galbulae* exhibet. Narrat LINNAEVS, quae hi aliique de aue prodiderint, deinde ipſe auem deſcribit, cum vero deſcriptiones eius modi niſi figura accedat, parum iucundae lectu ſint, prolixiores in excerpendo hic non erimus.

p. 132. 9) Cl. IO. HENR. BVRMESTER *caſus quosdam faciliores ad theorema coteſianum de circulo in partes aequales ſecto exhibet.* Cum generaliora dederint alii geometrae, non prodeſſe poteſt hic labor niſi tironibus.

p. 136. 10) *Morbum endemium Aleppi graſſari ſolitum* deſcribit Cl. FRID. HASSELQVIST. Smirnae, de hoc morbo ſequentia comperit: Quicumque Aleppi naſcuntur, aut eo veniunt, iis haec ſubeunda ſunt: Vno vel pluribus in corporis locis ſaepius decem vel duo-

duodecim naſcuntur exanthemata rubra, pauliſper eleuata, nullo tamen dolore, ut aegrotus fere neſciat, quod illa gerat. Haec igitur poſtquam longius aut breuius tempus ſubſtiterunt, in eſcharam abeunt, nulla praecedente ſenſibili ſuppuratione. Haec cum decidit, cicatricem tetram profundam poſt ſe relinquit, ab orientalibus *ſigni aleppenſis* nomine appellatam, idque ſignum omnes deturpat, qui per aliquod tempus in urbe commorati ſunt. Infeliciſſimi hi ſunt, quibus ſignum hoc, in oculos incidens, viſum perdit. Vidit HASSELQVIST hominem, ſingulo ſigno in ſingulo faciei latere directe ſuper os malae notatum, profundo et cicatricibus, quae poſt vulnera ab uſtione nata reſtant, ſimili. Profundius adhuc in alius ſcapula vidit. Numquam bis idem morbus eumdem hominem adgreditur, aduenae, plerumque aliquot iam dies in urbe commorati, eum demum ſentiunt. Vir quidam honeſtus, gente Gallus, retulit Noſtro nouiſſe ſe, qui, poſtquam anno iam, aut longiori tempore, Aleppo rurſus abeſſent, in morbum inciderint, noratique fuerint. Cauſam omnes aquae adſcribunt, ſed ſingularem eius aliquam guſtus vel odoris proprietatem indicare non poſſunt, niſi quod pauliſper tepida ſit. Armenius quidam addebat guſtum aquae ipſi ſubdulcem videri.

11) *De more ſyluas, combuſtis arboribus, in agros commutandi, ſyluarumque tractatione oeconomica* agit Cl. IAC. FAGGOT. Quam parum emendationi terrae mos ille conducat, inde oſtendit, quia ſalia eſſentialia et volatilia lignorum, dum comburuntur, in auras abeant, reſter vero cinis, ſal alcali fixum continens, quod utique cauſtica ſua et ſoluente natura, cogat tellurem, vires omnes vegetationi idoneas impendendi, eam tamen mox exhauriat, niſi fortuito materies, vegetationi apta, ei copioſius inſit, ut ſi ea profundius ſub terra tecta fuerit, quam p. 238.

quo

quo ignis penetrare potuerit. Senem aliquem narrat Auctor tria eius modi ſyluarum, eodem in loco natarum, incendia vidiſſe, intra 60. annos peracta, ſed faſſum eſſe, rariores arbores renatas poſt ſecundum, quam poſt primum, et adhuc rariores poſt tertium. His uberius expoſitis, monſtrat, quo modo poſſint ſocietates inſtitui, eo fini, vt ſingula membra lignum, quo opus habent, accipere queant, ſyluarum tamen excidium praecaueri.

p. 148. 12) Cl. CHRISTOPHORVS IVSTVS *aedificium deſcribit*, quod exſiccando ignis ope frumento, *riande* Sueci appellant, aliisque uſibus inſeruit.

p. 151. 13) *Poli eleuationes variorum ſinus bothnici locorum* Cl. ANDREAS HELLANT obſeruauit.

Iulio, *auguſto*, *ſeptembri* haec exhibita ſunt:

p. 161. 1) *De naturae hiſtoria*, *prout recentiorum ſtudiis illuſtrata eſt*, diſſeruit Cl. P. VARGENTIN.

p. 171. 2) *Compendium deſcriptionis vorticis Noruegici* Mahlſtrom *dicti*, a Cl. SCHELDERVP exaratae. Nomen deducitur ab ea germanica ſuecicaue voce, quae *molere* ſignificat, quod omnia conterat. A rupe quadam vicina *Moskeſtrom* appellatur. Deſcripto ſitu vorticis geographico additur, ſex circiter horis a borea verſus auſtrum tendere, ſequentibus ſex horis ab auſtro verſus boream, hasque viciſſitudines conſtanter obſeruare. Non tamen hi eius motus cum aeſtu maris congruunt, ſed oppoſiti ſunt; cum enim fluxus maris contingit, et aqua maris ab auſtro verſus boream mouetur, vortex a borea verſus auſtrum tendit, et contra. Cum vehementiſſimus eſt vortex, conos quaſi cauos, vertice deorſum tendentes, efformat, altitudinis, quod de maximis fide digni retulerunt,

lerunt, pedum duodecim. Omnia vero ab his contundi, vel ipſas quoque balaenas, falſum eſt, cum optima piſcatio in vortice vehementiſſimo contingat, et iniecto in vorticulum eius modi conicum ligno, paulatim is deſtruatur. Vorticem inde oriri, quod aqua alicubi abſorbeatur, negat Noſter. Veram autem phaenomenorum explicationem, ex increſcente paulatim aquae in vortice altitudine, qua efficiatur, ut rurſus defluat, deduci poſſe credit, et, quid aeſtus marinus eo faciat, oſtendit, ſed haec locorum aliarumque circumſtantiarum deſcriptionem exactiorem, quam quae huc transferri poſſit, poſtulant.

3) Cl. CAR. LINNAEVS deſcribit *inſectum, quod frumenti grana interius exedit*, vacuas tunicas relinquens. Vermiculus eſt, in muſcam exiguam abiens. Has muſcas ſaepius circumuolitare ſegetes vidit LINNAEVS, ſed ob exiguitatem contemſit. Alas habent duas, ſingulas filo ſuo capitato, (*halteres*) quod aequilibrio in volatu ſeruando prodeſſe creditur, inſtructas, et proboſcidem; pulice mediocri maiores non ſunt, nigrae capite, thorace, pedibus, antennis. Antennae conſiſtunt ex tuberculo minimo, apice tenuiſſimo, et vix ſine microſcopio viſibili, inſtructo. Alae vitri aut aquae ad modum albeſcunt, nullis maculis notatae. Fila illa capitata, lucida ſunt et vireſcunt, praecipue in iuuenibus. Extrema pedum (tarſos praefata venia vocat) lucida ſunt, et vireſcunt. Venter oualis eſt, cum toto corpore laeuis verſus inferiora viridis, verſus ſuperiora obſcuriore colore. Figura fere muſcae domeſticae, exiguiſſimae ſimilis eſt, ſed alae una alteram magis tegunt, quam in muſca domeſtica. Velociſſima eſt muſca, ut, licet ingentem copiam, ex vermibus natam, vitro clauſam haberet Noſter, apprehendere tamen nullam potuerit, donec, vitro ſub aqua poſito, omnes madefecit. Tunc autem pulicum fere ad morem ſaliebant, p. 179.

bant, etsi pedes posteriores saliendo parum apti viderentur. Hoc ergo insectum est, quod *grana tecua* (*taubes Korn*) efficit, quae si aperiantur, farina crassior et inutilis reperitur, ab excrementis vermiculi residua.

p. 186. 4) Cl. C. M. DASSOW *de ascite refert, postquam aqua quatuor vicibus emissa esset, feliciter curata.* Prima vice librae viginti octo emissae sunt, remediis tonicis simul adhibitis, sed aucta rursus aquae copia post tres vel quatuor septimanas, secunda vice libris viginti quatuor aegrotus leuior factus est. Vinculis expulsiuis expressus quidem liquor, sed, cum nihil aquae per vias ordinarias excerneretur, restabat adhuc in cauis. Tertia operatio, diebus triginta quatuor post secundam februarii 2. anni 1749. elapsis, suscipiebatur, emissis rursus libris aquae octodecim. Quatuordecim diebus post plus urinae reddebat aegrotus, augebantur vires paullatim, et martii initio lectum linquebat et exibat, vinculis tamen tumorem sustinens. Iunii vero 8, noua paracentesis peragenda erat, exeuntibus libris undecim sed nihilo minus lecto affixus haerebat aegrotus. Iulio mense, cucurbitis quatuordecim pedibus appositis, liquores viscosos educere cogitabat, adhibitis simul purgantibus vehementioribus; sequebatur febris erysipelacea, in tumorem in crure sinistro degenerans, qui aperiebatur. Sed reliqua symptomata omnia narrare prolixum esset, id saltim addimus, nato magno dolore in regione inguinali et supra umbilicali, ut de aegri vita desperarent, applicatum esse emplastrum ex gummatibus resoluentibus aliisque ingredientibus idoneis, quo vix duabus horis gestato, cum aeger in lecto doloris imminuendi causa se erigeret, umbilicus, nullo alio auxilio adhibito, se aperiens, ingentem copiam liquoris crassi serosi profudit, quotiescunque consideret aeger et ventrem

ventrem premeret. Fluxus hic lymphae ſeroſae quatuordecim fere dies durabat, redeuntibus ad aegrum viribus et edendi deſiderio: Imminuebatur febris, dolorque in ventre plane ceſſabat. Diebus quatuordecim exactis, materies flaua eadem ex apertura profluebat, praecipue matutino tempore dimidium circiter menſurae, *Quartier* dictae, replens, tetri odoris, coloris flauo coerulei: Iam vires erant aegro lectum relinquendi, licet copioſe profluerent liquor. Dolor nullus ſentiebatur, niſi grauatiuus in latere ſiniſtro, fortior, cum ſcalas adſcenderet. Fluor ille, ab auguſto ad nouembrem durabat, ultimis quatuordecim diebus ulcere benigno apparente. Vmbilicus ad conſuetam anguſtiam redibat, et naturae ſolius vi priſtino ſtatui reſtituebatur. Inde ab hoc tempore, nulla reſtantis aquae in corpore indicia ſenſit aeger, ſed ſanitate, quantum percipi poteſt, perfecta gaudet. Ipſe vero, qui inde a decimo ſeptimo aetatis anno arti ſalutari operam dedit, anno vero 1747, quo infeſtari morbo coepit, aetatis vigeſimum octauum egit, adiecit cogitata quaedam, ad hanc morbi hiſtoriam pertinentia. Felicem eius exitum, non oblitus diuinae benignitatis, his cauſis adſcribit: Quod nobiliora inteſtina preſſionem quidem paſſa ſint, perniciem praeter ea nullam, quod auxilia externa decumbenti nulla defuerint, ipſeque pro ſua artis peritia phaenomena accurate obſeruare, remediorumque applicationi conuenienti inuigilare potuerit; quod, ultima operatione aliter, quam fieri adſolet, in umbilico ipſo ſuſcepta, occaſio hinc data fuerit umbilico ampliandi ſe, liquoris et puris ab abſceſſu, in ventre nato, profluentis, emittendi cauſa.

5) *De anguillae generatione et augmentatione diſ-* p. 194.
ſerit Cl. ALGOT FAHLBERG. Viuiparam eſſe anguillam adſerit: nam viuas anguillulas in diſſecta vidit,

et, cum ex alius anguillae umbilico videret iuniorem capite et dimidio corpore prominere, extracta hac, duobus digitis paullo longiore, matrem ſecuit, et in ea reperit quatuordecim anguillulas digitorum duorum, unius cum dimidio, et unius longitudine, omnes per horae ſpatium viuaces. Adiecit his DE GEER notulas, firmantes FAHLBERGII adſerta et illuſtrantes, ex LEEVWENHOEKIO deſumtas.

p. 198. 6) Cl. SAMVEL DVRAEVS *formulas edit aberrationi annuae fixarum computandae idoneas*, quatenus ſcilicet illa a motu telluris ſucceſſiuaque luminis propagatione coniunctim pendet. Demonſtrationes non addit, olim a ſe in diſſertationibus, de fixarum aberratione Vpſaliae habitis, traditas, et ab aliis quoque prolatas.

p. 206. 7) Cl. CAROLVS DE BRENNER *paludoſos agros arena emendare* docet, quae ſcilicet uligini intermixta, idoneam plantis nutriendis terram producit.

p. 210. 8) *Pondera ſtaterasque Sinenſium deſcribit* Cl. AND. BERCH.

p. 214. 9) *Filorum lineis ſimilium praeparationem* ex flabellis vel brachiis lupulinis (*Hopfenranken*) docet Cl. PETR. SCHISSLER, obſeruationesque ſuas addit Cl. VLRICVS RVDENSCHIOELD.

p. 218. 10) *Locorum variorum, intra polarem circulum ſitorum, latitudines* obſeruauit Cl. ANDR. HELLANT.

p. 226. 11) Cl. IO. HESSELIVS *duo genera ceſpitis (torf)* deſcribit, quorum unum combuſtum cinerem flauum relinquit, pictoribus inſeruientem, alterius cinis tenuiſſimus eſt et albus.

12) Vlti-

12) *Vltimum cinerem accuratius examinauit* Cl. p. 230.
ABRAH. BAECK, reperitque non ſolui in aqua, nec ei coniungi more terrarum pinguium, calcis etiam nihil continere, quia cum ſolutione mercurii ſublimati aurantium colorem non producit, neque cum acidis efferueſcere, eſſe ergo terram macram, cum olea auolarint et ſulphura plantarum, ex quibus ceſpes natus eſt, reſiduam. Metallis poliendis apta eſt.

13) *Ex diario academiae* refertur de ingenti tu- p. 232.
more, ad collum cuiusdam nato, ei, qui atheroma vocatur, ſimili. Chirurgus illum feliciter reſecuit. Pondus erat librarum Suecicarum viginti. Materies non grumoſa erat, ſed cohaerens, ut eſt albumen oui, mollis tamen, ut caro. Quo fit, ut ad notorum generum, atheromatis, ſteatomatis, meliceridis, nullum reduci poſſit. Tactu vero exterius diiudicari non poterat, eſſetne contenta materies ſolida, an fluida. Non pendebat ex muſculis maxillaribus, ſed proprio ſacco continebatur, ex integumentis externis effecto, a quibus tunicae tumoris vaſa ſanguifera plurima accipiebant. Praecipue interior, quartusque ramus corotidis externae, maxillaris externa, longitudine et diametro plurimum erat auctus, loco conſueto motus, et ſub maxilla primo adſcendebat, ad poſterius tumoris latus, ad eius vero baſin rurſus regrediebatur, deinde ad tumoris anterius interiusque latus verſus faciem adſcendebat, iuxta collum tumoris. Igitur arteria haec duobus in locis ramos emittebat, ſingulum craſſitie tenuis calami ſcriptorii. Tumorem hunc pauper ruſticus ſpatio ſedecim annorum geſſit, ſeptimanis 5 reſtitutus. Depictus ſiſtitur.

Cl. BOTTENHAGEN retulit ex puellae ſeptennis brachio, acum ſerico circumuolutam eſſe extractam. Eo quo modo peruenerit, ignoratur, cum de dolore nullo infans queſtus ſit. Addit ſimilem

caſum: Virgo annorum octodecim acus capitatas (*Stecknadeln*) aliquot ore tenens, ſubito territa omnes deglutiuit. Octo demum ſeptimanis elapſis, dolores ſenſit, et aliquot acus ex pharynge, depreſſa lingua apparentes, extracta ſunt. Adſcenderunt aliae, et adhibitis emeticis eiectae ſunt triginta duo, obtuſae, curuae, duae vel tres ſibi circumuolutae, ac ſi forcipibus vis ea illis eſſet illata, nigrae, ac ſi ignem eſſent expertae, licet nouae omnes fuiſſent deglutitae. Poſt ea conualuit.

Cl. HESSELIVS ſeruo ruſtico excrementa in regione inguinali prodire narrauit, ex quo vulnus, ei illatum, inteſtina laeſit. Ceterum ruſticus valet.

Cl. EHRENDOV calculum veſicae ex porco miſit, magnitudinis nucis moſchatae.

Accedunt alia, ad Sueciae oeconomiam pertinentia, de quibus dicere hic nihil attinet.

Octobri, *nouembri*, *decembri* haec leguntur:

p. 241. 1) Quae ad eruendas parallaxes et aberrationes fixarum ab aſtronomis geſta ſint, narrantur.

p. 252. 2) Cl. FRID. PALMQVIST NEWTONI *theorema binomiale demonſtrat.*

p. 257. 3) *Parochiam Pernonſem deſcribit* Cl. IAC. FAGGOT, dimenſionem eius, incolarum numerum, vitae ſubſidia recenſens.

p. 269. 4) Cl. OLAI PETRI HIORTER, vita functi, *obſeruationes meteorologicas anni 1747. in compendio exhibet* Cl. MART. STROEMER. Maxima barometri altitudo Vpſaliae fuit digitorum ſuecicorum decimalium $26\frac{35}{100}$ mutatio maxima digitorum $2\frac{18}{100}$. In thermometro, cuius gradus 0 aquae ebullienti, 100 aquae in glaciem abeunti reſpondet, frigus maximum

mum indicabatur. Nouemb. 30. graduum $12\frac{5}{10}$, calor maximus maii 27, graduum $72\frac{9}{10}$. Praeter maximas et minimas barometri ſingulis menſibus altitudines, et pluuiae niuisque liquatae menſuras, quae memorabilia atmoſphaera ſingulis menſibus exhibuerit, recenſentur aurorae praecipue boreales, venti vehementes, fulgura, cet.

5) *Preſteres bini prope Nyſted in regione Sueciae Laland viſi, deſcribuntur* a Cl. FRIDERICO RABEN. Columnae ſunt ex nubibus pendentes, cauae, omnia, ſuper quae feruntur, motu vorticoſo attollentes, nautis nomine *Trombes*, *Waſſerhoſen* notae, ſed in borealibus regionibus rariores. Horum, de quibus refert Noſter, effectus iis, quos nautae deſcribunt, ſimiles fuerunt, et a mari aduenerunt. Vnus arbores eradicauit, auicularum gregem, quae in agro conſederant, eleuauit, et per ſuperius ſui orificium, tantum non exanimes in campos rurſus diſiecit. p. 276.

6) *Fringillam capite coeruleo, dorſo viridi, abdomine fuluo* deſcribit Cl. CAR. LINNAEVS. Ex India adlata eſt auis, quod colores praecipue monſtrant, quibus ſuperbit. p. 278.

7) *Lobeliam certum in lue venerea remedium exhibet* Cl. PETR. KALM. Facile medentur barbari Americae ſeptemtrionalis morbo huic, etſi mercurium penitus ignorent; ſed remedium noluerunt docere Gallos vicinos, parati ceterum ipſis ad auxiliatrices manus praeſtandas. KALMIVS, quicquid de hac re comperit, dum in Penſyluania degeret, debet WILHELMO IOHNSON, magnae auctoritatis inter barbaros viro, et praeter alias ſummas virtutes ſcientiarum promouendarum ſtudioſo. Monſtrarunt vero tres barbari ſeparatim interrogati de remedio, eiusdem plantae radices, methodumque illa

utendi eamdem narrarunt; quartus, ob hanc medicinam celebris, aliam adhuc praetulit, ab auo ſuo acceptam. Reperiuntur vero in America ſeptemtrionali quinque Lobeliae ſpecies, ſed una praecipue in morbo illo ſalutaris eſt, quam deſcribit, ignarus, ſitne ab alio deſcripta, quia libros multos, per ſyluas et auia errans, ſecum ferre non poteſt. *Radix eſt perennis, fibroſa, fibras plurimas, albas, lineas craſſitie, duorum digitorum longitudine, plus minus glabras, tamquam e centro emittens. Caulis ſimplex, interdum tamen ramos emittens, erectus, diuerſae longitudinis, ab 1 ad 4 pedum longitudinem, communiter tamen 1 et 2 pedum longitudine, teres, glaberrimus, laeuis, ſubnitidus, pallide viridis, aut interdum rubeſcens, praecipue verſus inferiorem partem, foliatus, folia usque ad ſpicam florum geſtans. Folia duplicis generis, radicalia primo anno, caulina ſecundo demum prodeuntia. Radicalia ouato-lanceolata, ſubacuta, crenato-plicata, glaberrima, utrinque ſubnitida, obſcure viridia, cum tinctura purpurei, in petiolos deſinentia. Folia caulina, per totum caulem ſparſa, ouato-lanceolata, ſubacuminata, inaequaliter dentata, patentia, plura, glaberrima, ſubnitida, in petiolos deſinentia, ad margines puncta albida tantillum eleuata ſunt, quid, quod ipſi denticuli eius modi puncta albida eleuata gerunt, nerui in infima folii ſuperficie longitudinales eleuati. Rudimenta florum ad alas inferiores. Flores ſuperiorem caulis partem occupant, pedunculis 2 vel $2\frac{1}{2}$ linearum longitudine inſidentes; quibus flos ſedet ad alam folioli lanceolati, acuti, ſerrati, ſerraturis ſubulatis. Flores fere erecti, magni, coerulei, magnitudine vix floribus lobeliae, flos cardinalis alias dictae, cedentes. Calycis laciniae lineares, acutae, longae, ſcilicet 5 ad 8 linearum longitudinem, marginibus prope baſin retrorſum flexis.* Reliqua floris *Lobeliae* in LINNAEI Gener. Plant. Planta in partibus omnibus lacteſcit, amat loca humida, ripas foſſa-

foſſarum, fluuiorum, cet. Sapor radicis, ſimilis tabaco eſt, diu percipitur, et vomitum ciet.

Hac igitur planta ſic utuntur: Radices ſumunt plantarum quatuor vel ſex, prout inueteratus eſt morbus, lauant eas; alii recentes ſumunt radices, alii ſiccas, coquunt in vaſis cupreis aut orichalceis; alia enim, in quibus remedia coquunt, non habentur. Decoctum bibit aeger mane, cum euigilat, quantam eius bibere poteſt copiam; reliqua etiam parte diei hoc praecipue potu utitur. Inde purgatur, quod ſi vehementius contingat, decoctum debiljus redditur. Potu ſpirituoſo nullo inter ea utitur, ſed cibis leuioribus, in primis ex regno vegetabili, interdum tamen carnis quoque eſus ei permittitur. Secunda et tertia die idem vitae genus continuat, ſequentibus non bibit ſolum decoctum, ſed eo quoque lauat corpus, membra praecipue, maxime morbo inquinata; ita duobus tribusue ſeptimanis plerumque ſanitati reſtituitur. Si ulceribus tectus ſit aeger, conſperguntur ea, ut ſiccentur, radice *gei floribus nutantibus, fructu oblongo, ſeminum cauda molli, plumoſa*, LINNAEI Fl. Suec. 424, in puluerem redacta. In inueterato morbo, *lobeliae* decocto parum auxilii poſt uſum aliquot dierum adferente, additur ei radix *ranunculi foliis radicalibus reniformibus, crenatis, caulinis digitatis, petiolatis*, GRONOV. Fl. Virgin. 166. Sed huius doſis mediocris adhibenda eſt, ne inflammentur inteſtina. Ex hoc decocto purgatio vehemens per ſuperiora et inferiora oritur, ſed, ſi iuſto fortius ſit, in venenum abit. Obiter notat *angelicam canadenſem, purpuream*, vehementiſſimum eſſe venenum, cui vel praeſtantiſſima antidota non reſiſtant. Alius barbarus fide dignus *lobeliae* loco uti maluit *Ceanotho* LINNAEI, ſeu *celaſtro inermi, foliis ouatis, ſerratis, trineruiis*, LINNAEI Hort. Cliff. 73. GRONOV. Fl. Virgin. 25. Decoctum *lobeliae* ad modum adhibens,

addensque in inueterato morbo radices *rubi caule aculeato, foliis ternatis*, LINNAEI Fl. Suec. 40. *Lobeliae* radice ſola una cum foliis radicalibus vidit Noſter hominem, cum grauiſſime hoc morbo laboraret, et de vita eius deſperaretur, a barbaris ſanctum fuiſſe. His autem remediis adeo certum eſt morbum tolli, ut nullus barbarorum eo perierit, nullus, dum remediis uſus fuit, exſtinctus, et nullus ſit, cui priſtinam integritatem non reſtituerint. Sunt, qui alio tempore mercurio, alio herbis ſanati ſunt, et hi leniorem eſſe et meliorem ex herbis medicinam adſerunt.

p. 290. 8) *Cicindelam capite, thorace pedibusque ruſis, elytris nigro-coeruleis*, deſcribit Cl. DANIEL ROLANDER, quae per anum fumum cum ſonitu, pulueris pyrii ad modum, emittit. Inimicus ei eſt *carabus alatus viridi aeneus, elytris conuexe punctatis ſtriatisque, pedibus antennisque nigris.* Vtrumque inſectum depictum ſiſtitur.

p. 295. 9) *De radicibus ſii aquatici* (LINNAEI Fl. Suec. 235.) *earumque nocuo in oues effectu* IO. GEORG. BEYERSTEN diſſerit. Ruſtici his radicibus uſi ſunt, ut, lue in pecora graſſante, ſuis caueren[t], neque damnum ullum animaduerſum eſt, ſumtis radicibus iunioribus ante medium aeſtatis. Sed unus eorum, qui auguſto exeunte recentes radices extraxit, et pro more conciſas pecori, pauxillum cuiuis dedit, infelicior multo fuit. In furorem enim acta pecora, alia perierunt, ut vaccae duae, alia vix euaſerunt. Similia alii ruſtico contigerunt. Puer, qui recentes radices comederat, lacte poto, et vomitu excitato, difficulter ſeruatus eſt. Monet Cl. BEYERSTEN certum ſe eſſe, *ſii* hos effectus fuiſſe, non *cicutae aquaticae*; neque tamen negat, *ſium* medicam vim habere poſſe, dum modo doſis obſeruetur.

10) *Phthi-*

10) *Phthiſin, a loci conditionibus natam, ſiſtit* Cl. OLAVS SOEDERBERG. Villa quaedam eſt regalis Sueciae, *Skalltorp*, ubi tum nati, tum qui ibi ſeruiunt, fere omnes hoc morbo intereunt. Annis 16 mortui ſunt ibi homines 30, quorum 14 morbo eo periiſſe certus fuit paſtor loci, plures ſine dubio numeraturus, ſi morbi genus, quo interiere, reliqui ruſtici indicare poſſent. Horum unus 66 annis obiit, alia puella anno aetatis 14, qui duo termini aetatum extremi ſunt, ſed omnes Noſter ex necrologio nominat, aetate, ubi addiſci potuit, adiecta. Cauſam mali edit aquam ſtagnantem et putreſcentem, qua utendum eſt incolis, cum fontes non adſint. p. 298.

11) *Ardeſiam tegularem, in diſtrictu Haelſingenſi repertam*, deſcribit Cl. HENR. KALMETER. p. 305.

12) Obſeruationes huic deſcriptioni adiicit Cl. CAROLVS HORLEMAN. p. 309.

13) Cl. CLAVDIVS ELIANDER *machinam*, granis melioribus a leuioribus ſeparandis idoneam, deſcribit, non quaſi a ſe inuentam, ſed quae alibi cum fructu adhibeatur. p. 310.

14) *Gramen auenaceum hirſutum* (*landhafre* Sueci appellant) *agris infeſtum, deſtruere tentat* Cl. TIBVRTIVS, vel potius, quo modo ceſſerit methodus, negotio huic perficiendo a Dom. WIEIOERNSSON propoſita, refert. Tota eo redit, ut, cum viret gramen, falce reſecetur, deinde ager ſecali conſeratur. Egregiam eſſe methodum experimento didicit Noſter, et iis, quae obiici poſſunt, reſpondet. p. 311.

II.

Employment for the Microſcope. In two Parts. I. An Examination of Salts and ſaline ſubſtances, their amazing Configurations and Cryſtals, as formed under the Eye of the Obſerver: with plain Directions how to prepare ſuch ſubſtances, and perſerve them in conſtant Readineſs for Inſpection; whereby the Curious may always be furniſhed with numberleſs Objects hitherto little known. Alſo occaſional Conſiderations on Gems, Poiſons, the Vegetation of Metals, the Reſuſcitation of Plants, the Formation of Amber, Corals, and many other Subjects. II. An Account of various Animalcules never before deſcribed, and of many other Microſcopical Diſcoveries: With Obſervations and Remarks. Likewiſe a Deſcription of the Miſcroſcope uſed in theſe Experiments, and of a new Micrometer ſerving to ſhew the Size of magnified Objects. Together with Inſtructions for printing off any Medal or Coin. Illuſtrated with ſeventeen Copper Plates. By HENRY BAKER, Fellow of the Royal Society, and Member of the Society of Antiquaries of London. London: Printed for R. Dodsley, 1753. 8. alph. 1 pl. 6. tab. aen. 17.

h. e.

Materia obſeruationum microſcopicarum etc. Auctore HENRICO BAKER.

In prima parte huius libri nouum plane genus obſeruationum microſcopicarum proponitur. Concernunt

cernunt eae obſeruationes, modum atque ordinem, quo naturaliter ad ſe mutuo accedunt, et inter ſe iunguntur minimae ſalium particulae, in aqua ſolutorum, ſimulac aqua, quae eas a ſe inuicem ſeiunctas tenebat, euaporatione abſumi incipit. Quem obſeruationum campum primus ingreſſus eſt Cl. BAKERVS, atque ob id anno 1744 donatus numo aureo, qui quotannis ei ſodali ſocietatis regiae Londinenſis datur, qui maxime ſingulare et nobile inuentum eo anno ſocietati exhibuit. p. 3.

Qui hoc genus obſeruationum inſtituere voluerit, ſalem quendam, vel ſubſtantiam quandam ſalinam, ſoluat aquae pluuiae vel fluuialis tanta circiter copia, quanta ad ſaturationem opus eſt, ſolutionem autem ſinat per aliquot horas quieſcere, ut, ſi forte ſaturationis gradus ſuperatus fuerit, abundantes ſalis particulae praecipitentur, vel in cryſtallos coeant. Quo facto huius ſolutionis, quae ſaturationis gradum tenet, guttam calamo ſcriptorio, ad eam rem efformato, hauſtam expandat, ſuper tabella plana vitrea, in circulum, cuius diameter circiter quartam pollicis partem aequet; hanc tabellam, quantum fieri poteſt, horizontaliter teneat ſuper flamma candelae, in diſtantia idonea, quoad in margine guttae particulae ſalinae in conſpectum prodire coeperint, et tunc ſtatim ſubiiciat guttam hanc microſcopii compoſiti (ſimplicibus enim in hoc negotio non licet commode uti) lenti obiectiuae, atque oculum ſic armatum defigat in guttae, lumine candelae etiam interdiu illuſtratae, eas partes, ubi aliquas figuras a circumferentia verſus centrum ſe ſe propagantes exoriri viderit. p. 10.

Apparent enim in gutta ſic praeparata figurae, quarum exortus quidem lentus eſt, ſed quae velocius creſcunt, quo plus aquae in auras euaporatione abit. Hae figurationes, quas Cl. Auctor appellat, omnino differunt a cryſtallis, quae ſaepe una cum p. 41.

illis

illis figurationibus in medio guttae comparent. Cryſtalli enim, ſimulac in conſpectum oculi per microſcopium intuentis prodire incipiunt, eam figuram habent, quam conſtanter deinceps retinent, dum in maiorem molem creſcunt, quaedam cubicam, non nullae rhomboiden, aliae pyramidalem etc., pro diuerſitate ſalium ſolutorum. Figurationes contra formam ſingulis momentis temporis mutant, et conuenienter ſic extenduntur prorſum, ut quam figuram aliqua figuratio, quam naſcentem vides, poſt breue tempus habitura ſit, aeque difficile ſit praedictu, atque in qualia folia floresque ſe ſe explicatura ſit planta ignota, quam nunc primum ex ſemine progerminare videas. Scilicet ſalina figuratio, quam primum nata eſt, a puncto in amplius ſpatium, vel quaquauerſus, vel in certas plagas, ſubito extenditur ſucceſſiua quidem, attamen continua, appoſitione nouarum particularum ſalinarum ad eas, quae iam coniunctae ſunt, quae appoſitio in plurimis figurationibns ramificationis ſpeciem prae ſe fert.

In non nullarum ſalſaginum guttis hae figurationes ex paruis cryſtallis in margine guttae natis exoriuntur, et in infinite multos ramos, ordinatim poſitos, extenduntur: in aliis, praeſertim iis, quae metallico ſale abundant, hae cryſtalli a figuration-
p. 43. bus ſeparatae manent; quod ſpectaculum prorſus ſimile adſpectui ſpathorum, cryſtallorum, et gemmarum in fiſſuris ſaxorum venarumue, Auctorem adducit, ut coniiciat, gemmas et cryſtallos foſſiles eodem, quo cryſtalli iſtarum guttarum, modo atque ex iisdem elementis ex ſalibus puta in fluido quodam, ex venis vel ſaxis exſudante, ſolutis, produci, et, ſi quidem hae ſolutiones metallicis particulis careant, cryſtallos puras et adamantes gigni, quarum durities a perfecta homogeneitate partium pendere videtur, ſin autem ſalium metallicorum plenae ſint, cryſtallos vulgares et gemmas coloratas naſci. Certe

in

in gutta ſolutionis cryſtallorum aeruginis Auctor affirmat vidiſſe cryſtallos ad marginem natas, ſmaragdis et colore et figura ad modum ſimiles, in gutta autem ſolutionis entis Veneris topaſiis ſimillimas.

Ceterum de ſic dictis figurationibus notandum p. 47.
eſt, diuerſas ſuppeditari a diuerſis ſolutionibus, eas vero, quae in diuerſis guttis eiusdem ſolutionis fiunt, ubi perfectae ſunt, ſibi mutuo prorſus ſimiles deprehendi; praeterquam quod aliquando poſt primas p. 49.
cryſtallos et figurationes iam iam perfectas, alius generis figurationes aliaeque cryſtalli ſubnaſcantur, quas peregrino cuidam ſali, in ſolutione latenti, ortum ſuum debere veriſimile eſt.

Quo maior autem eſt varietas harum admirabilium effectionum naturae, eo maiores gratiae debentur Auctoris diligentiae, qui et iconibus et verbis operoſe deſcripſit illa phaenomena guttarum deſumtarum ex ſolutionibus ſalis foſſilis, ſalis marini, ſalis fontium (quorum trium ſalium ſolutiones cryſtallos tantum, nullas autem figurationes, ſuppeditant), nitri, vitrioli coerulei Hungariae, vitrioli Martis viridis Angliae, vitrioli albi Goslarienſis, cryſtallorum aeruginis in aceto digeſtae, aluminis, boracis, ſalis ammoniaci, ſalis Iouis, ſacchari Saturni, entis Veneris, florum antimonii, Mercurii ſublimati corroſiui, arſenici, ſalis ſuccini, ſalium ex non nullis fontibus medicatis Angliae, ſalis polychreſti, ſalis mirabilis Glauberi, ſalis tartari, tartari vitriolati, florum benzoini, ſalis * chamomillae, ſalis coralliorum, ſalis meliſſae, foeniculi, rhamni catharrici, berberis, cucumeris, corticis Peruuiani, glycyrrhizae, ruſci, abſinthii, nicotianae, cardui benedicti, lauen-

* Hos et ſequentes omnes ſales vegetabilium non fuiſſe eſſentiales, ſed lixiuioſos, etſi id Auctor expreſſis verbis non indicauerit, coniicimus ex dictis pagina 157. libri huius.

lauendulae, artemisiae, porro salis cornu cerui, salis urinae, salis millepedarum, camphorae, et mannae Calabricae. Adiunxit tandem phaenomena guttae illius liquoris, qui de naribus coryza affectis destillat.

Dum Auctor in describendis omnium illarum guttarum phaenomenis versatur, multas interspergit obseruationes historicas, chemicas, aliasque, quarum quidem pleraeque vulgatae sunt, passimque apud alios Auctores exstant, quaedam tamen nouae sunt, et ulteriori consideratione dignae videntur.

p. 80. Sic e litteris ad SLOANIVM datis, enarrat modum, quo nuper in fodinis cupri comitatus Vicloensis Hiberniae coeptae sunt in usum conuerti aquae ex puteis extractae *: Colliguntur eae nunc, et fluere coguntur per cisternas plures, 10 pedes longas, 4 latas, 8 profundas, quarum latera caementitia structura vestita sunt, fundus laeuibus iuncis tectus est; in quibus cisternis super trabibus ponuntur virgae ferreae, quae, pro nota ferri cuprum solutum attrahendi virtute, breui incrustantur puluere fusco, e particulis cupri, quas aquae secum vehunt, constanti; hunc puluerem, repetita ablutione praecipitatum et in fundis cisternarum collectum, fusione reducunt in cuprum, quod pluris aestimatur illo cupro, quod ex ipsis harum fodinarum venis paratur; viginti centupondia ferri mollioris, aquis illis immersi, producunt calcis cupri nouem et triginta centupondia cum dimidio, et viginti centupondia huius calcis sedecim puri cupri centupondia largiuntur. Vbi

p. 140. Cl. Auctor de genesi succini exponit, atque illud non nisi oleum quoddam fossile, vi acidi cuiusdam persolidatum, cum quo plus vel minus terrae iunctum sit,

* Harum fodinarum prima mentio facta est in Phil. Transact. Vol. XLVII. no. 84. p. 500. Conf. Commentar. nostr. Voll. III. P. I. p. 54.

ſit, eſſe contendit. Refert ex literis ad ſe datis a D. IACOBO MOVNSEY, medico in exercitu imperatricis Ruſſorum, et a IONA HANWAY per Ruſſici imperii prouincias iter faciente, praecipuum locum, unde *naphtha Perſica* afferatur, eſſe inſulam parum latam et incultam iuxta litus maris Caſpii occidentale, *Swieten* dictam; ibi eſſe ſcaturigines albae pariter ac nigrae naphthae, quam Perſae in ciſternis prope ſcatebras effoſſis colligant, quaque nauiculas ſuas onerent, ex his ſcatebris naphtham tempeſtate quidem ſerena ad duorum triumue pedum altitudinem ebullire, turbido autem coelo multo altius, et non nunquam in ſuperficie incendi, ut flamma in mare defluat, et per longum eius tractum extendatur. Communis eſt opinio, ſali tartari, cineribus clauellatis, et ſalibus quarumcunque plantarum lixiuioſis unam eandemque eſſe virtutem medicamentoſam, quum iis, quae in diuerſis plantis diuerſa ſunt, per incinerationem ſublatis, ea, quae ſic ex ſingulis plantis relinquuntur, nec ſpecie nec virtute differre poſſe videantur. Hanc opinionem Auctor p. 157. haud leuidenſi impugnat argumento, ex obſeruationibus ſuis petito. Tam enim notabilem monet eſſe diuerſitatem et cryſtallorum et figurationum, quas guttae ſolutionum ſalium, ex diuerſis plantis paratorum, ſub microſcopio oſtendant, ut, quemadmodum nemo, qui eas viderit, ſibi perſuadere ullo modo poſſit, eas ab iisdem omnes principiis pendere, ita nec credibile ſit, ſales ex tam diuerſis principiis compoſitos, ad alia corpora applicatos, eadem virtute pollere. Liquorem, quem nares ſtillant, co- p. 186. ryza affectae, plenum eſſe ſalium, probant figurationes ſeu concretiones, quae in gutta eius liquoris fiunt, ſiue ea paullum calefacta fuerit, ſiue minus, et quae partim figurationibus ſolutionis ſalis cornu cerui (quod Auctor notauit), partim figurationibus ſolutionis ſalis Ammoniaci (quod Auctorem non animad-

animaduertiſſe miramur) admodum ſimiles ſunt. Hinc bene colligit Cl. Auctor, cauſam coryzae eſſe lympham ſalibus grauidam, et rationem inde reddit, cur potus aquoſus huic morbo ſoluendo maxime idoneus ſit. Vbi Auctor ſub finem primae partis huius voluminis, argumenti affinitate inuitatus, de vegetationibus metallicis et palingeneſia plantarum exponit, modum docet, arborem veneris elegantiſ-
p. 195. ſimam parandi. In ſemunciam aquae fortis iniice paruum fruſtum cupri puri terſique (limatura enim cupri propter particulas ferri de lima detritas experimentum turbat); poſt duodecim horas, exemto cupri fruſto, affunde eidem aquae forti paruam copiam ſolutionis mercurii in aqua forti, quae ſolutio debet eſſe albida, et aquae, cui pollen iniectum eſt, ſimilis; iniice porro parumper ſalis ammoniaci, in ſubtilem puluerem redacti, moue miſturam, donec ſal iniectus ſolutus ſit, et hanc ſalis iniectionem repete, quoad miſtura colorem nanciſcatur caeruleo album, et tenacitatem amylati; tandem clauum ferreum pollicaris longitudinis, cuius ſuperficies plana et polita eſt, illi miſturae immerge, eumque, poſtquam cupri colore tinctus eſt, inde extractum pone in medio orbis vitrei politi, duo tresue pollices lati, ac guttas duas eiusdem miſturae, ſatis commotae, ad utrumque claui latus per aequale ſpatium pennae ope extende quantum potes, ut pars vitri madefacta pellucida maneat. Vbi omnia ſic diſpoſita in ſitu horizontali per breue tempus quieuerint, nudo oculo conſpicuae fient puriſſimi cupri ramificationes, e lateribus claui quaſi progerminantes, et per aliquot horas diesue magis magisque creſcentes. Perfecta fere vegetatione liquor flauedine quadam tingitur, qua arboris venuſtas perit; quod ut praecaueatur, clauus ſub finem vegetationis vulſella circumſpecte auferendus, et locus, quem clauus reliquit, charta bibula vel penicillo deſiccandus,

atque

atque orbis vitreus aquae caute ſubmergendus, ſtatimque extractus alio orbe vitreo, interpoſitis ſegminibus corticis ſuberis, tegendus eſt: ſic arbor veneris per aliquot annos aſſeruari poteſt. Inuentionem huius arboris veneris Cl. Auctor tribuit feminae Nordouicenſi, picturae minutae artem exercenti, et monet, ſi puluis ex alumine et nitro pro ſale ammoniaco adhibeatur, ramificationes omnino diuerſas produci, addit etiam alias quasdam methodos, ſimilem cupri vegetationem efficiendi.

Ceterum Auctor non ſolum phaenomena figurationum et cryſtalliſationum ſalinarum ſtudioſe enarrauit, ſed ſyſtema etiam ad earum rationem reddendam excogitauit, quod tamen modeſte et ſubtimide p. 26. 39. propoſuit, ac doctorum hominum iudicio, experientia ulteriori adiuto, permiſit. Sed eius ſyſtematis recenſionem lector a nobis ne expectet. Tam miras enim Auctor partes attractioni et repulſui viribus, omni materiae iuxta eius ſententiam primitus innatis, tribuit, easque ipſarum et viciſſitudines atque alternationes directionesque fingit, ut ſyſtema illud nobis quidem magis, quam ipſum explicandum phaenomenon, prodigioſum atque inexplicabile videatur.

Longe maiori veriſimilitudine ſe ſe nobis commendant conſectaria, quae Auctor ſub finem partis primae ex obſeruationibus ſuis duxit, ad alia naturae phaenomena explicanda. Primo, cum ex illis ob- p. 213. ſeruationibus manifeſtum ſit, particulas ſalium ſolutorum partim praecipitatione, partim menſtrui euaporatione coniungi certa lege, atque uniri in figuras, cuique ſalium generi peculiares; et cum ſales ubiuis in terra abundare, ſiue in materiis metallicis aliisque latentes, ſiue in fluidis ſoluti et agentes, conſtet: probabile habet Auctor, omnes cryſtallos, gemmas, reliquaque foſſilia, conſtanti et ordinata figura praedita, admiſtioni et operationi ſalium figu-

ram ſuam debere, hinc a Cl. LINNAEO ad claſſem ſalium recte referri; et, cum omnia nota metallorum menſtrua ſales ingrediantur, ideoque et in terra latentia metalla ſalibus liquefactis ſoluantur neceſſe ſit, omnes ramificationes in mineris cupri et ferri, nec non arboreſcentes illas mineras argenti *panamicas*, figurationibus ſolutionis vitrioli adeo ſimiles, actione ſalium, quae particulas metalli, iisdem ſalibus prius ſoluti, fluido euaporante, inter ſe iungu,
p. 214. produci. Cui ſententiae cum obiici poſſet, quod aurum ſemper in moleculis vel granulis, et vix unquam ſub ramificationum ſpecie, reperiatur: reſpondet Cl. BAKERVS, id inde forſan eſſe, quia ſales alia metalla ſoluentes aurum ſoluere non valent; quae tamen reſponſio num idonea ſit, lectores iudi-
p. 218. cent. Secundo non dubitat Auctor, vi ſuarum obſeruationum quasdam coralliorum ſpecies regno minerali aſſerere, eas nimirum, quae lapideae duritiei ſunt, quippe quas, poſtquam eas neque plantis annumerari, ob fibrarum et vaſorum ſuccos nutritios deferentium defectum, poſſe, neque inſectorum ſtructuras eſſe, demonſtratum iuit, operationi particularum ſalinarum, materiae cuidam lapideae immiſtarum, originem debere cenſet. Quam rem ita explicat, ut dicat, aquam maris proxime litora, ubi huius modi corallia reperiantur, ſaturatam eſſe particulis ſalium, quibus litorum ſuperficies abundet, et has particulas, una cum ſale marino miſtas lapideae cuidam materiae, in mari ſemper obuiae, conſtituere moleculas, quae hinc inde rupibus affixas baſin ſeu radices quaſi corallii efficiant; eas vero radices attrahere alias particulas et ſalinas et lapideas, quae prioribus certa lege apponantur, ut ſic continuato corallii incremento ramoſae aliaeue figurae prodeant, quarum extremitates non poſſint non fieri graciliores, propter ea quod aqua maris in maiori a litore diſtantia ſalium illorum copiam continet

mino-

minorem. Tertio Auctor figurationum, quas hie- p. 223.
me tabulae vel orbes feneſtrarum vitrei, cruſta glaciali intus obducti, frequenter oſtendant, rationem ex obſeruationibus ſuis magna cum veri ſpecie reddit.

Pars huius voluminis ſecunda praecipue deſcriptioni minutorum animantium, in aquis degentium, deſtinata eſt. Continet capita duo et triginta, in quibus totidem animalculorum genera additis iconibus deſcribuntur: 1) Animalculum *capillare* Auctori a formae ſimilitudine dictum, cuius figura literam Italicam ſ perfectam refert: 2) Animalculum grani auenae figuram habens, quod ob duas valuas, inter quas degit, et quas, ſi libuerit, aperit ad corporis utramque extremitatem exſerèndam, inter conchylia referendum eſt; huius et praecedentis animalculi nutrimentum et propagationem Auctor nondum detexit, neque ſe primum haec animalcula vidiſſe fatetur: 3) Anguillae in maſſa farinacea aceſcente viuiparae a Cl. NEEDHAMO iam deſcriptae*: 4) Anguillae in granis tritici rubigine vitiati, ab eodem etiam detectae**: 5) Animalculum in aqua, in qua piſciculi per aliquot dies aſſeruati fuerant, repertum ab Auctore, et ab eodem *Protei* nomine inſignitum, quia ſe ſe in tres quatuorue diuerſas figuras poteſt conuertere: 6) Animalculum rotis armatum Leeuwenhoekianum: 7 et 8) Sex alia animalcula, quae cum praecedenti aliquam ſimilitudinem habent, etſi non rotatione, ut illud, ſed vibratione potius organorum eorum, quae rotae dicta ſunt, torrentes in aqua efficiunt; tria horum animalculorum corpus teſta munitum habent: 9) SWAMMERDAMI pulex aquaticus arboreſcens: 10) Polypus plumatilis TREMBLEII: 11) Animalculum, in cuius dorſo

 Ioblo-

* Philoſ. Tranſact. no. 478.

** New microſcopical Diſcoveries by Mr. NEEDHAM pag. 35.

IOBLOTI phantaſia ſatyri faciem finxit: 12) Tria animalcula aquatica, quorum unum ad erucae, alterum ad veſpae ſimilitudinem accedit: 13) Animalculum globoſum: 14) Ouula paruae cochleae aquaticae cum generibus aliquot inſectorum, quae illis adhaerent, inter quae etiam polypi infundibuliformes ſunt a TREMBLEIO * deſcripti: 15) Polypi caeruleum degentes, et ſertum primularum veris aliorumque florum ſpecie referentes, quorum quosdam REAVMVRIVS et TREMBLEIVS iam commemorarunt: 16) Inſectum moriforme inuentori ſuo, GVILIELMO ARDERONO R. S. S. dictum, quia morum multum cum ipſo ſimilitudinis habet, ſed nondum ſatis examinatum: 17) Genus animalculorum in tubulis ex arena compoſitis, et figuram ſpeciei cuiusdam petrefactorum ſyringoidum habentibus, habitantium: 18) Inſectum aquaticum millepedis aliquatenus ſimile: 19) Inſectorum aquae dulcis, quae ſquillas Auctor vocat, quaedam ſpecies piſciculis valde infeſta: 20) Inſectum quoddam piloſum, cruſtaceum, rarius occurrens: 21) Paruae cuiusdam libellae nympha, pinnarum, quales piſcibus ſunt, ſeptem paria in extremitate ventris habens: 22) Inſectum exiguum in baſi canalis, per quem aquae fluebant, repertum, quod ad eſcam ſuam capiendam duobus brachiis utitur, in reticula vel potius flabella deſinentibus, et duos aculeos in capite pro armis in defenſionem ſui gerit: 23 et 24) Inſectum microſcopicum in cortice fraxini, millepedae ſimile, praeter quam quod caput forcipe curua inſtructum eſt: 25 et 26) Pediculi in carpione et alio piſce: 27) Inſectum, quod Cl. Auctor ad genus ſquillarum aquae dulcis refert: 28) Variae obſeruationes microſcopicae cum Cl. Auctore ab amico communicatae, inter quas eſt deſcriptio germinum in ſeminibus maturis tiliae atque aſparagi, et inſecti oculis nudis vix viſibilis,

* Philoſ. Tranſact. no. 474. Obſ. 10. p. 181.

bilis, quod cuticulam hominis perrodit, et ſub ea deliteſcens ſanguinem ſugendo exquiſitam prurigi-nem excitat, colorem habens nitide rubrum, figu-ram fere cimicis, hinc, et quia tempore meſſis in agris praecipue tritico conſitis frequens eſt, Anglis *Harveſt-bug*, ſeu cimex meſſorum appellatum: 29) Inſecta aquatica lucida, quorum alia in teſtis oſtreo-rum e mari recens extractorum cicindelarum more micant, ſcolopendris terreſtribus, quas etiam lucere conſtat, haud multum abſimilia, alia, quae vermiculi ſunt corpuſculum habentes terminatum veſica, quam conſtringendo aut diſtendendo ſe ſe in aqua ubiuis ſiſtunt, ſuperficiem maris ſcintillantem red-dunt, alia denique, a IOSEPHO VIANELLO, M. D. Italo, deſcripta, in plantis marinis degentia, forma in erucas non diſſimilia, tota, ſed non niſi agitata, lucent, et ſic mari longe lateque ſplendorem conci-liantes, piſcatoribus tempeſtatem inſtantem nuntiant: 30) Pediculus in membranaceis veſpertilionum pin-nis reperiundus: 31) Aranea ingens venenata, te-ſtacea, ex inſula *Nevis*, (quae eſt una Caribanica-rum) duos habens dentes perforatos, velut vipera, quibus tarantularum more vulnus infligit letale: 32) Obſeruationes miſcellae, de non nullis inſectis aquaticis, et de fungis mucorem, in cortice aridi cuiusdam ligni repertum, componentibus.

Appendix huius operis deſcriptionem tum mi-croſcopii compoſiti ab artifice IOANNE CVFF parati, quo Auctor uſus eſt, et quod ab incommodis Mar-shalliani immune eſt, tum micrometri, quod ad mi-croſcopium compoſitum applicari poteſt, a Cl. MAR-TINO FOLKESIO inuenti, tum microſcopiorum ſim-plicium LEEVWENHOEKII, quae ſocietas Londinen-ſis aſſeruat, continet. Microſcopiorum Leeuwen- p. 435
hoekianorum lentes ſunt utrinque conuexae, opti-me elaboratae. Inter ſex et viginti harum lentium, quas Cl. BAKERVS examinauit, unam deprehendit,

quae diametrum obiecti 160, unam quae 133, unam quae 114, tres, quae centies, tres, quae 89, octo quae 80, duas quae 72, tres quae 66, duas quae 57, unam quae 53, et unam quae 40 vicibus amplificat. Denique Auctori subiungere visum est expositionem artificii, quo monetarum, aliorumque cuiusque moduli numorum, impressiones charta excipi possunt, et quod ipse primum in Philosoph. Transact. No. 472. proposuerat.

III.

Museum Tessinianum, opera Ill. Comitis Dn. CAR. GVST. TESSIN, Reg. Regnique Suecogoth. Senator. Reg. Cancellar. Praesid. ad aulam Reg. Summ. Marescalli, Educationi R. Princip. Hered. Gustavi Praefect. Acad. Aboens. Cancellar. Ord. S. R. M. Seraphin. Equ. Aur. et Commendatoris, nec non omnium S. R. M. Sueciae Ord. Cancell. Equ. Aur. de Aquila nigra, collectum. Holmiae. Apud Laurentium Saluium 1753. fol. 1½ alph. tab. aen. 12.

Splendidi huius musei enumeratio, in quo Ill. Possessor neque studii neque opum peperciſſe obseruatur, a Cl. LINNAEO digesta et obseruationibus, hinc inde additis, illustrata comparet. Est vero eadem secundum eam, quam Cl. ille Vir in systemate naturae proposuit, methodum exarata. Numerosa itaque corporum mineralium copia, citatis ubique dicto illo libro, aliisque, in quibus descriptiones vel delineationes eorum reperiuntur, adiunctisque locis natalibus, et exhibitis quorundam nouis iconibus, hic proponitur, ac eius modi characteribus describitur, quae speciebus distinguendis sufficiant.

Licet

Licet autem omnes ſpecies nondum hic collectas eſſe pateat, quae in ſyſtemate recenſentur, nouae tamen ſaepe et plures quidem adduntur, quarum deſcriptione hiſtoria naturalis locupletatur. Nequimus autem omnes hic recenſere recens declaratas ſpecies, quas rerum harum ſtudioſi meliori iure ex ipſa deſcriptione addiſcere poterunt. Poſt petras minerae ſequuntur, quas foſſilia excipiunt; oppoſitis ſibi paginis latinas Suecicasque eorum denominationes et deſcriptiones contineri inuenimus. Cum de ipſa operis diſpoſitione ergo nihil iam monendum reſtet, pauca ſpeciminis loco notaſſe ſufficiet. Sub *ſilicis vagi cretacei* nomine olim in Syſt. Nat. Cl. LINNAEVS, ſardum, opalum, onychem, carneolum, ceu varietates cum aliis eius modi corporibus complexus fuerat, nunc vero eadem ab hac ſpecie denuo ſeparans ita determinauit, ut nomen *ſilicis vagi rotundati concentrico-corticoſi* ipſis tribueret. Mica variis mineris admixta eſſe deprehenditur, de qua notat ea propter eius originem admodum eſſe dubiam, cum natiua eius materies nunquam reperiatur, ſed ſquamarum inſtar, apyra etiam lapidibus immiſta eſſe detegatur. Per petrificatorum, quorum ingentem quantitatem collegit Ill. TESSIN, inter quae corallia etiam balthica eius muſeum ornant, frequentiorem contemplationem, quatuor eorum claſſes conſtitui debere monet Cl. LINNAEVS; et ſequentes quidem: α) *foſſilia*, lithophyta aut teſtacea, quae diu in terra immutata latent, ibi calcinantur et glutine deſtituta, ſicciora fragilioraque fiunt, nec in lapidem immerguntur; β) *redintegrata*, ſi animalia, cortice duro inueſtita, intus tantum, forma externa ſeruata, conſumta fuerint, et in eius locum terra, aut cryſtalliſatio ſucceſſerit; γ) *impreſſa*, ſi adhuc typus deſtructo toto animali ſupereſt; δ) *tranſubſtantiata*, ſi exteriorem aeque ac interiorem ſtructuram in lapide adhuc obſeruamus. Illuſtrantur quaedam ex deſcriptis

p. 6.

p. 18.

ptis hiſce corporibus, per adiunctas ad finem operis tabulas aeneas, quae ſiſtunt aliquas nitri et pyritis ſpecies, deinde plumbum cryſtallinum, echinites, entomolithos, milleporam, nautilites varias, carpolithum, hyſterolithum, anomiasque conchas varias, conchidium, graphiten, conchitem, arcam ſic dictam laceratam et alia quaedam petrificata, et quibus inter varia ſingularia muſei ornamenta, notari meretur, in ultima tabula expreſſus, ramus, ut vocat Cl. LINNAEVS, rhizophorae, cui madrepora iuncta eſt, quae peculiari varietate ludit. Cum autem praeter ea conchylia omnia fere, hucusque deſcripta, deinde bibliothecam librorum rariſſimorum cum picturis et delineationibus optimis, nec non nummos et gemmas numeroſiſſimas aeque ac pretioſiſſimas Ill. Poſſeſſor iam collegerit, eius etiam inter hiſtoriae naturalis cultores indefeſſum ſtudium, viris, tot tamque grauibus muneribus conſpicuis, alienum, maximopere depraedicandum eſſe opinamur.

IV.

Dictionaire Anatomique ſuivi d'une bibliotheque anatomiqne et phyſiologique. Par. Mr. TARIN, Medecin. a Paris, chez Briaſſon. 1753. 4. pl. 14.

hoc eſt:

Dictionarium anatomicum, cui accedit bibliotheca anatomica et phyſiologica.

Cum ardua res ſit, ſcientiae cuiuscunque technicos, quos vocant, vocabulorum noſſe ſignificatus, aeque ac fata eiusdem ita ſibi nota reddere, ut, quid nouum, quidue iam dilucidatum ſit, inde pateat, laudari et variis commendari debet induſtria modis eorum virorum, qui in utroque officio ver-

ſantur

ſantur exequendo. Et haec etiam ratio eſt, qua propter Cl. Auctoris inſtitutum utile ſit iis, quorum cauſa hoc opus ſuſcepit, euaſurum, in primis, cùm omnium partium corporis humani fuſiorem ſe daturum eſſe explicationem promittat. Secedit autem, ut inſcriptio docet, hoc opus in duas partes, in dictionarium ſcilicet et bibliothecam, in qua poſteriori perficienda uſus eſt Ill. HALLERI opera, pariterque adiutus variis, a Cl. SALLIER Abb. DESMARETS et FALCONET ſuppeditatis, auxiliis. De vtraque parte pauca quidem nobis dicenda eſſe intelligimus, quod prior et poſterior pars ſeriem literarum ſequatur. At praeter id, quod breues nimis ſint deſcriptiones, aliquas earum utique ſine limitatione admittendas non eſſe cenſemus. Obſeruauit autem eam normam Cl. Auctor, ut propoſito prius nomine gallico, latinum vel graecum, ſi ex his illa orta fuerint, adiungeret, quod eo magis neceſſarium erat, quoniam Gallis per ſaepe exterarum ſolet deeſſe linguarum notitia; hinc ea omnia latinis expreſſit literis. Poſt haec partis deſcriptae curtam addit adumbrationem. Arteriarum vero et ligamentorum denominationibus minores literas adiectas eſſe deprehendimus, quae tabulas myologicas et ſyndesmologicas notant, quas in propoſitis de his doctrinis, et de quibus alio tempore dicemus, ſcriptis, dedit Cl. Auctor. Nobis tamen in malam partem neminem interpretaturum eſſe confidimus, ſi de etymologia et ſcribendi non nullorum vocabulorum ratione, nec non de ipſis definitionibus, noſtram expoſuerimus opinionem. Ὕδωρ ſeu hydor graecis aquam denotat, non *udor*, quo ſcribendi modo ſemper uſum fuiſſe noſtrum animaduertimus, inde enim legitur *angeioudrologia*, *hudrographia*, *hudrologia*. Sic et dubitamus, num glandula, graecis Ἀδὴν dicta, nomen ſuum ab ἀδηνὴς, id eſt, *ſine conſiliis*, traxerit, atque num *autologiae*, *autographiae* et *autotomiae* no-

minum explicationem facile quis diuinauerit, quae
p. 23. ex ὄς, auris deriuantur. Fornicem cerebri, *voute à trois piliers* inferiorem faciem corporis calloſi eſſe adſerit, quem tamen meliori iure, tanquam ſingularem partem plerique ſolent contemplari diſſectores, cum ab illo ſepto pellucido intercedente, ſeparatus progrediatur. *Amphiarthroſin*, cuius vocis ſignificatio varie adſumitur, ita Cl. Auctor explicat, ut articulationem notet, quae et ex articulatione cum motu et ex connexione immobili participat. Plerque reliqua cum alibi notis conueniunt. In bibliotheca tandem copioſiſſima auctorum enarratio et thematum, in diuerſarum academiarum commentariis propoſitorum, ſyllabus exhibetur. In quibus ſi defecerit, vel tractatus etiam ad ſcopum ſuum vix attinentes, huc retulerit, quod haud raro factum eſſe apparet, veniam Cl. Auctori daturos eſſe ſperamus omnes, quibus et multum temporis et diligentiſſimam ipſorum librorum perſcrutationem requiri, ad eius modi moliendum opus, non eſt obſcurum.

V.

De reſpiratione inſectorum Diſſ. IOANNES FLORENT. MARTINET. Lugd. Batav. 1753. 4. pl. 5.

Documentis variae eruditionis experimentisque plena haec tractatio reſpirationis modum in genere primo, deinde inſectorum in ſpecie conſiderat, ſimulque diuerſas auctorum ſententias perpendit atque diiudicat. Antiquiores phyſici inſectorum reſpirationem vel plane negarunt, vel parum de ea prodiderunt, praecipuam huius rei cauſa REAVMVRIVS, LYONETTVS, GEERIVSque laudem reportarunt. Aliter ac in homine penes inſecta fit reſpiratio, illius deſcriptionem igitur breuem, ad demonſtrandam

ſtrandam differentiam, ſuggerit Cl. Auctor, haec autem per varias tracheas aerem ducunt, nec non per varia loca, alia per os, alia per poſteriorem corporis partem. Ad chryſalidum reſpirationem vero in primis attentus Noſter, erucarum ſtructuram antea perpendit, quibus utrinque nouem ſtigmata data ſunt, orificia trachearum conſtituentia, ad quae intus duae membranae locantur, quae tum aperiuntur tum contrahuntur. Tracheae autem ipſae innumeris ramificationibus ſub corio diſtribuuntur, ſed aer per illa, quae ingreſſus eſt loca, non exit, per os anum et cutim potius emittitur. Mutatur deinde eruca in chryſalidem, de qua dubium eſt, num reſpiret, habet tamen ſua et nouem quidem utrinque ſtigmata, quae valuulis inſtruuntur et aperta ſunt, docente REAVMVRIO atque Auctore, immo aerem per eadem ducere putantur, quod oleo inunctis iisdem, ut erucae, pereunt. Negat vero aeris ingreſſum LYONETTVS: ex recentioribus denuo confirmat DE GEER. Veritatis ea propter cognoſcendae cauſa ſollicite Cl. Auctor eas aeris penſitauit mutationes, quas animalibus in uniuerſum infenſas eſſe demonſtrat experientia; qua ſcilicet conſtat, halitus, fumos, atque vapores cauſticos coagulantes et venenatos, ſiue in pulmonibus admiſceantur ſanguini, de qua re multi dubitant, ſiue per chyli vias ad eundem deducantur, aliquando citiſſime animalia internecioni dare. Hinc per artem variis effluuiis impraegnauit aerem Cl. MARTINET et chryſalides illi immiſit. Fallacia tamen omnis ut abſit, ita ſuſcepit negotium: Vitreum ſcilicet recipiens plumbi quadranguli craſſioris fruſto impoſuit, ne exhalationes, per metalla exire neſcia, auolarent. Sub eo concremauit corpora ſic, ut inde excitatus vapor vitrum obſcuraret. Vitrum deinde cum plumbo, mediante limo, conglutinauit, ut per viginti quatuor horas noui aeris acceſſus impediretur, ſimul-

p. 5.

p. 15.

mulque inſecta immiſit, aquaticis quidem in vaſculo, ad pollicis unius altitudinem aqua repleto, repoſitis. Copioſiſſima vero, hanc ob rationem inſtituta, tentamina, in quinque diuerſis ſectionibus proponuntur, quae experimenta in regni animalis, vegetabilis, mineralisque corporibus recenſent, deinde in liquoribus et vacuo BOYLEI facta, perhibent. Magnus eorum et multiplex numerus, quo illa hic adducamus nos impediunt, ex iis autem clarum eſt, hic etiam diuerſis ſubiectis alia magis accommodata eſſe et ſine noxa ſuſtineri, alia vero protinus vel breui intercedente ſpatio funeſta euadere, nec non chryſalidem non nunquam fumos perferre, inſectum ipſum non aeque. Inter alia de *piperis braſilienſis* fumo adnotatum eſt, *eundem hominum reſpirationi perquam nociuum, penetrantiſſimum, forte et lethalem, ſuffocare omnes cimices, in aedium lectorumque rimis nidificantes, cameris per octiduum, ſi hoc vapore adimpletae ſunt, bene reſeratis: ſuffocare etiam araneum, apes, panorpes, locuſtas varias, nunquam vero chryſalides.* Maximam deinde partem inſectorum et chryſalidum citius tardiusue necat fumus ſulphuris accenſi, oleum autem oliuarum omnes. Quod itidem fit ſi externa ablata atmoſphaera, in vacuo detinentur inſecta. Ex funeſtis, quae poſt olei applicationem ſequuntur, chryſalidum mutationibus REAVMVRIVS quidem impeditae reſpirationis cauſam deducere voluit, ſed, cum Cl. Auctor quasdam poſteriori parte oleo immerſas adhuc ſuperſtites remanere deprehenderet, ambigua adhuc huius euentus eſt ratio. Quae enim LYONETTVS et GEERIVS de bullularum ex ſtigmatibus egreſſu deficiente concluſerunt, experientiae in uniuerſum minus ſunt conſona. Vſus autem reſpirationis, quos poſt ea Cl. Auctor perpendit, certe ſunt nobiliſſimi, licet ea chryſalidum nondum certo potuerit demonſtrari. Interim eius modi, prout omnium, ad hiſto-

p. 18.

p. 20.

p. 23.

riam

riam corporum naturalium penitius intelligendam factarum, diſquiſitionum dilucidationes iucundae aeque ſunt ac perutiles; id, quod et variis argumentis et ſingulari etiam exemplo comprobare annititur Cl. Auctor. Vidit nempe araneum, nondum cognito modo in aqua nidum ſtruere vacuum, et ab aquae ingreſſu miro modo defenſum. Indidit ſcilicet araneum in vas vitreum, in quo planta aquatica continebatur, cum quo aeque ac cum planta intra paucos dies nidum, ex filamentis et materia viſcida fabrefactum, conglutinauit, capacem admodum, ut duos tresue araneos capere poſſet, ſubinde ad ſuperficiem aquae deueniens, et ano aerem capiens, quem in vacuum nidum, ut diſtendatur, videtur emittere, qui etiam ſimul ingreſſum aquae arcet. In hoc tamen loco per aliquot menſes laete vixit araneus, egrediendo et intrando viciſſim. Eſt ne igitur chryſalidi, quae vitam foetus viuere videtur, aliqua reſpirationis neceſſitas, an forte aer, in ſtigmatibus obſeruatus, ex humoribus ſecedit? Certe melius eſt, haec indeterminata relinquere, quam incerta ponere.

VI. Hi-

VI.

Hiſtoire de l'Academie Royale des Sciences et belles lettres année MDCCLI.* a Berlin chez Haude et Spener, 1753. 4. alph. 2. pl. 19. tab. aen. 10.

hoc eſt.

Hiſtoria academiae regiae ſcientiarum et bonarum literarum an. 1751. Berolini etc.

In hoc tomo quatuor tantum, quae ad claſſem philoſophiae experimentalis pertinent, inueniuntur commentarii, qui ideo ad nos ſpectant, noſtramque exigunt recenſionem.

p. 3. 1) *Noua experimenta circa ſanguinem humanum*, Auctore Ill. ELLERO. Praemittuntur generales quaedam meditationes de natura, compoſitione et effectibus ſanguinis et eius, ex vena miſſi et in vaſe plano excepti phaenomena recenſentur, inde tranſitus fit ad experimenta Leuwenhoekiana de globulis ſanguinis, per microſcopium viſis, eorumque pro-
p. 11. portione et mutatione. In ſano corporis ſtatu, per vim cordis et reſiſtentiam vaſorum, chylus ſanguini remixtus in ſerum mutatur et globuli ſeroſi in rubros illos cruoris conuertuntur, eodem modo in aegroto corpore globuli hi vel nimis laxi, pituitoſi, vel condenſati vel prorſus reſoluti apparent, et ita in diuerſis morbis obſtructionibus viſcerum, febribus intermittentibus, inflammatoriis et lentis tandem conſpiciuntur. Experientia itaque caſus fortuitus,

* In titulo legitur annus MDCCLII, errore typographico, cum enim praecedens tomus, qui ſextus erat, ad annum MDCCL pertinens, anno 1752 editus, in Commentariis noſtris. Vol. II. Part. III. p. 426. propoſitus fuerit, hic, qui ſeptimus eſt, omnino ad annum MDCCLI. pertinet.

tuitus, et ratiocinium medicamenta exhibuerunt, quibus morbosis his sanguinis mutationibus medemur; actio tamen particularum medicamentosarum in globulos sanguinis definita non est, hinc non inutilem laborem se susceperurum fore credidit Cl. Auctor, si medicamenta, usu suo maxime conspicua, sanguini mixta, eorumque effectus accuratius examinaret.

Experimentorum vero, hunc in finem institutorum, sequens ratio est: Sanguinem, e vena sani hominis missum, vase tepido excepit, hoc in balneum maris collocauit, cuius calor, indicante thermometro, sano homini similis, supposita lampadis flamma conseruatus fuit. Medicamenta liquida, salia nimirum et gummata in aqua, resinas in spiritu vini solutas et depuratas, phialis excepit, in idem maris balneum immissis. Ad mixtionem sanguinis, cum medicamentis praestandam, phialas paruas cylindricas, quae unciam semis liquidi capiebant, simili modo calefactas, elegit, et drachmas duas sanguinis cum tertia aut quarta parte medicamenti liquidi combinauit et agitata phiala phaenomena coagulationis, praecipitationis vel coloris mutati obseruauit. Porro guttulam unam vel alteram liquidi remixti, mediante penicillo intra laminas microscopio adaptandas, extendit, quo mutationes, quas medicamenta in sanguine efficiunt, oculo armato examinare possit. Recensentur itaque experimenta cum omnibus fer- p. 13.
me salium solutionibus, arsenico, mereurio sublimato corrosiuo, acidis mineralibus, essentiis myrrhae, croci, aloes etc. instituta. Acquiescit vero Cl. Auctor in nuda phaenomenorum recensione, nec ullas inde conclusiones de viribus medicamentorum deducit, quod etiam ob mutationes, quas medicamenta in primis viis et in motu sanguificationis intestino subeunt. fieri non potuit, nos vero, paucis exemplis adductis, rationem experimentorum porro declaramus.

Solu-

Solutio vitrioli rubrum ſanguinis colorem in pallidum et griſeum quaſi mutabat, et coagulum floccules efficiebat, microſcopium quoque globulos ſanguinis in floccules mutatos ſiſtebat. Solutio ſalis communis et nitri rubicundum ſanguinis colorem magis purpureum reddebant, et miſcela gelatinam lucidam referebat, licet haec in nitri admiſtione poſt refrigerium tandem appareret. Microſcopium globulos diſtinctos et tranſparentes conſpiciendos praebebat, cum ſale communi magis flaueſcentes. Olei vitrioli paucae guttae ſanguinem in maſſam duram, bruni vel nigricantis coloris, mutabant, globulorum tamen mixtio hoc ipſo non diſturbata fuit, cum plurimi flaueſcentes per microſcopium cognoſcerentur. Spiritus nitri ſanguinem ſpiſſiorem quidem reddebat, fluidum tamen adhuc, color vero rubicundus in pallidum mutabatur, microſcopium globulos, lacteo colore conſpiciendos, praebebat. Spiritus ſalis ſimilia ferme phaenomena exhibebat, ſed maſſa ſanguinis, ut in remixtione olei vitrioli dura reddebatur.

2) *Diſſertatio anatomica de neruis faciei* Auctore Cl. MECKEL. Neruorum diſquiſitio, a variis anatomicis quidem tentata, in hunc uſque diem tamen parum exculta fuit, cum in hac anatomes parte perficienda induſtriis etiam indagatoribus inſignes ſe opponant difficultates. Is enim, qui neruorum ſcrutinium ſuſcipit, reliquas corporis humani partes accurate cognitas habeat, quo tenera filamenta, per oſſium canales aliasque partes ducta, proſequi poſſit; molles enim atque ſubtiles alboque colore conſpicuae neruorum fibrillae in minimis ſaepius cum filamentis contextus celluloſi confunduntur. Non vero in fibrillis tantum excurrunt nerui, ſed intricatos formant plexus, in quibus detegendis diſſectori ſaepius ad varios truncos redeundum eſt. In his

vero

vero laboribus, in primis delineationi neruorum aptis reddendis, exſiccatio minimorum filamentorum non ultimam difficultatem obiicit. Cum itaque his de cauſis praeſtantiſſimi anatomici excuſandi omnino ſint, quod in neruorum deſcriptionibus et delineationibus ad eam, quam exoptamus, perfectionem nondum peruenerint, eo maiorem laudem promeretur Cl. Auctor, qui difficilem hanc anatomes partem in aliis iam ſpeciminibus et in praeſenti quoque diſſertatione multo cum ſtudio illuſtrare ſuſcepit.

Omnis vero haec tractatio in quatuor ſectiones diſtribuitur, in quarum prima generalis neruorum faciei conſideratio traditur, in ſecunda varii auctores, qui hunc laborem ſuſcepcrunt, diiudicantur, in tertia ſpecialis neruorum in facie diſtributio exponitur, in quarta vero uſus neruorum faciei declaratur.

Nulla pars corporis humani tam copioſis minimo- p. 24.
rum neruorum ramificationibus conſpicua eſt, quam facies, et, ut nerui totius corporis nexu ſingulari coniuncti inueniuntur, ſic in facie potiſſimum hic nexus pateſcit, in qua animi affectuum vis depicta quaſi deprehenditur, id, quod variis exemplis a Cl. Auctore illuſtratur, et praeter ea velocitas motuum in oculi partibus, ut commodum, a copioſis varieque connexis neruis deriuandum, proponitur. Traditur itaque ſummaria deſcriptio neruorum ſupraorbitalis, infraorbitalis et maxillaris inferioris, tanquam ramorum quinti paris, nec non portionis durae ſeptimi paris, quippe qui nerui per faciem potiſſimum diſtribuuntur.

In ſectione ſecunda omnes diſſectores, qui neruos p. 29.
faciei vel deſcriptos vel delineatos dederunt a GALENO ad noſtra uſque tempora enumerantur et diiudicantur. Ex his plurimi meriro taxantur, FALLOPIVS tamen et EVSTACHIVS, ob adhibitam diligentiam, laudantur. DUVERNEY in primis ob ſe-

ptimi paris et neruorum non nullorum coniunctorum egregiam delineationem, WINSLOVIVS vero ob accuratam omnium horum neruorum deſcriptionem cum encomio commemorantur.

p. 40. In tertia ſectione, in qua nerui faciei accurate deſcribuntur et icone addita egregie illuſtrantur, eximia Cl. Auctoris induſtria abunde apparet, et licet eundem in rerum minutiſſimarum deſcriptionibus vix ſequi poſſimus, ex ſummaria tamen praecipuorum ramorum deſcriptione quilibet cognoſcet, quantum ſtudii in hac diſſertatione poſitum ſit, in primis, cum multa, ad conſiderationem neruorum quinti paris ſpectantia, et alibi ab Auctore expoſita *, emendentur et perficiantur.

Primus ramus quinti paris neruorum cerebri primum ſuum ramum per orbitam ad frontem ducit, qui ideo *frontalis* ſeu *ophthalmico frontalis* dicitur. Hic utplurimum tres ramos exhibet, qui marginem orbitae ſuperiorem ſub muſculo orbiculari tranſeunt. De praecipuo, qui *frontalis magnus* appellari meretur, notandum eſt, eum pluribus ramificationibus, hic accurate deſcriptis, ad frontem excurrere et ad ſinciput et tempora produci. Secundus ramus, qui *ſupratrochlearis* ſiue *frontalis paruus* nuncupatur, non, ut praecedens, latius excurrit, ſed in anteriori frontis parte proxime ad orbitam diſpeſcitur. Tertius, *infratrochlearis* dictus, maximam partem interior eſt, uno tamen ramulo ad palpebram ſuperiorem internam, altero ad frontem ſupra naſum extenditur. His tribus accedit ramus quartus, qui ex ramo naſali, primo ſcilicet ramo quinti paris, ſub ligamento palpebrarum exit, et uno ramulo ad radicem naſi deuenit, altero anaſtomoſin

* Diſſert. anat. phyſiol. de quinto pare neruorum cerebri. Auctore IOH. FRIDERICO MECKEL. Gottingae, 1748. 4.

moſin certam cum orbitali inferiori portionis durae paris ſeptimi efficit.

Numerus ramorum, ex *neruo infraorbitali* dedu- p. 49.
ctorum, maior omnino eſt, quam praecedentis. Hic poſt muſculum leuatorem proprium labii ſuperioris ex foramine infraorbitali exit, in ſex vel ſeptem ramos diuiſus. Tres rami priores et interiores ſunt *ſubcutanei narium ſuperior*, *medius et inferior*, quorum ramuli per nares et vicinas partes diſtributi et nexus cum portione dura ſtudioſius hic deſcribuntur. Quartus ramus eſt *labialis ſuperior primus*, qui poſt muſculum leuatorem proprium labii ſuperioris deſcendit, ramulo ad palpebram inferiorem reflectitur et poſt connexionem, cum ramo faciali inferiore portionis durae factam, per muſculos uſque ad cutim labii ſuperioris diſpeſcitur. Rami ſequentes quintus, ſextus et ſeptimus *labiales ſuperiores ſecundus*, *tertius et quartus* dicuntur, et ſimili ferme ratione, ſed paulo exterius ſe diſtribuunt, ita, ut tandem ad angulum uſque labii accedant. Cum etiam hi cum ramis portionis durae ſaepius communicent, *plexum infraorbitalem* efficiunt, qui in pinguedine, ſub muſculo leuatore labii ſuperioris proprio, ab orbita ad labium uſque extenditur.

Adduntur hic non nulli ramuli, quos ſecundus p. 56.
ramus quinti paris per oſſium foramina ad faciem mittit, ex his praecipuus eſt *ſubcutaneus oſſis pomi*, qui, poſtquam *neruos anteriores ſubcutaneos* temporum exhibuit, per foramina oſſis pomi tranſit, et variis ramificationibus et anaſtomoſibus conſpicuus eſt, quae cuncta ex nominibus adductis quodam modo intelligenda, a Cl. Auctore nitide, et varietatibus etiam quibusdam additis, deſcribuntur.

Nos, his relictis, ad eos ramos progredimur, p. 61.
quos tertius paris quinti ramus variis in locis ad faciem mittit, ſunt vero praecipue tres *mentalis*, *buccinator* et *ſubcutaneus poſterior temporum*, qui diuerſis

in locis ad faciem deferuntur. Et *mentalis* quidem ex inferioris maxillae canale per foramen mentale poſt muſculum quadratum ſiue depreſſorem labii inferioris egreditur et in mentum ramo inferiore minore et ſuperioribus duobus maioribus diſtribuitur, minor *muſcularis ſiue ſympathicus menti* dicitur, quoniam praecipue muſculos adit et cum portione dura ſaepius coniungitur, maiores bini rami ad labium inferius diriguntur, ideoque *labiales inferiores* nerui unus *exterior* alter *interior* appellantur. Hi vero nerui per crebras coniunctiones rete maxillare inferius conſtituunt. Neruus *buccinator* * inter maſſeterem et buccinatorem muſculum egreditur, et interdum triplici, interdum duplici ramo, ſuperiori et inferiori, diſtribuitur, inferior praecipuus eſt, omnes tamen in buccinatore muſculo uſque ad angulum oris et zygomaticum muſculum, ibi inſertum, procedunt, et ſaepius cum portione dura commiſcentur. Neruus tandem *ſubcutaneus poſterior temporum* inter maxillam inferiorem et proceſſum mammillarem, ante glandulae parotidis, hic collocatae partem et poſt arteriam et venam temporalem verſus partem lateralem faciei ante auriculam excurrit, et variis auriculae partibus ſurculos exhibet, ipſe vero verſus tempora variis ramis progreditur. In accuratiori hac deſcriptione et nexus cum portione dura et conſtantes et variantes viae uberius declarantur.

p. 70. Non vero tantum copioſiſſimi hi rami, a nobis deſcripti, ſed alii permulti, a portione dura nerui paris ſeptimi ſiue acuſtici oriundi, per omnem faciei partem excurrunt, et cum praecedentibus, ut paſſim iam monitum fuit, coniunguntur. Cl. Auctor itaque notabilis huius nerui, quem WINSLOVIVS ſympathicum minimum optimo iure appellauit, hiſtoriam

* Buccinatorem dicimus, licet ſaepius buccalem dixerit Cl. Auctor, ne cum buccali ramo portionis durae inferius nominando confundatur.

ſtoriam a principio repetit, non nulla vero, in diſſertatione ſupra citata euoluenda eſſe, ſuadet. Hic vero neruus, poſtquam per foramen ſtylo maſtoideum tranſiit, varios ramos profundos emittit, hic indicatos: Et primo quidem duo rami emittuntur, quorum prior, qui anterior et minor eſt, *ſtylohyoideus* neruus appellatur, hic cum ramulo nerui intercoſtalis, qui ante arteriam temporalem excurrit, communicat et in muſculo ſtylohyoideo maximam partem diſpeſcitur; alter vero, qui poſterior et maior eſt, *biuentricus* dicitur, muſculo huic dicatus, ex quo tamen egreditur, et in duos alios ramos diſpeſcitur, ſcilicet in maiorem ſuperiorem et minorem inferiorem, qui cum ramis paris octaui communicant. Vti vero rami, nunc commemorati, *profundi interni* dici poterant, ſic alius, nunc deſcribendus, *profundus externus* appellari meretur. Hic mox ſub foramine ſtylo maſtoideo oritur, anaſtomoſi cum neruo auriculari paris tertii ceruicalium coniungitur, et poſt aurem externam aſcendens in duos ramos diuiditur, *auricularem* aſcendentem, et *occipitalem* retrorſum reflexum.

Ipſe huius portionis durae truncus in glandula parotide, antequam ad maxillam inferiorem accedit, in duos ramos diſpeſcitur, ſcilicet in *maiorem ſuperiorem aſcendentem*, et *minorem inferiorem deſcendentem*. Superior ramus antrorſum progrediendo ſuper arteriam temporalem tranſit, et iterum in duos ramos diuiditur, *ſupra zygomaticum ſiue temporalem* et *facialem*; hi paululum progreſſi, antequam ramos ſuos ulterius dimittunt, coniunguntur et pedem anſerinum (la patte d'oye) WINSLOVII efficiunt, quem tamen nexum non in omnibus cadaueribus ſimili modo euenire aſſerit Cl. Auctor. Antequam vero arcus coniungens formatur ex neruo ſubcutaneo poſteriori temporali acceſſiones non nullae adduntur, et his coniunctis vena temporalis cingitur. His ner- p. 86.

uis auctus ramus ſuperior portionis durae latior fit, et ex coniunctione plurimos ramos emittit, ſuperiores *zygomaticos* ſeu potius *ſupra zygomaticos*, et transuerſim excurrentes *faciales*. Tres priores rami *zygomatici* inter tunicam aponeuroticam capitis et muſculos ſuperiora verſus excurrunt, quartus, interdum iam tertius, *orbitalis ſuperior* fit, et variis ramulis, varie quoque coniunctis ad palpebras et frontem ducitur, quintus vero ſiue interdum primus facialis, *orbitalis inferior* appellatur.

p. 85. His ſuccedunt nerui *faciales*, qui muſculum maſſeterem transgreſſi, ſub zygomatico muſculo in facie diſtribuuntur, et potiſſimum tres eorum numerantur. *Primus neruus facialis* ſuperior et minor eſt, et uno ramo potiſſimum ſub muſculi zygomatici adhaeſione ad os pomi ſe abſcondit, altero autem exterius, uſque ad confinia narium ad angulum oculi internum, variis ramulis acceſſoriis nexus, excurrit. *Secundus neruus facialis* maximus eſt, medio loco ſupra ductum ſtenonianum excurrit, et ex praecedenti et ſequenti ramo faciali acceſſiones recipit: Hic, poſt muſculum zygomaticum varios ramos emittit, quorum ſuperiores maiores ad radicem narium uſque, inferiores autem transuerſim in facie excurrunt. Et ſuperiores in primis, qui ſuper ramos nerui infra orbitalis, a ſecundo ramo quinti paris oriundos, tranſeunt, aliisque neruis vicinis iunguntur, plexum inſignem *infra orbitalem*, inter oculum et labium ſuperius poſitum, efficiunt. *Tertius ramus facialis* minor et inferior eſt, et ramis inferioribus praecedentis nerui ſe iungit, qui ideo coniunctim ad labia deferuntur. Qua occaſione Cl. Auctor varietates, in diuerſis cadaueribus viſas, accurate deſcribit, et unico praecipue exemplo oſtendit, pedem, ſic dictum, anſerinum non ſemper a dura portione formari.

p. 92. Nunc ad ultimum ramum portionis durae, ſuperius nominatum, ſcilicet *minorem inferiorem et deſcen-*

descendentem deueniendum est, hic in glandula parotide post truncum arteriae et venae temporalis angulo satis obtuso oritur, et in dicta glandula in ramos duos maiores, scilicet anteriorem *facialem infimum* et posteriorem *subcutaneum colli* dispescitur. *Facialis infimus* duos potissimum ramos format, *buccalem*, qui ad os et pinguedinem labiorum potissimum distribuitur, et *marginalem aut angularem maxillae inferioris*, qui ad inferiorem huius ossis marginem praecipue excurrit. Hi rami et inter se et cum ramis buccinatoribus, superius nominatis, a tertio ramo quinti paris oriundis, crebrioribus anastomosibus coniunguntur. *Subcutaneus colli* neruus, qui ramos suos in cutim colli sub maxilla distribuit, nunc plures nunc pauciores emittit, qui cum neruo ceruicali tertio communicant et praeter ea in variis cadaueribus insigniter variant.

Vltimus igitur, quem inter neruos faciei descri- p. 97
bit Cl. Auctor, est ceruicalis tertius, qui partim *subcutaneum colli ceruicalem*, partim *auricularem* neruum, hic maxime considerandum, exhibet. Et *subcutaneus colli* quidem post musculum mastoideum oritur, deorsum et retrorsum excurrit et superiorem aeque ac inferiorem ramum sistit, qui tum inter se, tum cum aliis vicinis communicant; *auricularis* vero, ad marginem posteriorem musculi mastoidei egressus, supra eundem ad marginem anteriorem progreditur, ibidemque se in anteriorem profundum et posteriorem vere auricularem diuidit. Sed in hoc aliisque ramis, nunc a nobis adnotatis, Cl. Auctorem non sequi possumus, quippe qui sollicita descriptione ad ultimos usque surculos progreditur, et plura proponit, quam quae in elegantissima icone addita et abunde explicata delineari potuerunt.

Sectio quarta tandem usum neruorum faciei de- p. 103.
clarat. Varietas insignis partium, in facie collocatarum,

tarum, motu et ſenſu praeditarum, et animi affectuum vis, in organis his praecipue ſe declarant, faciem eam partem corporis efficiunt, in qua animi corporisque vel vigor vel languor, etiam nobis inſciis, depinguntur. Motus vero, hanc ipſam rem declarantes, aut a ſenſu et motu muſculorum, aut a maiore et minore impulſu ſanguinis ad faciei vaſa dependent, quae cuncta in exemplis gaudii, moeroris et irae fuſius declarantur. Maxime vero ad annulos neruoſos, varie circa arterias et venas faciei ductos, reſpiciendum eſt; his enim impetus arterioſi ſanguinis eo tempore acceleratur, quo regreſſus in venis impeditur. Hinc rubor faciei oritur, qui ideo quoque in hac parte inſignior eſt, quoniam Cl. Auctore, in tractationibus antecedentibus paſſim monente, cuilibet neruo propria adhaeret arteriola, tunicas eiusdem penetrans. Si itaque impetus neruoſi fluidi auctior eſt, facies rubet, ſi vero nimium obſeruatur, et arteriarum tunicae conuulſiuo quaſi motu tentatae ſanguinem propellere nequeunt, facies pallet. Tandem et intimus nexus neruorum faciei cum reliquis et praecipuis corporis neruis ſingulares prorſus effectus producit, id, quod per labiorum ſenſibilitatem in baſiis et per promptiſſimos oculorum motus luculenter declaratur.

p. 131. 3) *Examen chemicum aquae.* Auctore Cl. MARGRAF. Corpora naturalia diſquirens chemicus, puriſſima illa ut eligat neceſſe eſt, ideoque Cl. Auctor, chemicum aquae examen ſuſcipiens, non tantum aquam pluuiae et niuis experimentis aptas iudicauit, ſed in his quoque colligendis debitam curam adhibuit. In vaſis igitur vitreis, planis, puriſſimis, et aqua deſtillata elotis, in loco quodam horti, ab arboribus et domiciliis remoto, pluuiam et niuem excepit; et pluuiam quidem a menſe decembri 1749. ad martium 1750, quibus menſibus aer ab inſectis

aliis-

aliisque corporibus, eum inquinantibus, liber esse solet, collegit, eademque cura usus est in niue, per hyemem anni 1751 collecta. Aquae pluuiae igitur centum mensuras, *quart* dictas, quarum singula triginta sex uncias continet, in balneo arenae blandae destillationi expósuit, ita, ut aqua destillanda non ebulliret, sed una tantum gutta post alteram caderet, puritatis tamen rationem, tum in vasis destillatoriis tum recipientibus, habuit. Destillatione peracta tres circiter mensurae aquae turbidae in retorta supererant, quas tamen in minori retorta ad sex vel octo uncias, destillatione continuata, reduxit Cl. Auctor, et postquam hoc residuum, per filtrum purissimum percolauit, terram albam, non nihil flauescentem, calcareae simillimam, in filtro collegit, quae exsiccata centum granorum pondus habebat. Liquor tamen, per filtrum transmissus, adhuc turbidus inueniebatur; huic itaque triginta circiter guttas solutionis salis tartari instillauit, et in liquore, ad pondus quatuor unciarum usque euaporato, terram quoque albam praecipitari vidit, similisque terra post percolationem in filtro relicta fuit. Crystalli salinae, in liquore hoc puriore natae, partim nitro, partim sali communi similes erant, et ex iisdem cognoscitur, acidum in aere esse, quod se cum terra calcarea coniungit, et, cum crystalli bruno colore conspicuae sint, viscidi vel oleosi quid accedere. Sed et acidi huius praesentia porro per solutiones metallicas, aquae huic concentratae pluuiali immixtas et praecipitatas, euincitur. Tandem quoque putrefactio, in hac aqua pluuiali purissima obseruata, terrestrium et salinarum particularum praesentiam demonstrat. p. 136.

Eadem prorsus experimenta cum aqua niuali instituta fuerunt. Ex simili vero quantitate aquae non nisi sexaginta grana terrae calcareae educta fuerunt, in pluuia etiam magis sal nitrosum, in niue vero p. 138.

acidi ſalis praeſentia detecta fuit. Aqua vero, hac deſtillatione depurata, terram adhuc oſtendit, ita, ut in duodecima deſtillatione adhuc pauca eius veſtigia obſeruarentur, cuius tamen prouentum Cl. Auctor pulueri, in laboratoriis volitanti, non adſcribendum eſſe cenſet. Ex hac vero puritate aquae pluuiae et niualis praeſtantia eius, in lauanda cute et coquendis leguminibus, prae aqua fontana et putali declaratur.

p. 144. Aquae puteales longe impuriores ſunt, quam praecedentes, in genere igitur monet Cl. Auctor oleum tartari per deliquium et ſolutiones metallorum aquarum quidem impuritatem detegere, neutiquam vero particulas contentas definire, eadem itaque induſtria, qua in ſuperioribus experimentis inſtituendis verſatus fuit, varias aquas berolinenſes ſub examen vocauit, earumque contenta definiuit et in tabula addita ita diſpoſuit, ut uno intuitu varium proportio pateat. Ex his vero breuiſſimis tantum indicamus; terram calcaream in his aquis deprehenſam fuiſſe, in quibusdam ad unciam ſemis et ultra, in aliis ad unciam unam et ultra, partem quandam terrae gypſeae huic acceſſiſſe, in quibusdam ſal commune, in aliis nitrum verum, in uno vel altero veſtigia ſalis mirabilis GLAVBERI inuenta fuiſſe.

p. 152. Terram porro, ex his aquis eductam, vere calcaream eſſe experimentis comprobatur, tandemque praeſentia particularum martialium in his terris euincitur. Poſt calcinationem enim terrarum, qua omne oleoſum expellitur, ſpiritu vitrioli addito, non tantum terra ipſa, ſed et particulae martiales ſoluuntur, quae poſt modum, inſtillato lixiuio ſalis alcali, cum ſanguine calcinati, praecipitatum coeruleſcens vel coeruleum exhibuerunt. Martis praeſentiam ſimili modo in aliis terreis corporibus diſquiſiuit et inter alia praecipue in lapidibus tophaceis thermarum carolinarum inuenit.

4) *Obſeruatio de pneumonanthe, nouo plantarum genere, cuius character a gentianis differt.* Auctore Cl. GLEDITSCH. Botanicum ſtudium, in definitione generum et ſpecierum conſtitutum, difficile omnino redditur, quod alii ſpecies a ſtabilitis generibus ſeparant, et ut noua genera deſcribunt, alii vero diuerſa genera combinando ſpecierum numerum augent, et ita minus certas definitiones generum proponunt. Cum vero generum mutationes non tirones tantum, ſed exercitatos ſaepius botanicos confundant, variantia potiſſimum genera, a quibus quaedam ſpecies diſcerpi, aliaeque addi poſſunt, non niſi ab exercitatiſſimis botanicis conſideranda et definienda ſunt. *Vaga* haec genera appellat Cl. Auctor, quoniam ſpecies, ad ea relatae, in partibus floris et characteribus eſſentialibus ita differunt, ut ſaepius characteri generico contradicant, et ambiguae ſint ſpecies, partim ad hoc, partim ad aliud genus referendae. Genera haec, cum in inferioribus conſtituta ſint, a generibus *intermediis*, Auctori dictis differunt, quae ad varias claſſes variosque ordines ceu genera ſuperiora pertinent, e. g. plantae leguminoſae partim ad papilionaceas, partim ad roſaceas referendae. Vagis vero generibus adſcribit *fumariam*, *centauream*, *rhamnum*, *verbenam*, *conuallariam*, *geranium* et *gentianam*, et in hoc ultimo genere, accuratius definiendo, verſatur Noſter. Praemiſſa igitur definitione generica *gentianae* ex LINNAEI D. G. no. 236. tabulam ſubiungit, ad quam omnes partes floris in diuerſis ſpeciebus *gentianae* et *centaurii minoris*, quae a LINNAEO ſub *gentianae* genere proponuntur, in germania creſcentibus, examinatae uno quaſi intuitu comparari poſſunt. Vti itaque LINNAEVS *ſwertiam* a *gentianis* ob tubi corollae defectum, ob binas glandulas nectariferas ad cuiuslibet laciniae baſin, et ob ſtigma ſimplex diſtinxit, ſic Cl. Auctor tres *gentianae* ſpecies ideo ad peculiare

p. 158.

culiare *pneumonanthes* genus reduxit, quod antherae in cylindrum coalitae deprehenduntur, quales in floſculis et ſemifloſculis florum compoſitorum obſeruamus. Noui huius generis definitio ſequens eſt.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubuloſum, erectum, perſiſtens, tubo corollae breuius, laciniis quinque anguſtis, vel linearibus acutis profunde diuiſum.*

COR. Petalum *unicum, campanulatum, erectum imperforatum.* Tubus *ampliſſimus et longiſſimus,* Limbus *breuis, quinquefidus, plicatus, erectus vel ſemirepandus.*

STAM. Filamenta *quinque, diſtincta, inferius latiora, compreſſa, tubo adnata, ſuperius ſubulata corolla breuiora.* Antherae *quinque, erectae, connatae in corpus conicum, baſi ſecedentes.*

PIST. Germen *oblongum in medio ventricoſum ad baſin tuberculis quinque paruis melliferis inſtructum.* Stylus *modo breuis, modo longior et ſimplex intra tubulum antherarum.* Stigma *unum vel duo reflexa.*

PERIC. Capſula *oblonga, teres, ventricoſa, apice biſido, unilocularis, biualuis.*

SEM. Semina *numeroſa, parua, variae figurae.* Receptacula *duo ſingulae valuae ſecundum longitudinem adnata.*

Species prima eſt: *Pneumonanthe foliis longis et anguſtis floribus ſeſſilibus, alaribus, campanulatis.* Scilicet *pneumonanthe* LOBEL. Ic. 309. TABERN. 1176. cui additur *gentiana aſclepiadis folio* CLVSII Hiſt. p. 312. et *gentianella alpina latifolia magno flore* C. B. Prodr. p. 97. In iconibus florem *gentianae maioris luteae* C. B. Pin. p. 187. et *gentianae, quae centaurium minus* C. B. Pin. p. 278. vulgo appellatur, ſiſtit, quo definitionem *gentianae* illuſtret, porro vero in ſpeciebus *pneumonanthes*, nunc adductis, coalitum antherarum iconibus declarat.

VII. CA-

VII.

CAROLI LINNAEI ſpecies plantarum, exhibentes plantas rite cognitas, ad genera relatas, cum differentiis ſpecificis, nominibus triuialibus, ſynonymis ſelectis, locis natalibus, ſecundum ſyſtema ſexuale digeſtas. Tom. I. et II. Holmiae, ap. Laur. Saluium, 1753. 8 mai. alph. 3. pl. 9.

Qui ſyſtematica ratione plantarum cognitionem et faciliorem et certiorem reddere, allaborarunt phyſici, GESNERVS, CAESALPINVS, MORISONVS, RAIVS, HERMANNVS, BOERHAAVIVS, TOVRNEFORTIVS, RIVINVS aliique, plurima adhuc reliquerunt minus accurate deſcripta atque determinata genera; forte etiam adhuc manca atque fallax eſſet inferiorum generum diſpoſitio, niſi Ill. LINNAEVS ſingulari plane ſtudio, operaque incredibili anteceſſorum ſuorum inuenta examinaſſet, atque omnium perfectiſſime genera deſcripſiſſet, ordinaſſet, et ſtabiliuiſſet. Haec ſolidis fundamentis innixa generum differentia, a Cl. LINNAEO exhibita, cum aliorum ſyſtematicorum ordinem longe ſuperaret, tanto certe applauſu excepta fuit, ut, ſi non omnes, plurimi tamen, et genuini, botanici genera, ab eodem Cl. Auctore determinata, adſumſerint multa; licet ſyſtemata noua, aliumque ordinem elegerint. Non vero hoc ſolum eſt, de quo LINNAEVS maximam laudem, ſummique botanici nomen promeruit, ſed optime quoque intellexit, incertam maxime atque fallacem eſſe plantarum hiſtoriam, propter ea, quia ſpecifica nomina triuialia et minus ſufficientia ab auctoribus adſumta, ſtirpibusque data fuerunt; hinc etiam omni ſtudio tentauit, ſpecierum legitimas differentias eruere, et nomina eius modi ſpeciebus imponere, quibus una ab altera, omni-

omnibusque reliquis certo atque constanter separari atque dignosci possit. Et hoc tanti semper fecimus, ut vel ea propter LINNAEVM summis encomiis condecorandum esse, existimauerimus. Hinc etiam recentiori nunc tempore omnes, solis pseudo botanicis exceptis, iisdem principiis insistentes, vel Linnaeana specifica nomina simpliciter adsumserunt, vel alia atque noua composuerunt. Essent adhuc alia, quae summa LINNAEI in rem herbariam merita declarare possint, si omnia adducere vellemus huius Viri inuenta. Haec vero commemorata, et illud in primis, de nominum specificorum mutatione optime ex indicato nunc libro cognoscimus. Cl. enim Auctor hactenus in variis scriptis, ut flora Lapponica, Suecica, Zeylanica, horto Cliffortiano, Vpsaliensi aliisque, species plantarum determinatas, certisque nominibus insignitas plurimas recensuit, quas dispersas, et ex sui ipsius libris, et aliorum quoque scriptis, collegit, acquisitasque nouiter plantas addidit, inque unum systema omnes reduxit. Quotquot itaque species vere cognitae atque determinatae hactenus fuerunt, eas omnes in hoc opere collectas deprehendimus. Et hic recensitas quidem plantas vel viuas, vel exsiccatas Cl. Auctor vidit et examinauit, non visas plane omisit, et illarum, quarum perfectam cognitionem obtinere non potuit, signo notauit, ut alii easdem accuratius examinent. Quoniam itaque hac ratione plures semper, et antea a se ipso non nominatas, species obseruauit, notasque certiores et praestantiores detexit, differentias quoque, quamuis antea optimas, emendare, et noua specifica nomina exhibere saepe fuit coactus. Vituperarunt quidem non nulli hanc in denominandis speciebus inconstantiam, verum cognouimus diu, immutabilem denominationem poni non posse, usque dum omnes species unius generis notae sint. Habemus itaque et in hoc opere plurima specifica muta-

mutata nomina, et alia, plantis antea non denominatis, nunc recenter impoſita. Horum nominum ſpecimen nunc dare neutiquam volumus, cum et ratio denominandi ſatis ſuperque ſit cognita, et nimis ampla eorum deprehendatur copia. Id modo adhuc monemus, Cl. Auctorem in illis generibus, quae unicam comprehendunt ſpeciem, vel ubi ſpecies ipſum genus conſtituit, nomina ſpecifica omiſiſſe, idque recte. Namque ſpecificum nomen non prius debet ſpeciei imponi, niſi cognita alia ſpecie. Non vero hancce regulam primum nunc obſeruauit Cl. Auctor, ſed olim fere ſemper id fecit, licet aliquando praeter neceſſitatem tunc eius modi adpoſuerit, quorum tamen plurima nunc omiſſa deprehendimus, ita nominatur ſimpliciter *trapa*, *chryſophyllum*, *polianthes*, *pſidium*, *muntingia*, *eriocephalus*, *iaſione*, et ſ. p. aliquando tamen ſuperflua retinuit ſpecifica nomina, ut ſunt *cachrys*, *turnera*, *ſaururus*, *poinciana*, *breynia*, *celſia* etc. Inuenimus etiam hinc inde eiusmodi characteres adſumtos fuiſſe, quibus ſpecies accurate haud diſtinguuntur. *Glyzyrrhiza leguminibus echinatis*, ab altera *leguminibus hirſutis* dicta diſcerni vix poterit. *Tragopogon pratenſe luteum maius* in noſtris pratis ſemper calicem oſtendit florem ſuperantem, ideoque illud vix nominari debet *tragopogon calicibus corollae radium aequantibus*. Praeter vera autem nomina, alia, quae triuialia vocantur, in margine adpoſuit Cl. Auctor, ut miſſis, longioribus ſaepe, deſcriptionibus magis quam nominibus, breuiſſimo unoque quaelibet herba nomine inſigniri poſſit. Haec vero absque ſelectu ſe ſe appoſuiſſe, atque nunquam triuiale nomen ſine ſufficienti differentia ſpecifica proponendum eſſe, ſimul monet. Ita *amaranthus* alius dicitur tricolor, melancholicus, triſtis, liuidus, graecizans, blitum, caudatus, hybridus, hypochondriacus, retroflexus, ſpinoſus. Ita *nerium* nominatur oleander, diuaricatum, p. 989. p. 209.

p. 399. tum, antidyſentericum. *Saxifraga* alia penſyluanica, alia androſacea, caeſia alia, burſeriana, bryoides, bronchialis, ſtellaris, niualis etc. In ordinandis et diſponendis ſpeciebus ſubdiuiſiones fecit Cl. Auctor. Nimis enim longum et taedioſum eſſet in generibus, quae plurimas habent ſpecies, eam inuenire, quam quaerimus plantam. *Euphorbia* e. gr. quinquaginta ſex, *meſembryanthemum* triginta quinque, *mimoſa* triginta nouem, *ciſtus* viginti octo, *ranunculus* triginta ſeptem, *geranium* triginta octo, *trifolium* quadraginta, *centauria* quinquaginta, *gnaphalium* triginta ſex, *lobelia* viginti quinque, comprehendit ſpeies. Ideoque eas ſpecies, quae uno quodam charactere conueniunt, coniunxit, et alia atque appoſita ſaepe nota inſignitas, deinde ſubordi-
p. 9. nauit. Ita e. gr. tres ponit *veronicarum* differentias: ſunt nimirum aliae ſpicatae, corymboſo race-
p. 480. moſae aliae, aliae pedunculis unifloris donatae. *Meſembryanthema* corollam habent vel albam, vel rubi-
p. 495. cundam, vel luteam. *Potentillae* ſpecies diſtinguun-
p. 476. tur foliis pinnatis, quinatis et ternatis. *Geranii* ſpecies aliae ſtaminibus fertilibus ſeptem, aliae quin-
p. 454. que, aliae decem oſtendunt. Inter *cardamines* ſpecies primo enumerantur illae, quae folia habent ſimplicia, ſequuntur ea, quae ternata, haec excipiunt ea, quae pinnata, et claudunt, quae ſupra decompoſita oſtendunt. Haec ultima *cardamines* ſpecies, ſiliquas latas, compreſſas, uniloculares habet, ideoque eandem potius ad *lunariam* referendam eſſe exiſtimamus. Notari ulterius etiam debet, Cl. LINNAEVM genera nunc aliter ſaepe, quam in generibus ſuis fecit, ordinaſſe, aliquando, licet rariſſime, generica nomina, antea aſſumta, mutaſſe, ut eſt ge-
p. 511. nus *xylon*, a *goſſypio* diuerſum, quod nunc *bombax* nominatur, *glechoma* in *glecomam*, *ethuſam* in *aethuſam* mutauit, porro noua quaedam genera adſumſiſſe, alia, minus recte diſtincta, ſpecierum modo

titulo

titulo insigniuisse, species ab uno genere ad aliud amandasse, aliasque species in varietatibus, et e contrario varietates dictas speciebus inseruisse. Dabimus harum mutationum quaedam specimina, omnia enim exhibere taedioſum lectori euaderet. Genera ad alias classes relata sunt e. gr.

Nardus	antea triandria digynia	nunc monogynia.
Tillaea	- triandria trigynia	- tetrandria tetragynia.
Diodia	- didynamia angiospermia	- tetrandria monogynia.
Euonymus	- tetrandria	- pentandria.
Bufonia	- diandria	- tetrandria obs. LOEFLINGIO.
Ruppia	- gynandria polyandria	- tetrandria tetragynia.
Illecebrum	- pentandria digynia	- monogynia.
Arctopus	- pentandria digynia	- polygamia dioecia.
Franckenia	- decandria monogynia	- hexandria monogynia.
Acer	- octandria monogynia	- polygamia monoecia.
Ruta	- octandria	- decandria.
Diospyros	- octandria monogynia	- polygamia dioecia.
Chrysosplenium	- octandria	- decandria.
Anagyris	- diadelphia	- decandria.
Neurada	- decandria monogynia	- decagynia.
Huxonia	- decandria pentagynia	- monadelphia decandria.
Coriaria	- decandria pentagynia	- dioecia decandria.
Garcinia	- icosandria	- dodecandria.

Crateua *Triumfetta* *Peganum* *Portulaca* *Heliocarpus* *Reſeda*	antea polyandria	nunc dodecandria.
Euphorbia	polyandria monogynia.	dodecandria trigynia.
Philadelphus	icoſandria tetragynia	monogynia.
Tetragonia	polyandria tetragynia	icoſandria pentagynia.
Iſopyrum	polyandria digynia	polygynia.
Cnicus	polygamia fruſtranea	polygamia aequalis.
Najas	monoecia	dioecia.
Andrachne	monoecia pentandria	gynandria monoecia.
Acalypha *Croton* *Iatropha*	monoecia polyandria	monoecia monadelphia.
Empetrum	polygamia dioecia	dioecia triandria.
Gleditſchia	dioecia hexandria	polygamia dioecia.
Rhodiola	polygamia dioecia	dioecia.
Nyſſa	dioecia	polygamia dioecia.
Panax	pentandria digynia	polygamia dioecia.
Ficus	cryptogamia	polygamia polyoecia.

Genera noua, in Cl. LINNAEI ſcriptis hactenus non commemorata, plurima deprehenduntur, de quorum

quorum tamen characteribus ſaepe nihil adnotatum inuenimus. Dabit eos Cl. Auctor in noua, propediem edenda, generum editione. Eius modi ſunt:

Monandria digynia *Cinna*. Canadenſe gramen, auenam ſatiuam fere referens, flores habet confertos, ſecundos, lateribus calycis et petalo maiore ſcabris, ariſtam infra apicem glumae maioris petali breuiſſima. p. 5.

Triandria monogynia *Loeflingia*, ad *illecebri* ſpecies retulit ipſe LOEFLINGIVS. p. 35.

Triandria monogynia *Ortega* LOEFL. eſt *rubia* lini-folia aſpera C. B. P. p. 560.

Triandria monogynia *Caſſytha*, habitus et omnia cuſcutae, fructificatio diuerſa. p. 35.

Triandria digynia *Stipa*, quae aliquas feſtucae ſpecies ſiſtit. p. 78.

Triandria digynia *Ariſtida*. Huius panicula oblonga, diſtincta glumis corollis uniualuibus, filiformibus, longitudinaliter conuolutis, triplici ariſta terminatis. p. 78.

Triandria digynia *Apluda*. p. 82.

Triandria trigynia *Minuartia*. p. 89.

Triandria trigynia *Quernia*. Vtrumque hoc genus conſtituit LOEFLINGIVS, dixitque LINNAEVS ſtructuram floris in utroque genere eandem eſſe, ſed in hoc ſemina ſolitaria, in illo plura. Calix quinquepartitus, petala nulla.

Tetrandria monogynia *Scurrula*. Paraſitica planta. p. 110.

Pentandria monogynia. *Aretia* villoſa, ſcapis uniflo-ris HALLERI, diſtinctum ſiſtit genus, aliis *Aretiae* ſpeciebus partim ad *Diapenſiam*, partim ad *Androſacem* relatis. p. 141.

Pentandria monogynia *Trioſteum*, quod et *Trioſteo-ſpermum* DILLENII comprehendit, a *Lonicera* diſtinguitur. p. 176.

Pentandria monogynia *Galax*, quae *Viticella* eſt MITCHELII. p. 200.

Pentandria monogynia *Mangifera*, in Fl. Zeyl. dubie iam commemorata.

Pentandria monogynia *Sauuagesia*, videtur diuersa a *Sauuagea*, in generibus descripta; haec enim ibi inter polyandrias collocatur, quod vero nomen nunc non reperitur.

p. 223. Pentandria digynia *Trianthema*, est *Portulaca caparidis folio, flore muscoso* HERMANNI. Genus determinauit Cl. SAUVAGES.

p. 281. Pentandria pentagynia *Aldrouanda*. Genus a Cl. MONTI in Comment. Bonon. descriptum.

p. 325. Hexandria monogynia *Calamus*, est Arundo, Rotang dicta.

P. 332. Hexandria digynia *Velezia* LOEFLINGII. Sistit *Lychnidem syluestrem minimam exiguo flore*, C. B. P.

P. 339. Hexandria trigynia *Trillium*. Comprehendit *Paridis* species triphyllas.

P. 345. Octandria monogynia *Osbeckia*, in honorem PETRI OSBECK, Sueci, qui plantas Chinae et Iauae enumerauit.

P. 358. Octandria monogynia *Gnidia*.

Octandria monogynia *Baeckea*. Plantam ABRAHAM BAECK cum Auctore communicauit. Calicem habet infundibuliformem, quinquedentatum, petala quinque, stamina sex sibi paria, et duo solitaria breuissima, inflexa, ouarium subrotundum, stigma capitatum.

P. 392. Decandria monogynia *Rhododendron*. Non nullas *Ledi* et *Chamaerhododendri* species sistit.

p. 421. Decandria trigynia *Stellaria*. Huc reducuntur quaedam *Alsines* species, ut altissima nemorum.

p. 463. Dodecandria pentagynia *Glinus*, est Alsine lotoides siculа.

p. 491. Icosandria pentagynia *Dalibarda*. Calicem habet quinquepartitum, semina quinque nuda, differt a *Rubo* in primis seminibus nudis.

Poly-

Polyandria polygynia *Trollius*, alias ab Auctore ad *Helleborum* relatus. p. 556.

Didynamia gymnoſpermia *Thymbra*. Huius ſequentes characteres addit Ill. Auctor. Calix monophyllus, utrinque linea hirſuta exaratus, labio ſuperiore latiore, ſemitrifido aequali, inferiore bipartito, corollae labium ſuperius concauum, ſemibifidum, inferius trifidum ſubaequale, ſtylus ſemibifidus. p. 569.

Diadelphia decandria *Aſpalathus*. Diuerſum genus ab *Aſpalatho* AMANNI, comprehendit plures *Geniſtae* ſpecies. p. 711.

Diadelphia decandria *Ebenus*. Eſt *Ebenus cretica* ALPINI, addit LINNAEVS, bracteae inter flores in ſpica diſtinguunt genus a *Trifolio*. p. 764.

Syngeneſia polygamia aequalis *Cacalia*. Huius decem numerantur ſpecies, inter quas *Cacalia* HALLERI, quaedam *Porophylli*, et omnes KLEINIAE. p. 834.

Syngeneſia polygamia ſuperflua *Arnica*, a *Doronico* diſtinctum genus. p. 884.

Syngeneſia polygamia neceſſaria *Filago*. *Gnaphalium maritimum et roſeum hortenſe* C. B. P. comprehendit. p. 927.

Syngeneſia monogamia *Scriphium*. p. 928.

Monoecia heptandria *Guettarda*. Flores maſculi ſeſſiles, calix ſubtomentoſus, cylindricus, integerrimus, vix manifeſte bilobus, corolla infundibuliformis, tubo longo tomentoſo, limbo ſeptempartito, laciniis tubo triplo breuioribus; ſtamina in fauce, piſtilli ouarium nullum, ſtylus tubo dimidio breuior, ſtigma capitatum, feminei flores, maſculis fere ſimiles, drupa ſicca ſubrotunda, toroſa, ex ſeminibus ſex magnis lignoſis connexis. p. 991.

Polygamia monoecia *Andropogon*. *Graminis dactyli*, *Laguri et Feſtucae* quasdam comprehendit ſpecies. p. 1045.

Cryptogamia filices *Blechnum*. p. 1077.

p.1100. Cryptogamia muſci *Pilularia*, *a Marſilea* di guitur.

p.1106. Cryptogamia muſci *Phaſcum*. Siſtit quas *Sphagni* Dillenianas ſpecies.

p.1136. Cryptogamia algae. *Targionia*. Ita iam nomina genus a MICHELIO.

p.1189. Palmae *Elatae* a Phoenice diſtinguitur.

p.1190. Et tandem in appendice *Adonſonia*, quae eſt *Bo* ALPINI. Nomen generi dedit B. IVSSIAEVS.

Diximus etiam Cl. LINNAEVM genera qu dam vel a ſe ipſo antea aſſumpta, vel ab aliis poſ determinata, ſpeciebus modo aliorum generum ſeruiſſe. Fecit id quidem iam paſſim in ſuis ſcrip illis itaque, quae iam alibi reduxit, generibus om ſis, nunc adhuc notamus ſequentia:

p. 11. *Paederota* ad *Veronicam*.
p. 108. *Aparine* - *Galium*.
p. 118. *Dodonaea* - *Pteleam*, ut obſeruauit B. IVS AEVS.
p. 141. *Meſſerſchmidia* - *Tournefortiam*, utpote dubii a huc generis planta.
p. 150. *Mitreola* - *Ophiorrhizam*.
p. 175. *Diervilla* - *Loniceram*.
p. 208. *Theuetia* - *Cerberam*.
p. 264. *Aniſum* - *Pimpinellam*.
p. 267. *Cotinus* - *Rhus*.
p. 268. *Opulus* - *Viburnum*.
p. 269 *Maurocenia* - *Caſſinem*.
p. 344. *Pauia* - *Aeſculum*, Differt a vulgari flor bus octandris.
p. 382. *Guilandinoides* - *Guajacum*.
p.1058. *Panax* - *Arctopum*.
p. 359. *Vuifera* - *Polygonum*. *Helxinem*, *perſicaria* et *Biſtortam* iam alibi huc re duxit.
p. 473. *Padus* } *Ceraſus* } - *Prunum*.

Aruncu

Aruncus } *Filipendula* }	ad *Spiraeam.*	p. 490.
Inimicifuga	- *Actaeam.*	p. 504.
Pulſatilla } *Hepatica* }	- *Anemonem.*	p. 539.
Cunila	- *Sideritidem.* Quorſum etiam retulit non nullas *ſtachydis* ſpecies, easque plantas omnes huc pertinere, ex ſtylo altero ramulo amplexante ramulum longiorem, ut et ex ſtaminibus intra corollae tubum, limbo vix ringentem, patere exiſtimat Cl. Auctor.	p. 574.
Phelypaea } *Squamaria* }	- *Lathraeam.*	p. 606.
Heiſteria	- *Polygalam.*	p. 704.
Tragacantha	- *Aſtragalum.*	p. 762.
Dalea	- *Pſoraleam.*	p. 764.

Dorycnium partim ad *Anthylloidem*, partim ad *Pſoraleam*, et illud Monſpelienſe ad *Lotum* retulit.

Kleinia	ad *Cacaliam.*	p. 834.
Gerbera	- *Arnicam.*	p. 885.
Epipogium GMEL.	- *Satyrium.*	p. 945.
Neottia } *Herminium* }	- *Ophryn.*	
Alnus	- *Betulam.*	p. 983.
Hierochloe GMEL.	- *Holcum.*	p. 1048.
Abies hinc et *Larix*	- *Pinum.*	

Anacampſeros, quorſum in primis *Telephiaſtrum fol. globoſo* DILLENII retulit, nunc *Portulacae* generi inſeruit, additque LINNAEVS: Axillae foliorum piloſae ſunt, et folia ſucculenta coniungunt hanc cum *portulacis*, quamuis ſtamina plurima et capſula apice dehiſcens. p. 447.

Tubiporam, *Madreporam*, *Milleporam*, *Celleporam*, et *Lithoxylon*, utpote non vegetabilia, ſed animalium domicilia plane nunc omiſit; *Cambogiam* vero, *Struthiam*, *Ceruariam*, *Chomeliam*, *Genipam* et *Melicam* in libro indicato inuenire non potuimus, ut ita dubium ſit, an et haec genera ſtudio omiſerit, aut ad quodnam retulerit. Genera itaque, reductis aliis, aliis nouiter annotatis, nunc ſunt 1098. Non vero genera modo ſpeciebus inſeruit, ſed et plurimas ſpecies ad alia genera amandauit: *Cortuſa foliis*
p. 177. *ouatis ſeſſilibus* H. Cliff. dicitur *Verbaſcum foliis lanatis radicalibus ſcapo nudo. Alkekengi amplo flore violaceo* FEVILL. nominatur *Atropa foliis ſinuato angulosis, ca-*
p. 181. *licibus clauſis acutangulis.* Merebitur autem certe diſtinctum genus, aut *Alkekengi* et *Belladonna* con-
p. 196. iungi debent. *Alaternoides lauri ſerratae folio*, ad *Celaſtrum* in H. Cliff. relata, nunc eſt *Ceanothus ſo-*
p. 244. *liis lanceolatis enerueis ſtipulis ſubrotundis. Oreoſe-*
p. 260. *linum* a *Selino* ad *Athamantam* amandatur. *Oenanthe ſtriata rigida*, *Seſeli caule alto rigido*, *foliolis linearibus* p. 206. adpellatur. *Paronychia hiſpanica*, ab
p. 567. *Herniaria* ad *Illecebrum*, et *Maſtichina* a *Thymo* ad
p. 91. *Satureiam* reducitur. Ad *Leucadendron* plures ac-
p. 580. ceſſerunt *Proteae* ſpecies. *Lamium flore luteo* ex *Leonuro* fit *Galeopſis verticillis ſexfloris inuolucro tetraphyllo.* Ad *Leonurum* e contrario alias reduxit plantas, inter quas etiam *Marrubiaſtrum cardiacae folio.*
p. 622. *Digitalis acanthoides canarienſis*, *Geſneriae* hactenus ſpecies, nunc iterum *Digitali* inſeritur. *Lens* vulgaris ad *Cicer* relata, *Eruum ſeminibus compreſſis convexis* dicitur, et ad *Eruum* praeter ea aliae *Ciceris* et
p. 924. *Viciae* ſpecies reducuntur. *Iacobaea hederae terreſtris*
p. 777. *folio*, a *Solidagine* ad *Othonnam*, *Foenugraeci* plures ſpecies a *Medicagine* ad *Trigonellam*, *Hedypnois* an-
p. 809. nua et aliae *Lapſanae* ſpecies ad *Hyoſerin* ablegantur. Species non nullae, antea adſumtae, et determinatae, nunc varietatum modo locum obtinent, ut *Syringa*

ringa foliis lanceolatis integris, et alia *foliis lanceolatis integris diſſectisque laciniata*, H. Vpſal. coniungitur nomine *Syringae foliis lanceolatis.* p. 9.

Polemonium calycibus lanatis, H. Vpſal. eſt vulgaris ſpeciei varietas. p. 162.

Arabis foliis amplexicaulibus dentatis caule erecto ſimplici et *Draba foliis amplexicaulibus dentatis, caule diffuſo ramoſo* ROYENI coniunctim proponuntur nomine *Arabis foliis amplexicaulibus dentatis.* p. 664.

Anandria, p. 865.

Tuſſilago ſcapo unifloro in H. Vpſal. dicta, non differt a *Tuſſilagine* ſcapo unifloro, calice ſubaperto GMELINI. In ſolo enim libero calicem clauſum, in olla et calidiori loco florem radiatum exhibet, Varietates plantarum ſpeciebus ſemper adpoſuit Cl. Auctor. Dubitamus vero, an omnes reuera eo nomine compellandae. *Amaranthus zeylanicus foliis obtuſis, amarantho ſiculo ſimilis* nobis videtur diſtincta ſpecies.

In enumeratione *Aloes* plures, et ſedecim quidem ad unam ſpeciem reduxit, idque propter conuenientiam floris ſolam fecit, licet habitu non nullae alienae videantur. p. 320.

E contrario Cl. Auctor aliquando plantas, antea pro varietatibus habitas, nunc in ſpecies commutauit, ut eſt *Calamintha flore magno.* Synonyma pauciſſima adiecit, nec ea omnia, quae recentiores Auctores confecerunt, adnotauit, in Europaeis enim plantis C. BAVHINVM et alium quendam Iconographum, in exoticis vero plures quandoque excitauit. Notat ſimul etiam Ill. Auctor, opus eximium RVMPHII, Amboinenſem hortum, cura BVRMANNI editum, ad ſe demum acceſſiſſe, abſoluto a typographo opere, cuius itaque ſynonyma alibi ſeorſim tradere promittit. Paginas et paragraphos allegatorum librorum conferre et euoluere, ſe non potuiſſe, candide etiam fatetur. Errores itaque hic commiſſos, altera emendabit editio, ubi etiam, ut ſperamus, ea ſynonyma, quae minus recte adpoſita fuerunt, commutare allaborabit Auctor. Ita e. gr. *Geranium africanum arboreſcens vitis folio, odore* p. 678.

Meliſſae H. Eltham. duabus ſpeciebus adponitur. De ſcripriones ſpecierum raro admodum, et non niſi in obſcuris adiecit, tandem loca natalia adnotauit, et an fruticantes, perennes, biennes, annuaeue ſint, in notiſſimis plantis ſigno quodam monuit. Indice triplici eximium hoc finitur opus; prior ſiſtit genera, alter ſynonyma, et tertius nomina triuialia.

VIII.

Quaeſtio medica: An omnes organicae corporis partes digeſtioni opitulentur? Praeſide LVDOVICO ANNA LAVIROTTE, proponebat THEOPHILVS BORDEV theſeos Auctor. Pariſiis, 1752. 4. pl. I.

Ad arduum illud in corpore noſtro digeſtionis opus abſoluendum non ventriculum ſolum, et liquores quosdam diſſoluentes, ſed omnes totius corporis partes mirabili quodam conſenſu conferre in hac diſſertatione Cl. Auctor comprobat. Ipſius autem digeſtionis tria ſtadia ponit, quorum primum eſt, quando incepta digeſtione ventriculi motus exercetur et totius corporis blanda hilarisque fit ſuccuſſio; alterum, quando exteriore corporis ſuperficie conſtricta, vaſis imminutis humores ad interiora pelluntur; et tertium, quando cutis rubor apparet, calor, pulſus dilatatio et totius corporis quaſi immeſcentia adeſt et humores verſus exteriora ducuntur. Vti ergo in corpore dantur motuum duplex directio, centrifuga et centripeta, et partium internarum et externarum mutui ſibique reſpondentes conatus; ſic etiam ad ventriculum, tanquam ad centrum, aliarum partium omnium vires ducuntur, et ex illo ad has iterum retrogrediuntur. Haec ut ulterius corroboret Cl. Auctor partium, quae cum ventriculo ſic conſentiunt, conſiderationem aliquam in-

inſtituit. Caput cum ventriculo quandam habere connexionem nauſea, et vomitus a capitis vulneribus, ictibus, fracturis et commotionibus orti oſtendunt. Eſt vero hic renixus ex varia corporis diſpoſitione varius. Sic lipporum oculi digeſtionis tempore dolent et rubent, genaeque in aliis roſeae apparent. Cauitas oris, larynx, pharinx, ſenſuum, odoris, viſus et auditus organa vario modo affecta et irritata ſuam vim et efficaciam in ventriculum et alia viſcera abdominalia exſerunt. Ventriculi actio in pectus ex reſpiratione ſub digeſtione difficili et ex mammarum in lactantibus mutatione cognoſcitur. Cor etiam, cuius pulſus in digeſtione variant et augentur, cum ventriculo conſentit. Viſcerum abdominalium actionem reciprocam ratio et obſeruationes docent. Bilis ex hepate digeſtionis tempore copioſius in duodenum effunditur et ſplen a pleno ventriculo minorem humorum copiam recipit. Icterici et ſplenici pariter digeſtionis tempore ſuas moleſtias perferunt. Pancreas morboſum et renes calculo affecti, nauſeas, vomitus et ventriculi dolores efficiunt. Vterus, ſi male diſpoſitus eſt, in catameniis fluore albo, grauiditate ventriculum in conſenſum trahit et nauſeam, vomitus peruerſamque digeſtionem producit. Ipſa virorum genitalia ſua habent cum ventriculo commercia, a glandis enim in pene vellicatione acri, a veſicae crepitu, a teſticulorum tumore digeſtio in variis muratur. Qui veneri nimium indulgent, quandam ventriculi debilitatem experiuntur. Et qua ratione oeconomiam ventriculi turbent membranae et vaſa abdominalia ex haemorrhoidum, et inteſtinorum incommodis colligere licet. Extremitates porro niſum ſuum in ventriculum habent; tactibus enim, qui angentur aut manu, aut pede quandoque tremunt et verſus praecordia fremitum ſentiunt. In melancholicis quibusdam digeſtionis tempore crura et manus tremunt ſtuporeque

affici-

afficiuntur. Quibus extremitates amputantur, in is saepius doloribus et spasmis ventriculus irritatur. Quae hactenus adduxit phaenomena nunc ex corporis structura explicare Cl. Auctor annititur, idque primum ex textu cellulari facit. Est autem hic textus siue systema cellulare pro generali organo habendum, cuius rudimenta ex muco tenaci minimas fibrillas nerueas illiniente deducenda sunt, quique solidi deinde naturam induens in lamellas et membranulas effingitur, cuius muci *lamellefacti* appositione nutritio absoluitur. Hoc itaque gluten omnes corporis partes vinculo quodam nectit atque coniungit, ut ex una parte in aliam expedita via pateat. Praeter ea hoc organon generale constrictionis et dilatationis capax est, quod ad interiora aut ad partem irritatam humores pellit et contra ventriculum alimentis turgentem omne hoc celluloſum opus erigitur, unde centripeti motus effectus prouenient, donec ab interioribus fiat humorum refluxus. Deinde Auctor noster neruis gastricis, qui cum omnibus corporis partibus nexum habent, varias has mutationes euenientes adscribit. Per neruosum enim systema sensibilitatis et irritabilitatis effectus in variis organis irritatis producuntur. Hinc ventriculus in digestione omnes vires ad se intendere videtur, donec irritatio a cibis ventriculo illata desinat nec motus neruosi distributioni amplius obstet. Habent et animi pathemata propter neruos, quibus anima in functionibus utitur, in ventriculum eiusque digestionem influxum. Exinde enim variorum alimentorum appetitus et ventriculus eodem modo his vel illis alimentis gaudet, vel ab iisdem abhorret, quo oculus ab his vel illis coloribus vel recreatur, vel laeditur. Quando ventriculi collapsus quadam proportione instat, famis sensationem excitat et cum eius tono fatiscente fatiscunt quoque corporis vires. Si sub imperfecta assumtorum digestione noua ali-

menta

menta ingeruntur, varia incommoda, dolor capitis et febricula oriuntur. Et pueri eo auidius cibos appetunt, quoniam in iis maior neruorum *vibratilitas* et sensibilitas organaque facilius mouentur citiusque humorum directiones versus interiora et exteriora contingunt. Ventres iuxta HIPPOGRATEM hieme calidiores sunt, quoniam ad ventriculum maior humorum quantitas appellitur et organum externum cellulare validius agit. Somni tempore natura omnium virium energiam digestioni impendit, unde illis, quibus nerui facile mobiles et qui magna animi contentione vires exercent, somnus inter digerendum prodest. Qui vero neruis *otiosis* donati et satis validi sunt, vigilia potius eodem tempore excitentur. Etsi quidem multa animalia longo somno, dum digerunt protracto obesiora fiant, ipsa tamen obesitas non pro signo perfectae digestionis habenda est. Est enim obesitas omnis plethorae morbosae species. Frigus, quod post pastum succedit, non a chilo sanguini admixto et lentore inde facto oritur, siquidem chilus nondum suas vias transit, ipseque eundem calorem ac sanguis habet et ipso tenuior et fluidior est; sed a conamine neruoso tonico titillato rectius deducendum erit. Has vires corporis centrifugas et centripetas ex variis insuper morborum mutationibus comprobari posse Cl. Auctor ostendit affirmatque illos, quibus membrum amputatum fuerat, et hemiplegia et paralysi affectos difficilius assumta digerere ipseque obseruauit paralysi spasmodica affectos tempore digestionis conuulsionibus distortos fuisse. Hinc itaque certum est statum partium corporis naturalem nunquam melius nosci posse, quam ex earum morbis, qui nihil aliud sunt, quam virium ultra modum erectarum aut depressarum exercitium. Et partium autem ministerio et concursu digestio perficitur.

IX. D.

IX.

D. HEINRICH FRIEDRICH DELIVS, *Brandenburg-Culmbachiſchen Hofraths, der Arzneygelahrheit öffentlichen Lehrers auf der Friederichs-Univerſität in Erlangen, der Kayſerl. Reichs-Academie der Naturforſcher Mitgliedes. Entwurf einer Erläuterung der Deutſchen Geſetze, beſonders der Reichs-Abſchiede aus der Arzneygelahrheit und Naturlehre. Erlangen und Leipzig, 1753. 4. Bog. 9.*

h. e.

D. HENRICI FRIDERICI DELII Illuſtratio legum germanicarum praecipue receſſuum imperialium ex ſcientia medica et naturali deſumta.

Salutem ciuium publicam per leges ciuiles et naturales optime ſtabiliri et conſeruari poſſe certum eſt. Cum vero leges ciuiles in naturalibus fundatae ſint, et hae ipſae ex ſcientia naturali optime cognoſci et explicari queant, ſequitur etiam ex ſcientia medica, quippe quae naturali ſcientiae ſuperſtructa eſt, leges ciuiles e naturalibus commode intelligi et illuſtrari poſſe. Ipſam autem ſcientiam medicam veram, quae certis, firmis et haud dubiis principiis nititur, nec in ſola arte morbos curandi conſiſtit, non ſolum in theologicis, oeconomicis aliisque ſcientiis multum valere et ad ſalutem publicam conſeruandam non parum conferre Cl. Auctor certe non ſine fundamento affirmat, demonſtratque ex eadem non tantum leges naturales, ſed etiam iura Romana atque canonicum egregie poſſe explicari et illuſtrari. Ad hunc vero laborem ſuſcipiendum non uinus viri eruditio et vires ſufficerent. Hinc ab his noſter recedit et tantum imperii germanici leges et conſtitutiones

tiones conſiderandas ſibi ſumit docetque, qua ratione eaedem ex ſcientia medica aliquo modo dilucidiores reddi poſſint. Poſtquam itaque germanorum veterum leges et iura, ſcientiarum et artis medicae inter illos incrementum breuiter diiudicauit, ex ipſis antiquioribus germanorum legibus, ex GOLDASTI *ſtatutis* et *reſcriptis imperialibus a Carolo M. uſque ad Carolum V.* et ex *receſſibus imperii* illos articulos primarios excerpſit et annotauit, qui commendatione aliqua medica digni habentur. Ex multis autem legibus datis illuſtrandas illas in primis adducit, quae *de ſuperſtitione*, *abortu*, *venaeſectione*, *balneis*, *medicis*, *matrimonio*, *ieiuniis*, *philtris*, *aere*, *furioſis*, *grauidis*, *homicidis*, *ebrietate*, *ſterilitate mulierum*, *vulneribus*, *vino* et aliis plurimis agunt. Haec et eius modi loca a facultatibus et collegiis medicis ut illuſtrarentur et a ſummis imperii principibus corpus iuris germanici medico legale conſtitueretur, optat indeque multas leges obſcuras nimisque ſeueras ſic emendari corrigique poſſe et magnam utilitatem in uniuerſam rem publicam redundaturam eſſe, Noſter omni iure arbitratur. Huius vero operis ſuſcipiendi, ut ſpecimen aliquod ipſe exhiberet, in appendice prima, huic tractationi appoſita, addidit annotationes medicas in conſtitutiones ciuiles Brandenburgicas, in quibus varias eius modi leges praeſcriptas allegauit et explicatione ſua medica clariores reddere allaborauit. In altera appendice idem Noſter exhibuit reſponſum ſuper exercitium praxeos medicae medicaſtrorum quorundam, in quo ipſis omnem praxin medicam exercendi facultatem ex rationalibus principiis denegat. Laudabile ſane eſt inſtitutum, quod Cl. DELIVS ſuſcipiendum ſuadet ipſeque ſuſcepit. Optamus et nos una cum illo Viro, ut eius modi opus ſalutare tandem aliquando in utilitatem omnium perficiatur, ad quod ut et ipſe operam ſuam in hoc labore ſemel adhibitam ulterius collocare velit, precamur.

X. D.

X.

D. LVD. GOTTFR. KLEINII, Conſil. medic. ac Phyſic. Erbacenſ. Interpres clinicus, ſiue de morborum indole, exitu in ſanitatem, metaſchematiſmo, ſucceſſionibus, euentu funeſto, diiudicationes, praeſagitiones medicae, pagellae in memoriae ſubſidium medicis iunioribus ad infirmos ingreſſuris fideliter communicatae, cum praefatione L. B. ALBERTI de HALLER, Francofurti et Lipſiae, 1753. 8. pl. 22.

Verus ac rationalis medicus is erit habendus, qui morbos rite inter ſe diſtinguit, eorum cauſas et corporis diſpoſitione, vitae conditione varia aliisque circumſtantiis ſiue rebus non naturalibus eruit et diſquirit, ſymptomata probe animaduertit, attente colligit, acute ponderat, varias mutationes et phaenomena ſedulo annotat, et ex his omnibus cum praeſentem tum futurum morbi ſtatum diiudicat et perſpicit. Sapientis enim etiam medici eſt, non quod ante pedes modo eſt videre, ſed etiam quae futura ſunt proſpicere. Ex qua ſola certe futurae ſanitatis, vitae mortisque praedictione medicum magnum iudicari, oraculum haberi eiusque famam, gloriam et fortunam inde pendere, Cl. Auctor non inique arbitratur. Haec vero cognitio medico neceſſaria continua et ſtudioſa auctorum optimorum lectione, attentione et obſeruatione fideli in aegris examinandis adhibita comparatur, et cum non leuis, ſed ardua ſit haec via, a multis non attingitur. Quo itaque Auctor noſter, qui per aliquod tempus artem morbis medendi exercuit, hanc cognitionem aliquo modo illuſtraret et medicis iunioribus ſubſidium ferret, plurimorum morborum, qui inter noſtrates occur-

rere

rere ſolent, ſigna et ſymptomata vel bona vel mala collegit et praeſagia ex his facienda adpoſuit. Generalia quaedam axiomata medica praemiſit, quae diagnoſin et prognoſin, in morbis formandam, dirigunt. Morbos ipſos deinde ordine alphabetico diſpoſitos pertractauit et quae in illis annotauit ex optimorum practicorum libris excerpta leguntur, ita tamen, ut in iis ordinandis nullis legibus ſe ſe obligauerit. Illos autem auctores, quos ſecutus eſt, ſine libri, capitis, loci et paginae annotatione, nomine tantum, citauit, ſuntque ex his praecipui HIPPOCRATES, GALENVS, CELSVS, ARETAEVS, CRATO, FORESTVS, FERNELIVS, HOLLERIVS, HILDANVS, PISO, PLATER, RIVERIVS, TVLPIVS, PECHLINVS, BARBETTE, ETTMVLLER, WEDEL, SENNERTVS, STAHLIVS, HARRIS, MORTON, BAGLIVIVS, SYDENHAM, HEISTER, HOFFMANN, WERLHOF, PLATNERVS. In horum virorum ſcriptorum lectione multam operam multumque ſtudium collocaſſe Cl. Auctorem, videmus. Ne vero in aliorum verba tantum iuraſſe videatur, etiam cautelas, quas ex propria obſeruatione inſtituta ſibi comparauit, paſſim interſperſit. Etſi quidem multa, quae ad morborum cognitionem faciunt, utilia magno cum ſtudio collegerit Noſter, ideoque laude ſua digna deſtituendus non ſit, negandum tamen non eſt, in morborum ſignis diagnoſticis et prognoſticis certis et accuratis partim magnam adhuc eſſe Auctorum confuſionem, partim multa adhuc dubia, fallacia et minus conſtantia inueniri, quae vero forſitan ſtudioſa obſeruatione et comparatione fideli inpoſterum corrigi et emendari poterunt. Tandem adhuc monemus, Cl. Auctorem inpoſterum obſeruationes practicas non triuiales per decades ſe editurum eſſe, promiſiſſe.

XI.

IACOBI THEODORI KLEIN tentamen methodi oſtracologicae ſiue diſpoſitio naturalis cochlidum et concharum in ſuas claſſes, genera et ſpecies, iconibus ſingulorum generum aeri inciſis illuſtrata. Accedit lucubratiuncula de formatione, cremento et coloribus teſtarum, quae ſunt cochlidum et concharum. Tum commentariolum in locum PLINII Hiſt. Nat. Libr. IX. c. 33. de concharum differentiis. Denique ſciagraphia methodi ad genus ſerpentium, ordinate digerendum. Lugd. Batav. apud G. I. Wishof. 1753. 4. mai. 1 alph. pl. 13. tab. aen. 12.

Ea eſt hiſtoriae naturalis indoles, ut, quem una pars dulcedine ſua ceperit, eundem omnium etiam reliquarum teneat amor inſignis. Sed, cum vaſtiſſima illa ſit ſingulaque eius doctrinae particula propria quoque mentem alliciat voluptate, merito glorioſum iam exiſtit illi, qui cum laude partem aliquam tantum, nulla praetermiſſa induſtria, abſoluerit. KLEINIVM noſtrum, in animalibus exponendis perſcrutandisque occupatum, cum multorum applauſu quem vidimus, nunc etiam, diu iam exopto, de conchyliis operi ultimam limam adhibuiſſe laetamur. In quo ſane exornando omnia fecit, quae ab eius modi viri diligenti ſtudio ſperanda erant vel deſideranda. Multa autem et grauia, quae perpetuo Cl. Auctorem manent, officiorum genera effecerunt, ut, quid deeſſet ipſi tractatui, ab amicis ſibi et celeberrimis viris ESGERO et GAVBIO, illo theologo, hoc medico, apud Leidenſes praeſtantiſſimo, additum fuerit lubenter: nomina ſcilicet oſtracodermatum vulgatiora et icones omnium generum praecipuae

cipuae nitidaeque, quibus ob hanc etiam rationem librum dedicatum fuiſſe obſeruamus. Ingenue praeter ea, luculento candoris animi ſui ſigno, fatetur Cl. KLEINIVS, methodum, qua in declarandis hiſce corporibus naturalibus uſus eſt, non a ſe inuentam, ſed a CHRISTIANO GABRIEL FISCHERO, Regiomontano, Prof. Phyſ. Extraord. nuper beate defuncto *, olim propoſitam, magis tantum elaboratam, auctam atque digeſtam fuiſſe; ex ipſa tamen eius perueſtigatione apparet, parum abeſſe, quin pro ſua haberi debeat. Oſtracodermata autem ipſi vocantur, integumenta teſtaceorum, quorum tanta ad eorum, quae iis inhaerent, animalium ſeruandam vitam eſt neceſſitas, ut ſine iis mox illa priuentur. Viua iam ea ſeruare vel obtinere, eorumque indagare naturam impoſſibilis res eſt, et ardua non minus, domiciliorum, in quibus habitant, ordinare diuerſitates et in methodum componere. Cum tamen multitudo eorum et varietas id poſtulet, elegantiſſimum inſuper admiranda configuratio teſtarum praebeat theſauris ſtudioſorum naturae ornamentum, minime deſpicienda illa erit induſtria, quam a Cl. Auctore in corrigendis multorum erroribus, emaculandisque ordinibus poſitam fuiſſe deprehendimus. Conſentientes enim in eos nos habet Cl. Auctor, quod ex tali diſpoſitione facile quiuis notas poſſit eruere, quae ad inuenienda genera, determinandas ſpecies, perſpiciendasque varietates ſufficiunt. Sed audiamus ipſum de ſua methodo in praefatione ſic differentem: *Claſſes et genera ex diuerſa teſtarum externa ſtructura, quae mox in oculos cadere poteſt, exſtruximus, hancque in additis definitionibus diſtincte enarrauimus, ſpecies intermedias plerumque ex ſuperficiei conditione, infimas ex ſpecialiſſima teſtae ſeu configuratione ſeu pictura indicauimus. Cochlides et turbines ex coni, ſeu integri, ſeu ſecti flexione et*

* Vid. Comm. Noſtr. Vol. I. P. III. p. 529.

curuaetura genetice ſunt deducti: in conchis principaliter ad laterum coniunctionem reſpeximus, unde apparet eſſentialis illa concharum differentia, cuius umbram in LISTERI *hiſtoria obſeruauimus: in deſcriptionibus breuitatis et perſpicuitatis ſtudioſi: vocesque non adeo uſitatas, ubi primum occurrunt, illuſtrauimus.* Neutiquam vero is eſt, qui ſine limitatione ulteriori et ab emendatione liberam ſe propoſuiſſe methodum credat, quin omnes, quibus vel largior occurrit rerum theſaurus, vel maior in extricandis rerum naturis et diſcrepantiis data perſpicuitas, diligenter monet, velint ea, quae adnotarunt, addere et opus inceptum perpolire. Diuiſa eſt omnis tractatio in ſex partes: praecipuae ex his prima ſunt et ſecunda, cochlides et conchas pertractantes, reliquae anguſtioribus limitibus circumſcribuntur. In omnibus autem definitiones generum explicationesque ſic dictorum terminorum artis excipit ſpecierum et varietatum expoſitio. Quarum ſingularum deinde ſynonyma et icones, in variis auctoribus deprehendendae, vel ab ipſo Auctore propoſitae, adduntur. His porro ad finem accedit *indiculus tabularum* LISTERI, quem et multum in exponendis conchyliis deſudaſſe conſtat, et ex quo magna etiam pars iconum repetita fuit et huc traducta. Adiungitur denique libro *nomenclator* vocabulorum minus cognitorum, et *index rerum*, quarum expoſitio paſſim traditur, aliusque *polyglottus*, iis inſeruiturus, qui alieno idiomate acceptum conchylium, methodico nomine deſignatum, inuenire cupiunt, et neceſſarius admodum *clauis figurarum*, in aeneis tabulis propoſitarum, quo conferri cum deſcriptionibus poſſint, ultimo loco habetur. Vtilitatis autem vacuam non eſſe et ludibundi tantum ingenii delectationem hanc aſſiduitatem elegans commonſtrat, quae ex perpetua contemplatione enata eſt, diſſertatio, cuius in titulo mentio facta eſt.

De

De omnibus his ſigillatim licet nobis dicendum ſit, methodo tamen, a Cl. Auctore propoſitae, paullo fuſius inhaerebimus. Huius autem ſynopticam tabulam, alibi iam ab eo prolatam *, nunc denuo hic, pauciſſimis mutatam, operique praemiſſam, ita ſi explicabimus, ut generum ipſorum breuiſſime, quantum fieri poteſt, contractas definitiones adiungamus, lectoribus noſtris non ingratum praeſtituros eſſe officium confidimus.

Cochlides, ſub quibus canalem, ex tenui principio in vaſtiores gyros procedentem, intelligit vel *ſimplices* ſunt vel *compoſitae*: illae unicam habent teſtae conuolutionem, hae duplicem, ut ex duabus quaſi cochlidibus conſtent. Conſtituunt autem genera centum et unum, atque tredecim abſoluuntur claſſibus, ex quibus octo ad ſimplices, reliquae ad compoſitas pertinent. *Simplices* itaque ſunt:

1) *Planae*, quarum centrum profundius eſt: Si p. 2.
ſpira extima reliquis capacior apparet, *Nautilus* vocatur, a quo *Seminautilus* in eo differt, ut plures ſpiras habeat, ad os eius inflexas. Spirae, ab utraque parte aequales, ore integro *Cornu Hammonis* faciunt, os dilatatum, proximam ſpiram recipiens, *Semicornu* conſtituit.

2) *Conuexae*, quarum centrum verticale in ſphae p. 6.
rae ſegmentum abit: Vmbilicum euidentem, os a latere, ſpiram proximam comprehendens, *Nerita* habet, a qua *Serpentulus* diſtat, qui ſpiram antecedentem tantum tegit, et ore muricato in *Sole*, plano in *Luna*, plicato in *Stella*, anguſto et irregulari in *Angyſtomate* inſtruitur.

3) *Fornicatae*, quarum ſpira maxima fornicem, p. 12.
axe ampliorem deſcribit. Horum os deprehenditur circulare et fimbriatum in *Circoſtomate*, diductum

* Conf. Cl KLEINII naturalis diſpoſitio echinodermatum. Gedani, 1734. 4. p. 73.

ctum et ad umbilicum replicatum in *Platyſtomate*, ſemilunatum et dentatum in *Dentoſtomate*, in quinque canaliculos deſinens in *Pentadactylo*, undique aculeatum in *Tribulo*.

p. 18. 4) *Ellipticae*, ſi venter oualis in mucronem ſpiralem terminatur. Cum auris humanae forma congruit *Auris marina*, circa alterum extremum in anſam torquetur, *Catinus lactis*, depreſſa eſt, et ore ſemilunari diducto conſpicua *Vitta*, duas ſphaeras, quarum altera minor in ſphaerulam eminet, habet *Cidaris*, ex oblongo ventre in papillam mucronata deſinit *Mamma*, planior eſt, ſpiris in alterum latus inflexis *Scapha*.

p. 23. 5) *Conicae* a figura dicuntur: Planam et ampliorem baſin obtinet *Trochus*, obtuſam, margine lacero, labio paulum acuminato *Hamus*, longus eſt, in canalem contractus *Pſeudotrochus*, quem olim *Trochoidis* nomine inſigniuerat Cl. Auctor; in conum acutum et longum ſpirali decurſu contorquetur *Strombus*, muricatus, ore irregulari exiſtit *Tympanotonos*, labia fimbriata in canalem incuruum elongantur in *Vertago*, roſtrum aduncum et biceps accedit in *Noctua*, cucullatum in *Anate*, in muricatos proceſſus extenſum in *Pede anſerino*. Hi omnes longitudinem quandam habent, breues vero et vario ore inſtructi ſunt *Oxyſtrombi*, patulum deprehenditur orificium et in ſpiram maiorem inflatum in *Tuba phonurgica*, latum et longum, non ventricoſum, infra tamen acutangulum, ſupra reſectum in *Pſeudoſtrombo*, ſinuoſum ſulco circumeunte patens in *Dipſaco*. In ventre longo os amplum, productum ad latera, oſtendit *Auris Midae*, ore obliquo patulo, reliqua parte faſciis circumeuntibus conſtricta, *Naſſa*, ab altera parte aperta, ab altera conica faſciata deprehenditur *Terebellum*.

p. 38. 6) *Cochleae*, quae ad conos inclinatos accedunt et ſpiris conſtant variis eccentricis. Ex his, quae tenues

nues ſunt, acutae et ore rotundo, fimbriato, praeditae *Cochleae lunares*, ventricoſae, ſpiris acutis, ore rotundo, ſimplici inſtructae *Caelatae* vocantur. Ab his differt ore lunato, fimbriato et labiato *Cochlea petholata*, ventre amplo, in mucronem ſpirarum trium anguſtarum deſinens *Olearia*, obtuſo ventre, ore rotundo, fimbriato *Tigris*, conicae figurae obtuſae, ſpiris puluinatis, *Fornax*; eum trocho conueniens, ſed in ultima ſpira ampla, ore laterali aperta *Trocho cochlea*. Porro gibbus eſt, ore amplo, turbine breui *Saccus*.

7) *Buccina* ventre globoſo, ore ſubrotundo, ca- p. 43.
nali breui et mucrone, ſtromborum inſtar, inſtruuntur. Magnitudo eorum diſcrepat, maxima *Buccinum tritonis*, cuius vero ſpirae in apicem toroſum terminantur et maculis, tanquam oculis, conſpergunturur *Argo buccinum*, quae corbis ad modum conſexta eſt, *Cophino-Salpinx*, quae ore laciniato inſtruitur, *Buccinum lacerum*; quae undique tuberoſa eſt *Buccinum muricatum* audit.

8) *Turbines*, inter duas praecedentes claſſes am- p. 46.
bigunt, ore tantum, ventre et mucrone differunt. Ventrem inflatum habent, oblongum, et in mucronem anguſtiorem deſinunt *Vrcei*, ore obliquo in anſam quaſi prominent *Lagenae*, collo roſtrato, ventre turgido inſtruuntur *Simpula*. Deinde roſtrum tubuloſum incuruum *Gutturnium*, os ſubrotundum habet *Caniſtrum*, ſpiras, coſtis decurrentibus interſectas *Scala*, ventrem oblongum, labium fimbriatum aut calloſum, *Epidromus*: longum collum, nec non longum et acutum conum, *Sipho*, mucronem paruum, ventrem tumentem, os auritum, *Auricula*, os oblongum, amplum, in quod ſpira maxima deſinit *Neritoſtoma*, os anguſtum, rotundum *Turbo lunaris*, os per ſpiras ad mucronem apertum *Garagoi*. Gibba eſt, acuto mucrone donata, labio alato, acu-

minato, *Gallinula*, globoſa, labio hiante et canaliculato *Galea*.

Compoſitae cochlides, quae reliquis in claſſibus pertractantur, ſunt:

p. 59. 9) *Cochlides roſtratae*, in quibus ex labio extremo longum protenditur roſtrum. Cum trocho conuenit, recto roſtro inſtructus *Trochus roſtratus*, ultima ſpira, ad os poſita, tenue roſtrum, canaliculatum, acutumque oſtendit in *Gladio*, ex ore obliquo continuatur roſtrum in *Fuſo*, globoſa eſt in incuruum ampliusque roſtrum deſinens *Mazza*, rotundo breuique mucrone et roſtro praedita eſt *Rapa*, globoſo vero, corpore ſpirali et recto, anguſtiſſimo longiſſimoque roſtro *Hauſtellum*, eiusdem formae, roſtro tamen breuiore undique muricatus obſeruatur *Tribulus roſtratus*.

p. 64. 10) *Volutae longae*, ventrem oblongum, gyroſum intus, extus baſin, in gyros formatam, obtinent. Vocantur hae: *Conus*, ſi teſta, in conum efformata, ex baſi minori mucrone exit, *Trochoconus*, ſi mucro turbinatus, corpus intortum eſt, quaſi ex duobus trochi et coni baſibus conſertis enatus, *Ditrochus*, ventre in ſpiras circumducto, differt, *Turricula* mucrone ſtrombum imitatur, *Thema muſicum*, trochum anguloſum, plicatum, apice latius hiantem et lineis notatum, *Veſpertilio* trochum, exaſperatum paucioribus ſtriis, *Nubecula* ex cono in cylindrum abit baſi dentata, ſuperficie undoſis maculis ornata, *Dactylus* cylindricus eſt, apice ſinu ſemilunato incuruo, *Cucumis* figura oblonga et elliptica, extremo turbinato, ore falcato et emarginato differt, *Ficus* ventre obtuſo, turgido, mucrone anguſtiore, *Conchylium* RONDELETII cylindrica baſi, mammilla aucta, labio altero recta exporrecto, altero replicato, *Radix Bryoniae*, figura conica, in mucronem radiatam excurrens, *Aporrhais*, ore longo, ſinuato, *Concha natatilis*, hiatu amplo, inferius con-

coniuncto, *Cymbium* ventricoſo corpore, ad baſin turbinato.

11) *Volutae ouatae*, quarum ventri ouali ad baſin gyri accedunt. Huc pertinent: *Bulla* ex duabus concauis ellipſibus conſtat, quarum altera in alteram intrat, *Oliua* ore, ad longitudinem poſito integro et canaliculato inſtruitur, *Pila* ſphaeram ſiſtit ore plano, dentato, *Porcellanae* labium utrumque in ellepticam figuram inter duos quaſi cardines intorquetur: *Caſſis* ventrem amplum habet, labium utrumque fimbriatum, canaliculo recuruo terminatum, *Semicaſſis* labium alterum non intortum habet, *Caſſis bicornis*, ex labiis exſerit antrorſum duos canales recuruos, *Cithara* inflata eſt, ad longitudinem ſtriata, ad mucronem muricata. p. 82.

12) *Alatae*, quorum labia expanſa diſtant et anterius emarginata ſunt, conſtituunt haec genera: *Monodactylus* qui trochocono aſſimilatur, ſed in tenuem proceſſum ſtyliformem exit, *Harpago* amplus eſt et in ſex proceſſus finditur, *Heptadactylus*, circa labium ſeptem muricibus, *Millepes* vero pluribus ornatur. *Lentigo* maculata vel lentibus obſita eſt. *Alata lata* plicatam ſuperficiem habet et labium rotundum. p. 97.

13) *Murices*, angulatae, undique exaſperatae proceſſibus, ex duplici quaſi pyramide confluunt. *Murex frondoſus*, criſpis proceſſibus, *coſtoſus* vero eminentibus per ſuperficiem lamellatisque conſeritur. p. 101.

Ad has cochlides tandem in appendice accedunt opercula; quae conſtantem figuram ſeruant, etiam ſi corpora minus organica videri poſſent. Quare illa, quae conuexo plana ſunt et umbilicata, *umbilici* dicuntur. *Calli* nomen gerit limacis ſpecies, cuius dorſo teſtula unguis forma adnaſcitur. *Vnguis* tandem *odoratus* appellatur, a forma congruente illud operculum, quod ſquamoſum et corneae quaſi ſubſtan- p. 102.

ſtantiae, in igne fumum odoratum ſpargit. Haec autem, quod ſaepe origo dubia eſt, ad ſua referri genera non potuerunt.

Haec de cochlidibus: non minus operoſa eſt concharum diſpoſitio, quae in quatuor reliquis operis partibus explanatur. Diuiſiones earum teſtarum numerus conſtituit, hinc aliae ex his *monoconchae*, aliae *diconchae* vocantur, et in ſecunda parte traduntur: *polyconchas* pars tertia comprehendit: *nidulos teſtaceos* pars quarta attingit, *echinos* autem et *tubulos*, de quibus Cl. Auctor in ſpecialioribus egit tractationibus, quinta et ſexta tantum nominat. Prout autem ad cochlidem efficiendam circumductio teſtae neceſſaria erat, ita concham teſta explanata et concaua perficit.

Monoconchae ſeu uniualues aliis dictae, in duas claſſes naturaliter abeunt:

p. 114. 1) *Patella* eſt, ſcuti inſtar excauata ab altera parte, conuexa ab altera conſpicitur. Harum illae, quae marginem ſubrotundum et aequalem acceperunt, *integram patellam* efformant, ſuperficiem vero variam, ſtriatam, reticulatam et ſic porro obtinent, quae conditio ſubdiuiſionem generi praebet. Illae vero, quarum margo in angulos ſcinditur, *patellarum laceratarum* nomen gerunt.

p. 117. 2) *Anſata* denominationis rationem a proceſſibus, quibus inſtruitur, traxit. *Calyptra* in proceſſum conicum, *cochlearia* in umbonem cochlearis, velut in anſam abit: *mitrae hungaricae* conus, ex apice procedens, incuruatur: *cochlolepas* autem in conum irregularem, inclinatum atque ſpiralem deſinit.

p. 120. *Diconchae* ex duabus teſtis ſeu valuis conſtant, quae, ſi magnitudine ſibi reſpondent, *aequales* nominantur. Notat autem Cl. Auctor, eas ex hoc numero excludi, quarum teſtis aliqua pars, ſeu ſegmentum,

mentum, fuerit addita. Discrepantia testarum *inaequalibus* nomen dedit.

Priores, aequales scilicet, *conniuentes* sunt vel *interruptae*. Istarum sex classes adducuntur: Nempe

1) *Diconchae figuratae*, quae cum naturali aut cum artificiali corpore conueniunt. *Auicula*, si claudit valuas, refert volucrem alis expansis: sursum enim ala, retrorsum cauda, antrorsum rostrum eminet. *Tudes Polonica* dicitur ea, quae visa fuit flexuose scriptam litteram T. exprimere. *Isognomon* lineas, ad angulum rectum sibi iunctas: *Parallepipedum* duas pyramides, in dictam formam coeuntes, repraesentat.

2) *Ostreum* figurae irregularis valuas sistit et ver- p. 122.
tice diuerso instruitur: *Longum* est, quod ad circuli formam non accedit: *Mater perlarum* placentae formam habet et circa cardinem ab una parte aurita est. *Laeue ostreum* superficiem glabram habet, quam vario modo inaequalem ostendunt reliqua genera, ex impositis nominibus distinguenda, *imbricatum* scilicet, *plicatum* et *muricatum*.

3) *Musculus* oblongae formae est, cuius testae li- p. 127.
gamento laterali sibi iunguntur. Genera figura eorum stabilit: *Acutus* ex acuto vertice elongatur, *latus* oblique expanditur in latitudinem, *mammarius* autem ad cardines processibus exornatur, mammillam imitantibus.

4) *Cyclas* sub se comprehendit ex plano rotundas p. 129.
conchas, quarum ex vertice umbo procedit.

5) *Diconcha aurita* ad cardinum coniunctionem p. 130.
processum habet, qui mediante ligamento cum oppositae valuae productione coit. *Pecten* rotundus est, striatus: *Amussium* magis planum, margine acuto, laeui, intus radiis pluribus subtilibus exaratum, quorum defectus *Pseudamussio* nomen dedit: *Ctenoides* non nisi irregulari suo corpore discrepat ab his: *Radula* ad latus aurem adhaerentem monstrat, de reliquo

quo ſinuata eſt et ſtriis ſquamoſis exaſperata. *Vola* duplicis generis valuas obtinet, unam planam, plicatam, alteram concauam, in vertice producto auriti obſeruantur proceſſus: *Triquetra*, a figura nuncupata, ad cardines auriculata eſt: *Spondylus* craſſitie a pectine recedit: *Mytulo-pectunculus* vero cum muſculis conſpirat et latioribus tantum auribus inſtruitur.

p. 137. 6) *Diconcha cordiformis*, ex valuarum applicatione ſibi facta oritur, dum illae ad verticem coniunctionis incuruantur, ut cordis formam exprimant. Plana itaque concha, vel paulum conuexa, ad perpendiculum connexa, *Hemicardia*, valuae utrinque conuexae, *Iſocardia*, irregularis figurae *Anomalocardia* dicitur.

p. 145. *Interruptae*, quarum limbus non totus cohaeret, ſed hinc inde patet, in quinque diuerſas claſſes diſtribuuntur.

1) *Diconcha ſulcata* nominatur, cuius valuae ginglymo ſibi iunguntur, ſulco inter cardines medio reſtante. Harum pauciores ſpecies extant.

p. 146. 2) *Vmbilicata* a latere cardinum foueola inſtruitur. Figura earum circinata *Circomphalon* facit, ſtriata ſeu radiata *Actinobolum*, cancellata *Omphalo-clathrum*.

p. 148. 3) *Diconcha ſinu profundo* ſeu *Chama* labiatis lateribus ſinum intercipit, hinc *Chamaetrachea* audit, ſi variis eminentiis inſtruitur, quibus deſtituitur *Chamaelea*: quartam circuli partem complet in longiori latere ſinu excauata *Quadrans*.

p. 156. 4) *Diconcha ſinu prominulo* ſeu *Tellina*, in labiis leuiter replicatur. Genera ſuperficiei indoles definit, et inde *circinatae*, *virgatae*, *ſtriatae*, *granulatae laeues* et *muricatae* recenſentur.

p. 163. 5) *Pyloris* margines, hiatu diductos, portae inſtar hiantes, oſtendit. *Longas*, tubulorum more cauas, *Solenes biualues* Noſter cum RVMPHIO dicit; ſi in utraque

utraque extremitate patent, *Concha longa biforis* vocatur: margo inaequalis eſt in *Pholade*: in unico loco marginis tantum aperitur *Concha longa uniforis*, in verticis umbone planum latus, lineis diſtinctum, obtinet *Muſculus polylepto ginglymus:* ad triangulum, acutis angulis praeditum, vertice acuto, baſi aſpera, aperta accedit *Pinna*: breuis eſt, utrinque patens *Concha eboracenſis*: maior, craſſa, ſubrotunda, altera parte hians *Glicimeris:* craſſas ſtrias habet, obtuſumque verticem, ad baſin demum aperta *Mactra.*

Inaequales porro diconchae, cum pauciores ſint numero, qui claſſium nouam diſtributionem non expoſcit, ad pauca etiam genera redeunt.

Terebratula in roſtro perforata obſeruatur: integra eſt, per ambitum in tres gibbos eleuata, *Concha trilobos*, alteram valuam, roſtro adunco donatam, alteram, quaſi operculum admittit, *Concha adunca.* Inaequales valuas, roſtratas tamen et integras *Burſula:* fere globoſas *Globus:* fimbriatas *Stola:* in medio loco proceſſu acuto, longiori, ornatas *Concha anſata* accepit. p. 171.

Polyconchae, in tertia parte deſcriptae, plures valuas habent. Huc refertur *Concha anatifera*, ex quinque vel ſex valuis conſtructa, quae plerumque lignis putridis adhaeret. p. 174.

Nidulorum teſtaceorum deinde nomine veniunt, domicilia animalculorum ſeſſilia, ſimplicia vel coaceruata. Ex pluribus laminis aggregatis conſtat *Balanus*, qui in vertice tantum patet: ſi vero unica tantum lamella glandis formam exprimit, *Monolopos* Noſtro vocatur; plures ſibi iunctae, *Polylopon* faciunt. Circa verticem, ſtellae ad inſtar, collectae *Aſtrolepas*, et folioſum capitulum ſiſtentes, *Capitulum* dicuntur. p. 175.

Expoſuimus itaque totius methodi ambitum, quem longe quidem magisque perſpicuum fieri per adiectas icones non negamus: putamus tamen rerum peritos

peritos etiam notas, quibus in diſtinguendis hiſce corporibus uſus eſt, ſollers indagator, breui noſtra epitome ſufficienter poſſe perſpicere. Excipit autem eam, ſupra notata:

Lucubratiuncula de formatione cremento et coloribus teſtarum. Duae ſunt, quae de exortu conchyliorum inter phyſicos ſcrutatores adoptatae ſunt opiniones, altera eorum, qui ſucceſſu demum temporis teſtas eorum formari credunt, altera illorum, qui ex ouo teſtis iam inſtructa ea prodire ſtatuunt. Priorem in ſe defendendam ſuſcepit REAVMVRIVS*, poſteriorem Cl. Auctor. Occaſionem vero conſcribendae tractationi dedit diſſenſus, qui Noſtrum alumque amicum hac de ſententia diſſerentes, intercedebat, et, quantum ex praemiſſa illi praefatione iudicare licet, ante octo iam et quod excurrit, annos elaborata fuit. Experientiae et obſeruationibus ea in re multum fidendum eſt: quam ob rem ſuam Cl. Auctor opinionem fide dignis LEVWENHOEKII atque LISTERI teſtimoniis, nec non WILLISII, MARSILII, RVMPHII, SWAMMERDAMIIque comprobat. Dum autem hortenſium cochlearum prolem, teſtis praeditam excludi adſerit, idem et nos obſeruaſſe, noſtrum ſi licet addere calculum, reticere non poſſumus, cum adeo minutas easdem, iamiam plenioribus teſtis obuulutas inuenerimus, quae ex ſuccis inquilinis poſt natiuitatem earum vix accedere potuiſſe videantur. Non improbabile quidem propoſuit argumentum Cl. REAVMVRIVS, tranſpirationis opus eſſe teſtaceum illud inuolucrum conchyliorum, cum viſcida in plerisque inueniatur materies, cui concreſcendi vis et condenſatio, ab aere facta, denegari nequeat; at, ſi ſimul cum teſtis excludantur, quod absque aeris admiſſione tranſpirationi locus non datur, concidit hypotheſis, bene monen-

p. 10.

* Vid. Memoir. de l'Acad. Roy. des Scienc. 1709. p. 475. Ed. Amſtd. 8.

monente Cl. KLEINIO. Porro non deſunt exempla conchyliorum, quorum exterior ſuperficies coriaceae eſt naturae, qua demum remota lapidea ſubſtantia eorum in oculos incurrit, quae itaque perſpirationis opus eſſe non poteſt. Nec harum rerum peritum fugit, minutiſſimas teſtas emortuorum conchyliorum copioſiſſime paſſim occurrere. Perpendit deinde Cl. Auctor aliorum etiam de hac formatione opiniones, in primis praeter iam dictas eas AB HEYDE, STENONIS atque LISTERI. Ex his p. 13.
autem concludit, ſimul cum animali naſci teſtam, cum augmento eius et hanc maiorem reddi, illam ex fiſtulis componi et ſub perioſtio externo a ſucco vitali, cui *teſtificans* accedit, efformari. Quodſi enim per perſpirationem fieret teſta, nunquam illa intermitteret augeſcere, quod animal, quamdiu viuit, perſpirat, id, quod neceſſario difformem et ipſi animali, intus contento, moleſtiſſimum conſtitueret domicilium. Ipſa etiam animalis forma obeſt; ſucceſſiua namque formatio et ſpirarum additamentum praeſupponeret, aliquando animalis partem nudam eſſe debuiſſe, quod absque vitae detrimento fieri nequiret. Sunt quidem conchylia, quorum limbus extimae ſpirae ſeu thalamus corporis anterioris ſenſim dilatatus exiſtit, ſed illud per *ſaliuam*, *ex ore* p. 16.
eructatam, magis perfici opus credit Cl. Auctor, quam ſuam ſententiam ulterius autem non comprobat. Illuſtrandae demonſtrationis cauſa ad finem operis icones minimarum teſtarum, varii generis conchyliorum proponuntur, qua ſumma earum a tenerrimis incunabulis perfectio oſtenditur. Fontes vero tranſpirationis lapideſcentis ponit REAVMVRIVS in collare cochleae, ſeu orbita, ad anteriorem partem teſtae conſpicua, varii quae eſt coloris, ab hinc teſtarum colorem deducit; ſed reſpondet Noſter, non hoc ſolum in loco, ſed ubiuis tranſpirare animal, differentias autem coloris inde minime deducen-

ducendas esse, quod in elegantissime pictis conch
liis saepe nullius fere singularis coloris sit ille oc
p. 20. culus, aut materia inde procedens. Hinc potius
stam vocat, *os*, *natura sua proprium animali et*
commotis in artificiosissimis et corpori cochleae adae
tis vel subtilissimis vasis, compositis, filtratis, rur
mixtis et attenuatis, demumque per fibras, tubul
fistulasue transmissis, dispositis et determinatis succ
p. 22. *colores in testam introduci.* RVMPHIVS quidem i
Museo Amboinensi sudare conchylia adseruit, quo
Cl. Auctor etiam obseruauit, sed eo demum tempo
re, si exterior superficies membrana sua, qua, ce
periosteo, inuoluitur, fuerit priuata. Contradic
re deinde experientiam probat explicationi illi, qu
ex collaris puncto colorato, per motum lineas i
testa variegatas describi autumauit REAVMVRIV
simulque ante nominati RVMPHII de formatio
conchyliorum hypothesin proponit, diiudicat, v
riaque contra eam monet. In muricatis praecipu
conchyliis, ex collaris eminentiis, a RVMPHI
praesuppositis, processus eminentes non exoriri pol
se inde docet, quod alias non nisi anterior pars cu
p. 25. deret aspera. Ne tamen obiectioni locus superst
nunc sententiae Reaumurianae et Meryanae, qu
contra illius dubia mouit, momenta singula contem
platur, simulque demonstratum iuit, cochleae testa
varie vulneratas, resarciri iterum et prout ossa fr
cta denuo conferuere, nec non officinam in iis sin
gularem existere pro succorum, testam efficientium
praeparatione. MERYVS in eo a REAVMVRIO differ
quod non omnium conchyliorum genesin uno co
demque fieri modo credat. Docet autem conspectu
minimis conchis tot, quot adultis datas esse spira
magnitudine tantum discrepantes, colorum tamen
p. 30. varietate cum his conuenientes. Cum praeter e
periosteum externum certo habeant, appositio
transpirante materia intus facta, angustare cauitatem,

quae

quae ſtationem non permittat animali, et ſi attritus fieret, ſuperuacaneum eſſet appoſitionis opus, omnisque tranſpiratio fruſtranea. Pinnae exemplum eam ob rationem adducit Cl. Auctor, in qua manifeſto ſibi impoſitas lamellas conſpicere licet, quarum vegetatio, ut a Cl. KLEINIO vocatur, a communi vasorum principio, tanquam ex officina, proficiſcitur. Haec autem partim in cardine, partim in loco coaeſionis tendinum, partim ad clauiculam quaerenda eſt. Mytuli enim laminae a cardine ſine dubio p. 33. originem trahunt, cum quo et continuae ſunt, et corneae, ut ille, indolis. Alio deinde, a reparatione laeſarum teſtarum deſumto, argumento confirmatus REAVMVRIVS, ſuae ſtabilire veritatem annixus eſt ſententiae: vidit nimirum laminam quandam oriri, a tranſpirante ſucco effictam, illique ab interiori latere accedere alias, quae ſenſim deperditam reſarciunt partem. At regerit Noſter, hic, ut in vulneribus animalium, rem fieri, et ſub cruſta, ex ſuccis effuſis enata, a vitalibus liquoribus defectum iterum reſtitui, nec poſſibile videri, in augmento vel noua formatione teſtarum tantum abſcedere debere primam laminam et attolli, quantum neceſſe ſit ſpatii, ad reliquas, naturalem conchyliorum craſſitiem exprimentes, adiungendas. Falli etiam ad- p. 39. firmat REAVMVRIVM, qui muſculum cochleae ſeu ſacculum a prima iuuentute centro primae ſpirae infixum, cum aetate inter ſecundam tertiamque ferri credat, cui rei diſſectio ſtudioſior contradicit, qua compertum eſt, hunc priorem ad locum perpetuo applicatum reſtitaſſe, in poroſam autem fabricam earum ſpirarum ſuccum immitti, qui olim augmentum earum ſit productūrus. Nam ſacculo laeſo certiſſimus exiſtit cochleae interitus, nec pars laeſa reſtituitur, quare praeparandis ſuccis ille optime adaptatus eſſe videtur. Ad finem tandem tractationis monetur, opercula etiam, in primis illa con-

chyliorum, quae nunquam deponuntur, ſed cum animali perdurant, ex ouo iam formata procedere, quippe cum et illa, prout de reliquis teſtis dictum eſt, cum aetate augentur. Patet itaque in adſtruenda ſua theſi nihil oblitum eſſe Cl. Auctorem, quod ad eam reddendam probabiliorem facere videbatur.

Commentarius in PLINII locum varia quoque ſpecimina continet ſcientiae.

Sciagraphia methodi ſerpentium autem ea breuiſſimis enumerat animalia, quae ſine pedibus pinnisque viuunt, corpus vero teres aut complanatum, cute vel tectum vel deſtitutum habent, et in *angues*, quorum cutis ſquamata eſt, vertebrisque per longitudinem corporis inſtruuntur, *vermes*que, qui nudi ſunt et apodes omnes, ſecedunt. Secundum eius normam, cum a Cl. Auctore elaboratum iam opus eſſe nobis conſtet, cuius editionem ſperamus, nunc totam tabulam hic inſeremus:

Ser-

- Ordo I. *Anguis.*
  - Capite discreto, cauda attenuata
    - *Vipera*
      - Dentibus anticis caninis Κυνόδον.
        - Vulgaris variorum locorum ἔχις.
        - Caudisona.
        - Conspicillaris.
      - Dentibus pectinatis, (Lucii piscis vel crocodili similibus) Ἰχθυόδον.
    - *Coluber.* Dentibus aciculatibus, plurimum umbrosis et velut acu pictis Λυγαιόδον.
    - Anodon. Ἀνόδης. Edentulus.
  - Capite indiscreto, cauda truncata
    - Cauda prae capite anomala *Scytale.*
    - Capite et cauda anomalis *Amphisbaena.*

  Serpentium

- Ordo II. *Vermis*
  - Lumbricus: teres
    - terrestris: vulgaris.
    - aquaticus: vena Medeni seu Gordius.
    - animalium.
  - Taenia: planus.
  - Hirudo: ventre sessili.

XII.

Traité des eaux minerales de Spa par IEAN PHILIPPE DE LIMBOVRG, Docteur en Medecine. à Leide de l'Imprimerie d' Elie Luzac Fils, 1754. 12. mai. pl. 15.

h. e.

Tractatus de aquis mineralibus ſpadanis, Auctore IOANNE PHILIPPO DE LIMBOVRG.

Quo quis celebrior eſt fons medicatus, eo plures eriam habet ſcriptores, qui eius virtutes praedicare, et, quocunque fere luſtro, nouis ſcriptis in hominum renouare ſolent memoriis. Aquis igitur ſpadanis, quae multis ab annis cauſam celebritatis atque nominis habuere, non defuere eius modi ſcriptores, qui earum indolem atque naturam examinauerint, ac celebrauerint vires. Verum enim vero haec Cl. LIMBOVRG minime detinere potuerunt, quin experientias ſuas atque obſeruationes, de his aquis factas, cum orbe erudito communicaret, atque publici faceret iuris.

p. 9. In *praefationis* initio duos medicos refutare conatur celeberrimum quondam HOFFMANNVM, et Cl. MOVLLIN. Hunc, quod in tractatu, quem de aquis mineralibus *paſſiacis*, ſub titulo: IEAN MOVLLIN *de Macquery Traité des eaux minerales nouvellement decouvertes à Paſſy, à Paris 1723*, edidit, ſpa-

p. 13. danas paſſiacis ideo poſtpoſuit, quod aquae paſſiacae inter alia maiori virtute purgandi gauderent; in qua tamen primarium uſum aquarum mineralium, praeſertim ferratarum, non ponendum eſſe contendit: illum, quod in examine aquarum mineralium ſchwalbacenſes comparauerit ſpadanis, et aequales dixerit; quamuis aquas ſpadanas non ad fontem

p. 17. ipſum, ſed in lagenis examinaſſet miſſas. Leuitatem

tem enim ſpecificam, qua ſchwalbacenſes antecedere credidiſſet ſpadanas, certe in fontis geronſtere inueniſſet aquis.

Catalogum deinde auctorum, qui de aquis ſcripſerunt ſpadanis, quem ad modum Cl. SPRINGSFELD, quem etiam in ſequentibus nominat, in *itinere medico ad thermas aquisgranenſes et fontes ſpadanos, Lipſiae 1748*, iam fecerat, adiicit: cuius vero indicem, ſicuti ex facta cognouimus comparatione, ſcriptis quibusdam auctum inuenimus*. p. 25.

* Sunt autem ex his ſequentia huc referenda:

9) *Deſcription du Magnifique préſent que Sa Maj. l'Empereur de la Grande Ruſſie a fait au Magiſtrat de Spa, en reconnoiſſance de ce que, par le ſecours de leurs eaux, il a obtenu l'entier recouvrement de ſa ſanté en 1717. Liege.*

12) *Diſſertation inaugurale ſur les eaux de Spa, ſoutenuë à Leide 1736. par Mr.* P. L. DE PRESSEVX, *traduite du Latin et augmentée par* I. P. LIMBOVRG, *D. en Med. à Spa chez* DELERV *Apoticaire à l'Autruche 1749.*

15) R. ZAFFII Synopſis obſeruationum, accedunt obſeruationes medicae P. L. DE PRESSEVX de aquis ſpadanis. Lugd. Batav. 1751.

17) *Principes contenus dans les differentes ſources des eaux minerales de Spa, par* N. TH. LE DROV *D. en P. et M. à Liege 1752.*

Tandem addit aliarum celebrium acidularum catalogum ſcriptorum, quibus non ſolum uſus eſt Cl. Auctor, ſed qui etiam, dum alias aquas cum ſpadanis comparârunt, harum aquarum fecere mentionem: inter quos ſequens nobis nouus viſus fuit liber.

15) *Eſſais ſur l'analiſe de l'eau minerale de la grande Flemale, ou comparaiſon de cette eau avec celles de Spa, à Liege 1750.*

Hos igitur auctores, quia nondum praeter ZAFFII obſeruationes, bibliopolarum forte incuria, in noſtris oris cogniti fuere, eam ob cauſam adduximus, ut bibliothecam hydrographicam perfectiorem reddere queamus.

p. 37. Ipſum vero tractatum Cl. Auctor in duas partes diuidit, quarum prima pars *theoriam*, ſecunda praxin, tam *rationalem*, quam empyricam, quae illi *experimentalis* audit, continet. Prima theoretica pars octo capitibus abſoluitur.

In *primo* capite de principiis et elementis corporum, hiſtorice et philoſophice, nimis tamen, ni fallimur, generaliter agit.

In *ſecundo* fontium in genere, et praecipue ſpadanorum, docet origines. Narratis igitur diuerſis de fontium origine, opinionibus, illam approbat, quae, ex vaporibus ſubterraneis, in cryptis montium collectis, illorum explicat perennitates. Quare nullam aliam, quam hanc, originis fontium ſpada-
p. 58. norum agnoſcit cauſam. Quamuis concedat aquas minerales fuiſſe fortiores tempeſtate ſerena, quam pluuioſa; quod omnino mixtionem cum aqua pluuiali factam ſuſpicari liceret: tamen ex maiori aeris atmoſphaerici leuitate, qui nubilo caelo ſcaturiginem aquasque minus premit, aquarum abire credit ſpiritus volatiles, qui ſereno caelo ab aere grauiore magis retinerentur.

In *tertio* capite fontium defendit differentias, quas ex his facile probat, quod ſalis, terrae, ſulphuris, ferri, vitrioli proportio in omnibus fontibus non eadem eſſe poſſit.

p. 69. In capite *quarto*, poſtquam fontium ſpadanorum ſitum, et terras, quibus profiliunt, deſcripſit, nomina refert Cl. Auctor, quibus diuerſi hi fontes diſtinguuntur, ſcilicet *Pouhon*, *Geronſtere*, *Sauveniere*,
p. 73. *Groisbeck*, *Watroz*, *Tonnelet*. Horum nominum, fere barbarorum, originem partim ex lingua prouinciali wallonica, quae ſpadanis etiam adhuc in uſu eſt, deriuat, partim ab horum fontium aedificatoribus et poſſeſſoribus deducit: qua occaſione non praeterit horum fontium, praeſertim *Pouhon*, et *Sauueniere* celebrare antiquitatem.

In

In *quinto* capite exponit principia, ſeu partes conſtitutiuas, aquarum ſpadanarum, quas aquam, aerem, ferrum, ſpiritum acidum, ſulphur, terram, ſalem alcalinum, ſalem marinum, et ſalem GLAUBERI eſſe contendit. Aquam nemo negat: aerem aſcenſus bullularum, ſi libero aeri aquae minerales exponuntur, manifeſtat: ferrum ſub forma ochrae fundum petere, et cum tinctura adſtringente gallarum nigricare cognoſcimus: ſpiritum acidum ex ſapore acidulo, ructibus acidis, qui potatoribus poſt hauſtum aquarum ſuperueniunt mineralium, et denique ex virtute, qua ferrum ſuſtinuit ſolutum, quod ab acido fieri poteſt ſolo, probat. Quid? quod hanc vim ſoluendi ferrum, aquis ſpadanis adhuc ineſſe dicit, quando ſub diu per aliquod etiam ſtetere tempus, et terra ferrata, martialem noſtri nominant, ex interſtitiis iam deſcendit ad fundum, ſi ſcilicet nouum ferrum vappidae huic iniiciatur aquae, quod ſenſim ſolui affirmat. Noua haec nobis viſa eſt experientia, et a nullo, ſi recte quidem iudicamus, aquarum ſcrutatore animaduerſa: quare illam adnotauimus, ut ab aliis repeti queat. Sulphur demonſtrare conatur Cl. LIMBOURG non ſolum ex odore ſulphureo, quem aquae, praeſertim *Geronſtere* de ſe ſpargunt, et quem prope fontem *Pouhon*, ſi, purgandi cauſa, plane exhauſtus eſt, percipi autumat: ſed etiam ex tinctura flaua, quam ſpiritus vini, ochrae affuſus, acquirit, et ex ſcintillis, quas modo dicta ochra, ferro candenti iniecta, excutit, id, quod τῦ φλογιςῦ ſit indicium. Salem alcalinum fixum, ſecundum Cl. Auctorem, maſſa poſt euaporationem remanens, ſapore ſuo urinoſo, igneo, et efferueſcentia cum acidis declarat. Terram, quam eadem maſſa dedit, num terris adſtringentibus, calcareis, gypſeis, an ſelenitieis adnumeret, haeſitat: interim illam deſcribit tanquam terram albicantem, duram, intra dentes ſtridentem.

p. 83.

p. 90.

Salem marinum guſtu quidem, quod nobis, vt nihil diſſimulemus, difficile creditu fuit, in eadem maſſa remanente, quae ſalem alcalinum continet, detegi poſſe contendit; quam aſſertionem tamen ſubſequenti certiorem facit experimento: dum miſturam ex ſpiritu nitri, et ſale illo, qui poſt euaporationem reſtitit, parat, et in hac ſe aurum ſoluiſſe affirmat. Id, quod cum a ſola aqua ſic dicta regia, quam ſal marinus, vel communis ingreditur, ſolui poſſit, de ſalis marini in aquis ſpadanis praeſentia
p. 93. non amplius dubitandum eſſe concludit. De ſale mirabili GLAVBERI, ſe non adeo certum, nec ſufficientibus experimentis conuictum eſſe ipſe fatetur Cl. Auctor. Inter ea ſi quis admitteret ſalem communem in aquis ſpadanis, etiam ſalem GLAVBERI concederet: nam α) ſapor acquiſiti poſt euaporationem ſalis eſſet amarus, et poſtea refrigeratorius: β) cryſtalli, ex illo ſale paratae, quod ad figuram, eſſent parua parallelepipeda rhomboidea, interdum quatuor, quinque, vel ſex angulos habentes; ex quibus characteribus ſalem mirabilem GLAVBERI ſuſpicari liceret: ad quod accederet, quod γ) ſal GLAVBERI ex acido vitrioli et alcali fixo foſſili compoſitus eſſet, quas duas partes acidulis ineſſe iam probaſſet in ſuperioribus; quare de ſalis mirabilis GLAVBERI admiſtione in aquis ſpadanis minus ſit dubitandum. Vbi nil miramur, quam quod Cl. Auctor, non euidentioribus experimentis, ex chemia cognitis, ſe aliosque de ſalis mirabilis praeſentia conuicerit, quod facile potuiſſet ac debuiſſet, praeſertim cum hodierni aquarum mineralium ſcriptores plurimis acidulis ſalem GLAVBERI inhaerere affirment, et de aquis ſpadanis iam probauerint.

p. 99. In capite *ſexto* tradit quasdam experientias ſpeciales, ſolutiones atque explicationes quorundam dubiorum atque phaenomenorum aquarum ſpadanarum. Diſputat Cl. Auctor, num aquae minerales

ex

et harum ochra etiam ſalem alcalinum *volatilem* continent? Quo negato quaeſtionem dirimit, num aquae minerales ferratae, acidae, an alcalinae nominandae? Si de partibus conſtitutiuis ſit quaeſtio, reſpondet, et ſalem alcalinum et acidum contineri in aquis mineralibus: ſin vero de ſale, qui abundet, ſiue ſapore ſe magis prodat, ſermo ſit, maiori iure vereres illas acidulas nominaſſe, defendit.

Pari ratione circa vitriolum, aquis mineralibus in- p. 104.
haerens, agit. Volatile concedit, ſed fixum, quod fortiorem cohaeſionem acidi cum terra ferri requirit, negat: nimis enim volatile acidum aquarum mineralium aſſerit eſſe. His praemiſſis Cl. SPRINGSFELD * experientias, quibus ſiſti, et, ut chemici loqui amant, figi poſſe proponebat vitriolum, molitur reddere dubias. Auctum enim accepti vitrioli pondus, a ſolutis et adhaerentibus terra ferri, terra alcalina et ſalibus, acidulas componentibus, deriuat. Nunc quaedam monet de colorum mutationi- p. 107.
bus, quae in aquis mineralibus obſeruantur, quando cum vegetabilibus miſcentur adſtringentibus e. e. puluere gallarum, decocto herbae theeboy etc. Hunc colorem ſemper proportionalem credit quantitati vegetabilis adſtringentis, et ferri in acidulis contenti. Itaque parum adſtringentis, colorem nigrum; pluſculum, coeruleum et violaceum; multo plus, purpureum efficere colorem opinatur. Expoſitis his narrat modos diuerſos, ſecundum quos p. 111.
calore, concuſſu, gelu, admiſtione alcalinorum, adſtringentium vegetabilium, et aere ipſo mutantur aquae ſpadanae. His alias experientias nectit, ſcilicet, aquas ſpadanas non coagulare lac; nec efferueſcere cum acidis, nec cum alcalicis; turbare et praecipitare ſalis ſaturni ſolutionem lactis inſtar; reddere vinum burgundicum et excrementa nigra, et quae ſunt reliqua.

* In itinere medico p. 71.

p. 115. Extractum, quod vires aquarum mineralium principuas, quasi in compendio, continet, ex aquis *Pouhon* confici posse, non nulli venditarunt medici practici spadani, simulque illo acui atque augeri aquae crediderunt virtutes. Se etiam tale parare posse, et paravisse, cum et sine salis tartari additione, asserit Cl. LIMBOVRG: sed futile et frustra iactatum esse remedium sincere, uti etiam debet, profitetur. Tandem de mutatione fontis *Pouhon*, qua limpiditatem suam interdum perdit, et lacteum quasi colorem induit, et *de cantu*, seu potius sibilo fontis, quo audito pluuiam plerumque praedicere solent oppidani, non nulla addit. Illud partim a transitu aeris mineralis per aquam, partim a partibus terreis non bene solutis, aliisque causis concurrentibus oriri dicit: hoc autem explicare, eiusque conditiones determinare, quia sufficientibus destituitur experientiis, nondum audet, quamuis concedat aerem per angustum orificium pressum in causa esse.

p. 121. In capite *septimo* indicat differentias fontium mineralium spadanorum. Differunt autem supra nominati fontes non solum sapore; qui in *Pouhon* est acidus, in *Geronstere* sulphureus, in *Sauveniere* acidulus, in *Groisbeck* acris, in *Tonnelet* vitriolicus, in *Watroz* austerus; sed etiam gradu frigoris; proportione partium fixarum, spirituum acidorum et sulphureorum; virtute plus minusue subtili atque efficaci; maiori partium ingredientium inter se cohaesione; diuersa grauitate specifica; et vario inde dependente in corpus humanum effectu.

p. 131. In capite *octauo* demum agit de modo, quo acidulae in genere, et speciatim spadanae generantur. Ex multis illis excogitatis, ac plerumque fictis modis, quibus acidulae gignantur, duos tantum agnoscit possibiles. Vel terra, quam aqua alluit, fuit mollis, et aqua partes plus minusue solubiles in se recepit: vel aqua antea iam fuit acida, et praeterfluendo

fluendo ſoluit venas metallicas duras. Prior modus Cl. Auctori minime probabilis videtur. Poſterior, licet arti et naturae conſentaneus ſit, propter ea non placet Auctori, quia acidum in aquis mineralibus cum reliquis partibus et ipſa aqua, non ita arcte coniunctum ſit, ac eſſe debeat, ſi hic modus locum haberet. Nouum igitur proponit modum, qui in eo conſiſtit, ut acidum aſſumat, quod ſub vaporum et halituum forma per cryptas terrae vagetur, mineras lambat, ſalem, terram, reliquaque ſoluat, ſecumque coniungat; tandemque, his vaporibus collectis, fons mineralis profiliat. Hac enim ratione acidi mineralis fugacitatem, quae chemicis volatilitas dicitur, eiusque leuiorem cum acidulis cohaeſionem atque ſuperficiariam alcali combinationem facilius comprehendi poſſe arbitratur. Ex leuiori illa cohaeſione etiam ſaporem acidulum praeualentem explicat, qui inter potandum linguam tam grate allicit; et ex ſuperficiaria hac combinatione rationem reddit, cur acidum alcali non ſtatim aggrediatur, ſed tempus aliquod requirat: et aqua *Pouhon* tincturae coeruleae, ex maſſa illa violacea, *Laccmus* dicta, paratae, rubrum conciliet colorem: eadem autem aqua ſyrupo violarum affuſa, quando cum illo per aliquot horas mixta ſtetit, eius colorem violaceum mutet in viridem? Vt vero ſuae maius addat pondus opinioni, ſpeciale adducit experimentum. Sumſit enim aquam communem, paulo aceto vini mixtam, immiſit hanc miſturam cucurbitae vitreae, huius alembico indidit parum ſalis alcalini, et limaturae ferri. Deſtillatione peracta, obtinuit liquorem, qui, quod ad ſaporem, leuiter acidus, ſed, quod ad odorem ſpectat, multo acidior erat, et ferri parum, ſalis autem alcalini prorſus nihil participabat. Hunc liquorem miſcet cum violarum ſyrupo, initio color violaceus non mutatur, ſed poſt modo viridis euadit, ac cum aquis accidit ſpadanis. Pari ratione

fontis

fontis *Geronſtere* et *Sauveniere* exponere ſtudet indolem ſulphuream. Actioni enim illius acidi volatilis quod ſalem alcalinum et terram ingredi credit, ſeparationem ſulphuris, quod cum alcali antea hepar ſulphuris conſtituebat, tribuit. Id quod etiam obſeruatur, dum ſulphuri ab alcali ſoluto ſuperaffundimus acidum. Qua de re aquam aceto mixtam denuo cucurbitae iniicit vitreae, alembico autem hepar ſulphuris indit, et deſtillando nanciſcitur liquorem, qui odorem habebat et ſaporem fere, ac aqua fontis *Geronſtere*.

p. 141. Sequitur nunc *pars ſecunda*, eiusque *ſectio prima*, quae praxim rationalem, ſeu fundamenta quaedam practica generalia, continet. *Primum* caput de mechanismo corporis, et functionibus animae, quae omnia lectori medico ex phyſiologicis cognita eſſe debent, agit.

Caput *ſecundum* animae, *tertium* corporis in genere pertractat morbos, et non nulla de quibusdam morbis in ſpecie, e. g. obſtructione, laxitate, morbo hypochondriaco et hyſterico, adiicit. Haec quoque ex pathologicis praeſupponi potuiſſent a Cl. Auctore.

p. 180. Caput *quartum* partium conſtitutiuarum aquarum ſpadanarum in corpus humanum explicat effectus, et quid ferrum, ſpiritus acidus mineralis, ſulphur, ſal alcalinus, communis, et mirabilis GLAUBERI in corpore humano praeſtent, ſingulatim exponit.

p. 191. Caput *quintum* hos effectus in aquis ſpadanis unitos, et coniunctim in corpus hominis agentes, conſiderat: multosque morbos, in primis chronicos, indicit, quibus conueniunt ſaepe memoratae acidulae. Vbi hoc nobis prae aliis viſum fuit notabile, quod aquarum ſpadanarum uſum laudet in internis abceſſibus corporis, e. g. pulmonum, quos his euacuari poſſe

poſſe credit: ſi modo aeger, vel medicus, certus p. 195.
ſit, pus eſſe bonum, nec aegrum nimis debilem. Nos autem in ſuadendis aquis mineralibus, cum abſceſſus, praecipue pulmonum, iam adſint, fore timidiores atque cautiores, non negamus: quia in eius modi ſtatu morbi, ubi viſcus, vel ſaltem pars eius iam abiit in ſuppurationem, uſus omnium acidularum, praeſertim ferratarum, ſemper ſuſpectus eſt. Mortem enim harum uſu accelerari ſaepius vidimus.

Caput *ſextum* varios proponit effectus, quos di- p. 203.
uerſi fontes ſpadani in corpus edunt humanum, quare bene diſtinguendos eſſe hos fontes, et morbos ipſos, monet Cl. Auctor. Morbos igitur non ſolum, ſed etiam naturam, temperiem, ſexum indicat, quibus hic vel ille commendari debeat fons. Difficultates tamen non negat, quae hac occaſione oriri poſſunt in quibusdam caſibus, num ſcilicet hic vel ille fons ſuaderi atque eligi debeat, quas in capite *ſeptimo* recenſet, et aliquatenus remouere ſtudet.

Caput *octauum* innuit neceſſariam praeparationem p. 211.
corporis ante uſum acidularum, quae vel venae ſectione, vel purgatione, vel utraque ſimul fieri ſolet. Limites igitur et tempus determinat Cl. Auctor, quando adhiberi, vel plane omitti debet haec praeparatio, ubi utiles circa conſuetum uſum purgantium, quibus multi ſaepe abutuntur medici aquarii, addit cautelas.

Caput *nonum* tempus, copiam et modum definit, p. 224.
ſecundum quem aquae ſpadanae debent capi, qua occaſione Cl. Auctor non ſolum remedia narrat, quibus interdum inter potandum utendum ſit: ſed ea etiam adnectit, quae circa aerem, venerem, potum, motum et reliqua, ſunt obſeruanda. Inculcat in primis equitationem, vectionem, aliosque luſus, quibus corpus exercetur. Frictiones quoque corporis commendat. Somnum pomeridianum aſſuetis

non

non diſſuadet: quem ad modum et his, finita potione, hauſtum caffe, quem alii nimis ſcrupulosi medici eo tempore indiſcriminatim damnant, ob easdem concedit rationes, quid? quod ad promouendum ſuadet effectum aquarum. Potus illius ex fructibus cacao parati, quem noſtri ſuccolatam vocant, non ita celebrat uſum, ſed hauſtum caffe, vel vini feruefacti, vel ptiſanae calidae illi ſemper praefert. Infuſum thee prorſus damnat tempore curae.

p. 235. Caput *decimum* diſquirit, qualis diaeta, qualeque regimen ad uſum aquarum ſpadanarum conueniat? In non nullorum alimentorum atque ciborum proprietates inquirit Cl. Auctor, quorum uſum ad cuiuscunque aegroti naturam atque conſtitutionem accommodandum eſſe pronuntiat. Fructus horaeos ſubacidulos, e. g. fraga, ceraſa, rubos, licet alii moroſiores medici durante cura vetent, aquarum permittit potatoribus, et ſolum his interdicit, qui flatibus et ventriculi cruciantur acrimonia. Vinorum genera demum examinat, et moſellanum reliquis praeferre videtur. Cereuiſiam non probat, niſi in aſſuetis.

p. 248. Caput *undecimum* vici ſpadae recenſet commoditates et delicias, quae, licet pretio non careant, noſtram tamen minus merentur attentionem.

Caput *duodecimum* et ultimum quaeſtionem mouet: num effectus aquarum mineralium tantum percipiatur aliquo tempore poſt uſum eius modi aquarum? quod ratione et experientia confirmare ſtudet. Quin imo nec hoc aeſtimandum putat Cl. Auctor, ſi non nulli boblini, quo nomine potatores aquarum hic loci appellantur, ſub curae tempus ſe etiam interdum haberent peius. Agere et operari aquas, omnino eſſe neceſſe quilibet perſpiceret; ſed eius modi operationes ſine ſenſatione non perfici poſſe, ſimul cognoſceret.

Super-

Supereſt adhuc *ſectio ſecunda*, praxis experimen- p. 271.
talis Auctori dicta, quae XL obſeruationes, ſeu diuerſorum hiſtorias continet morborum, qui aquis ſpadanis tentati et plerumque ſanati fuere. Hiſtoriae hae vel ex propria Cl. Auctoris experientia ſunt collectae, vel ab aliis e. g. DE PRESSEVX, GODART etc. cum Cl. Auctore communicatae; vel ex aliorum ſcriptis deſumtae. Quae cum decerpi et breuiari nequeunt, miſſas has facimus, et Lectores ad earum ablegamus lectionem. Quod reliquum eſt ex praemiſſa dedicatione cognouimus, Cl. Auctorem non ſpadae, ſed in vico quodam, *Theux* dicto, et prope ſpadam ſito, commorari: quem ad modum p. 324.
etiam ex obſeruatione XXIX intelleximus, vel potius coniectura aſſecuti ſumus, Cl. DE PRESSEVX, cum laude quondam medicinam ſpadae facientem, inter homines agere deſiiſſe.

XIII.

De circumſpecto uſu vaſorum ſtanneorum ad potuum ciborumque, ſpeciatim ex ouis conficiendorum, praeparationem neceſſario. Diſſ. inaug. Praeſide ANDREA ELIA BÜCHNERO, M. D. et P. P. O. etc. Reſpondente Auctore *Io. Anton. Carolo Hoeffler*, Halae Magdeburgicae. 1753. 4. pl. 4.

Sequens caſus huic diſſertationi dedit occaſionem: Halae Magdeburgicae femina quaedam parauerat iuſculum ex iure carnis bubulae in patina, ex anglico ſtanno confecta, quod per noctem ſequenti diei aſſeruauerat. Eo igitur illud denuo feruidum fecit in eadem patina, tribus ſimul immiſſis ouis, albumine ſingulis vitellis circumiecto, iisque ex artis coquinariae legibus in eodem loco immotis remanentibus (*Setz-Eyer*). Quo deinde iuſculo et ipſa

haec

haec femina, ipſiuſque mariti ſoror atque filiola, ſingulique uno ouo veſcuntur; paulo poſt vero, hora vix elapſa, omnes nauſea, vomituritione, tandemque vomitibus per octo horas fere continuis corripiuntur, vehementer inde eneruati. In iſta deinde lance, oculis perluſtrata, tres obſeruatae fuerunt maculae nigrae in eodem loco, quo iacuerant ova, his ipſis magnitudine ſua reſpondentes. Vt huius igitur caſus notatu ſatis digni rationes euolueret Cl. Auctor, iam indicatam conſcripſit diſſertationem, in eius capite primo *de vaſorum ſtanneorum contagio in eſculentis atque potulentis generatim cauendo*; in altero autem *de ouis ſpeciatim, vaſorum ſtanneorum contagium promte ſuſcipientibus*, diſſerens. Stannum purum, licet reliquis metallis mollius ac igne fluxilius, ab acidis tamen menſtruis, ſi acidum ſalis communis exceperis, quippe quod conuenientiſſimum eius eſt menſtruum, neque adeo clare neque celeriter, facilius tamen principio ſuo inflammabili orbatum, tumque ab aceto deſtillato, quin et a ſpiritu ſalis ammoniaci cum calce viua parato, ſoluitur. Per ſe itaque parum foret nociuum; maiorem vero nocendi facultatem ab aliis, quae vix non ſemper admiſceri ſolent, metallis, v. c. plumbo, cupro, variis antimonii regulis, arſenico, e. ſ. p., uti in primis in ſtanno ſic dicto anglico fieri ſolet, ſine dubio acquirit; id quod a Cl. Auctore fuſius exponitur. Valebunt itaque regulae ab eo inde praeſcriptae: Caueat nimirum quisque, ne cibos potusue etiam vel leniſſime acidos in vaſis eius modi ſtanneis praeparari aut diutius aſſeruari patiatur. Qua occaſione inter alia quoque in eam incidit Auctor coniecturam, an non plurimorum infantum affectus atrophici inde ſuam ducant originem, quod ipſis cereuiſia, ad lampadis flammulam tepida aſſeruata, noctu bibenda porrigi a multis ſoleat? Porro edulia ſalita, praeſertim ſi multum ſalis acceſſerit, haud diu in vaſis ſtanneis relin-

p. 19.

p. 22.

relinquantur. Inde quoque praeter alia illud fluit, quod vasculis illis salsamentariis, salinis dictis, si e stanno confecta fuerint, vitrea potius substituenda sint. Nam interna eorum superficies, qua comprehenditur sal, nigricans facile facta, de metalli admixti aliqua solutione testatur. Attentionem adhuc quoque alia meretur obseruatio: Quod si enim iuscula aut embammata, quibus salis communis vix non semper admiscendi aliqua est necessitas, in lancibus, quarum margo latus est, candentibus subiectis carbonibus, parantur, tum in ipso eorum margine, quatenus eum attingit iusculum, spissamentum acriore salsitudine saporem feriens, in eoque lancis loco maculae cineritiae, soluti metalli testes, deprehenduntur. Inde quoque veri simile fit, quod vascula p. 25. ex stanno vel etiam puro parata ex aliqua parte solui possint. Terra quidem alcalina, quae ineft sali communi, spiritum eius acidum prorsus omnino figere videtur; attamen, quum et simplici salis eius, cum aqua facta, coctione et calcinatione, spiritum acidum expelli posse constet experimento chemico: ex isto iam in lancibus, quibus latus margo est, obseruato phaenomeno apparere videtur, aliquam spiritus acidi a terra sua alcalina dissolutionem in eo marginis loco, quo iusculum pertingit, fortiore coctione per aliquod tempus continuata fieri, ideoque utramque salis partem, et spiritum et terram eius alcalicam ipsi soluendo stanno accommodari posse. Oleosa tan- p. 26. dem atque pinguedinosa nec praeparentur, nec conseruentur in stanneis eius generis vasis, quum plumbum aeque ac cuprum admixtum ab iis haud difficulter affici ex chemicis constet, praesertim si pro more culinari salia accesserint.

Quum tanta igitur in adhibenda hac supellectili opus sit circumspectione, eam si modo generatim consideraueris: eandem quoque in ouorum praepa p. 28. ratione commendari, mirum esse poterit nemini,

perpendenti quippe, illa praeter aquoſas oleoſis linis terreisque conſtare partibus; ex quibus tamen omnibus ſalinum illud principium, in albumine potiſſimum haerens, ſiue ammoniacalis, uti vero ei videtur ſimilius, ſiue alius naturae ſit, huc maxime conferet. Quem in finem, ut eo certiora hic loci dicta fierent, ſequentia Cl. Auctor inſtituit experi-
p. 30. menta: *In orbem*, inquit, *ſtanneum infudimus ouum ſorbile et per noctem ita infuſum reliquimus. Mane ſorbendum illud dedimus feli: cui tamen nulla alia ſymptomata, niſi, tranſacta circiter dimidia hora, frequentes ructus acciderunt. Verum tamen eodem die viſa eſt ventriculo non recte valere, quoniam toto die vix aliquid ciborum deguſtauit. In ipſo autem orbe, ab oui reliquiis purgato, color nitidus perparum tantum modo obſcurior factus deprehendebatur. Altero die eidem feli appoſuimus comedendum ouum coquendo induratum, quod iterum per noctem, in duas partes diſſectum, plana ſuperficie in lance, e ſtanno Anglico confecta, repoſitum fuerat. Felis haud ita multo poſt eſum non quidem vomuit; vomituritionibus autem frequentibus vexata eſt. Nitor ſtanni paulo magis, ac priori experimento, in nigrum vergebat colorem eo, quo ouum iacuerat, loco. Tertio denique ouum ſalitum Halenſe* (Sool-Ey) *medio diſſectum priori ratione per noctem in patina aſſeruauimus. Mane ſatis inſigni nigredine notata erat lanx, et feli ab ipſius oui eſu, inter plures vomendi conatus, ter ventriculus eſt ſubuerſus.*

XIV.

Obſeruata quaedam anatomico-chirurgico-medica rariora, a D. C. E. ESCHENBACH. Roſtochii, in officina Koppiana. 1753. 4 pl. 7.

Paruae molis libellum hic indicamus, quem tamen ſua utilitate non deſtitui certum eſt, quod ex obſer-

obſeruationibus rarioribus et ſelectis non poſſit non ſcientiae medicae incrementum quotidie maius fieri. Rariores ſcilicet et ſelectiores hic praeferimus: vix enim attinet dicere, eum non tam inſtruendi, quam lucri cauſa ſingulare in exponendis varii generis obſeruationibus ſtudium adhibuiſſe videri, qui vulgaria et ſaepius experientia confirmata denuo proponit, et aliquando leuiter nimis adumbrat. Qualia quidem penes hodiernos obſeruatores, aut qui illud nomen adfectant, exempla deeſſe non ſolent. Id tamen Noſtro concedendum eſt, notatu utique dignos caſus eundem hic expoſuiſſe, qui, ſi non ſemper omnibus conditionibus pleniſſime deſcripti habeantur, maxime tamen neceſſariis nullibi deſtituuntur. Sunt autem decem numero hic ſequenti ratione propoſitae obſeruationes.

1) *Cordis ſitum inuerſum* in puero, ſex annos ae- p. 5.
tate qui attigit, repertum refert, cuius apex ad dextram, baſis ad ſiniſtram conuerſa erat partem, qui inordinatus ſitus aortam ad dextrum latus, ramos autem inde prouenientes, longiores demonſtrabat. Pariſiis praeeunte Cl. FERREIN an. 1741. haec obſeruata ſunt, et ab aliis etiam, qui hic nominantur, ſimilis fabrica adnotata fuit, quibus adiungimus notandam a Cl. TORRES factam obſeruationem *.

2) *Partus monſtroſorum* tria exempla habentur. p. 8.
Primum puellum maturum ſiſtit, cui nil inſoliti inerat niſi muſculorum abdominalium in medio infimi ventris loco interiora verſus facta reclinatio magnusque hiatus, ſolo peritonaeo tectus, quod in partu

* Vid. Mem. preſentés à l'Acad. Roy. des Sciences à Paris, Tom. I. p. 136. et Comm. noſtr. Vol. I. P. I. p. 11. Eſt tamen haec differentia ut in Torreſiano exemplo mox poſt partum cadauerinus color apparuerit, cum puer, a Cl. Auctore deſcriptus aliquamdiu integre vixerit.

ipſum ruptum hepar atque inteſtinorum partem manifeſto conſpiciendam exhibebat. Vixit tamen puerulus per viginti quatuor horas, atque mater magnum horrorem, ex viſa per venatorem inopinato facta exenteratione, enatam cauſam huius conformationis extitiſſe arbitrabatur. *Alterum* in puella obſeruatum eſt, cum vagina uteri, prorſus quae clauſa erat, nata. Vrethra ſupra labia pudendorum aperiebatur, a quo loco ad umbilicum varia rubicunda tubercula detegebantur, neſciente tamen matre cauſam inſolitae ſtructurae. *Tertium* bilinguem infantem proponit ceteroquin ſanum. Mediae ſcilicet linguae parti tumor inhaerebat, inferius cum lingua concreſcens, anterius mucronatus, liber, poſterius in linguae ſubſtantiam abiens. Palatum pro ſuſcipiendo hoc tumore peculiari ratione ſuperius excauatum erat. Sugere tamen et voces formare didicit ſine incommodo puer. Quaerit itaque his incitatus exemplis Cl. Auctor, quid de imaginationis maternae efficacia ſit habendum, et cum Ill. HALLERO negantem ſententiam tuetur, quod embryonis tenellum corpus non ſine vitae diſpendio aliquando eiusmodi ferre poſſit mutationes, quod illae ſaepiſſime in grauidis ſine effectu in embryone conſpicuo occurrant, quod ſaepe cauſa nulla, valide matrem conuellens, detegatur.

p. 14. 3) *Embryones gemelli aſcitici* deſcribuntur, mortui tamen editi, et ſphacelo corrupti, abdomen vere aſciticum in lucem ſecum adferentes, ex quo pertuſo limpida effluxerit aqua. Sexto circiter menſe excludebantur, alter ſpithamam, alter ſesqui ſpithamam longus, quorum autem moles eo increſcere fecerat abdomen matris, ut crepaturae metus exiſteret, et miſeram ipſi conciliaret vitam, quae vero adfectiones breui poſt iterum euanuerunt, redintegrata ſanitate. Mirum certe eſt, utrumque embryonem ſimili morbo fuiſſe adfectum, cum unicum ſimplicem-

plicemque illo adfectum fuisse, neque adeo rarum sit, et variis iam auctorum obseruationibus confirmatum.

4) *Leucomata sectione inutili cum successu ablata fuisse* docetur. Virgo nunc viginti iam et quatuor annorum, a variolis utriusque oculi corneam leucomate tectam acceperat, cui ocularius circumforaneus medicus opem, quae in eius modi casu vix sperandа est, laturus, exteriorem laminam cultello discindebat, et refrigerante collyrio inungebat, venam quoque secabat, nihilo tamen minus vehementissimam inflammationem subsequentem auertere non poterat. Post aliquod tempus noua corneae, mox ab initio crassa lamina superinducta est, quae a coeruleo, quem prae se ferebat, mox in albidum conuertebatur colorem, cum omnimoda visus ablatione. Variis itaque argumentis comprobare annititur Cl. Auctor, has corneae maculas inter insanabiles esse referendas, cum sit difficillima certe et vix possibilis operatio, illas a cornea liberare laminas, quae corruptae sunt, quippe quod, tum ob naturalem earum cohaesionem, ad modum firmam, tum etiam ob auctam eandem per morbum, quo exsiccantur fluida, et fibrae crassiores strictius sibi iunguntur, fieri non potest. Circa finem alius mentionem facit empirici ocularii, qui callida ratione oculo, a quo detrahere laminam se posse gloriabatur, sine laesione, oui interiorem membranulam applicabat et abstergebat. p. 16.

5) *Staphyloma sponte sanatum* proponit. Iuuenis viginti annorum oculum dextrum scintilla candentis ferri tangens, ad medium pupillae, maculam excitat albidam sursum sensim extensam et visum auferentem. Haec ab oculario medico in antecedenti obseruatione indigitato, eodem modo per incisionem tollitur, sed pariter sine effectus boni signis. Redit enim alia eiusdem coloris, remanet autem in media macula tumor seu staphyloma, quod per continuam p. 23.

palpebrae inhaerentis preſſionem ſenſim iterum cognoſcit. In ſiniſtro vero oculo gutta ſerena primo, dein etiam cataracta enata eſt. Contra hos morbos ſcarificationem parum valere cum Cl. HEISTERO ſentit Noſter, cum inflammationes inde enaſcantur, ſaepe vix diſcutiendae; in adducto enim caſu poſt duos adhuc annos vaſa ſanguifera turgida apparuerunt.

p. 28. 6) *Cataractam poſt operationem factam ſponte et ſenſim deſcendiſſe*, per experientiam, a Cl. Auctore ipſo inſtitutam, comprobatur. Quinquagenario ſcilicet ruſtico Noſter cataractam acu rotunda cuſpide inſtructa deponere tentabat ſic, ut eam in poſteriorem capſulae lentis partem dimitteret, et hanc aeque ac in humore vitreo viam patefaceret, in quam deprimi lens poſſit. Omni tamen data opera ſine ſucceſſu deponebatur cataracta, quae mox reaſſurgebat. Obſeruatis reliquis, quibus in eius modi caſu opus eſt, cautelis ſexto die turbidus apparebat humor aqueus et triangularis lentis pars in cameram anteriorem illapſa detegebatur. Sed intercedente tempore et hic iterum clarior reddebatur, et praedicta in camera anteriori pars euaneſcebat ſponte cum viſus reſtitutione, ſucceſſiue autem haec fiebant, accedente ſingulari phaenomeno, ut in ipſo deſcenſu cataractae lucida iam quaedam corpora diſtingueret aegrotus, ſed media quaſi linea diuiſa. Diſſerit hac data occaſione Cl. Auctor de vera cataractae indole, quae non in membrana, ſed in lentis cryſtallinae obſcuratione conſiſtit, ſimulque probat externa et interna remedia, excepta operatione, nihil ad perſanandum hunc morbum conferre: hanc autem optime rotunda acu, non illa latiori BRISSAEI ſuſcipi, cum illa et maxime uſitata ſit, nec operatio difficilis, et latiore inſtrumento neceſſario plus deſtrui debeat ac tenuiore. Tandem poſt operationem cum lata acu inſtitutam vehementem inflammationem ſubſequutam fuiſſe ſcribit.

7) *Aſci-*

7) *Aſcitem breui lethalem, poſt aquam omnem per paracenteſin una vice eductam* probat. Septuagenarius, qui ſpirituoſo potu abuſus fuerat, tandem ſibi hydropem aſcitem contraxit, cum maculis luuidis dextrae manus, icteri ſignis et copioſis inſequentibus alui deiectionibus, quae a ſpecierum laxantium paullo fortiorum aſſumtione relictae fuerant. Nihil profecerunt conuenientia contra hunc morbum remedia, ſola ſpes in paracenteſi relicta erat, qua etiam viginti aquae librae detractae ſunt, cum aliquo aegri leuamine, ſuperſtite tamen diarrhoea. Per vulnuſculum perpetuo deſtillauit ſerum et aliquot interiectis diebus dolor circa umbilicum enatus, cum virium proſtratione et ſoporoſo affectu vitae aegri terminum imponebat. Cum huius morbi varia ſit origo, ſequitur, nec in paracenteſi ſemper multum ſpei ſupereſſe, nec una vice eductam aquam, omni per faſciarum circumductionem licet habita cura, incommoda aliquando funeſta praecauere. p. 37.

8) *Punctiones inteſtini elapſi fruſtraneas* adnotat. Vulnus ſiniſtro hypochondrio viri cuiusdam cultro cuſpidato inflictum, inteſtinorum et omenti elapſum producit, quo facto per dimidium horae frigidiori aurae ſe ſe committit vulneratus, maior inde copia viſcerum horum exprimitur, quae cum ob chirurgorum imperitiam, non dilatato vulnere, fomentis quidem adhibitis, tamen reduci nequibant, acu puncta ſunt, ut extendens illa aer emitteretur, at ſine ſucceſſu. Eadem enim diſtenſio remanebat et ſphacelus ſuperueniens occidebat aegrum. Clarum hinc eſſe dicit Cl. Auctor, aſſentientibus aliis, puncturam eius modi periculo non carere, neque ſaepe prodeſſe. p. 43.

9) *Lapideae concretiones in ventriculo ex abuſu medicamentorum terreorum enatae* recenſentur. Quadragenario nimirum viro, ob arthritidis et febris graviores impetus aegro, puluercs abſorbentes, quibus p. 46.

aliqua ſalis medii portio mixta fuit, praeſcribit medicus. Poſt diu continuatum autem uſum pondus in ventriculo percepit aeger, pro diuerſo corporis ſitu mobile, durum et inter alliſum ſonum referens. Hinc mucilaginoſa et oleoſa cum diluentibus adhibentur, ſed fruſtra, ſponte ſua vero adſumens emeticum aeger, diuerſos ex ventriculo expellit lapillos, quorum quidam iuglandem minorem aequabant, compactos et denſos, quibus cum difficulter eſſet exitus, ſimul cum lapillis ſanguis ſincerus exſcreatus fuit, tandem autem aeger reconualuit. Quod ſane exemplum monſtrat, non negligendam eſſe quamcumque in remediorum uſu cautionem.

p. 48. 10) *Podagra lacte ſanata* proponitur, in viro ſexagenario, qui, cum a parentibus arthriticis natus fuerit, a prima iam iuuentute eius generis affectionibus vexabatur, uſque dum grauiſſima ipſum infectaretur podagra. Contra quam variis etiam non inefficacibus remediis utebatur incaſſum. Incidens autem in DOLAEI *de furia podagrae lacte victa* tractatum, huius viri monitis ſe parere velle conſtituit, quatuor lactis libras quotidie adſumendo. Quae vero doſis ab initio vix ferri poterat in debili corpore; ſuccedebat enim pertinax alui obſtructio, quae aliis vinci debebat remediis. Nihilo minus is ſuo tamen firmiter perſtitit propoſito, et ſenſim imminutis ſymptomatibus melius ſe habere coepit, ita, ut poſt continuatum per nouem fere menſes ſoli cum nutrientibus alimentis commixti lactis uſum omnibus a morbi inſultibus viueret liber, ſuis defunctus alacriter negotiis: tandem alio morbo chronico confectus. Varia quidem et copioſa in taedii doloriſque pleno morbo farrago medicamentorum laudari ſolet, neque tamen omnia adaequata aut lactis continuato uſui praeferenda. Hic Cl. Auctor de venae ſectione, laxantibus et opiatis tantum diſſerit. Duo priora, rite penſitatis morbi conditionibus, negligenda non ſunt,

sunt, sed morbi causam quidem non tollunt, effectus tamen mitigant. Opiata etiam remedia culpari non debent, quod prudens eorum adplicatio ea aeque, ac alia remedia innoxia reddere potest. Lactis certe usus, quod tenue alimentum continet, seruatis accurate omnibus necessariis diaetae regulis, spasmos lenit, acres succos obtundit, ad euacuationem eos disponit, meliores sensim substituit, et sanitatis integritatem reddit. In quo momento utique Cl. Auctor et omnium eorum meretur assensum, qui remediorum actiones non ex praeiudicata quadam opinione aut superuenientibus malis symptomatibus, quippe quae saepe ex alio longe fonte et minus studiosa obseruandorum attentione oriuntur, diiudicandas esse existimant.

XV.

Dissertatio medica: de Optimo infantis recens nati alimento. Praeside IACOBO REINBOLDO SPIELMANN, Respondente *Bernhard. Henric. Rang.* Argentorat. 1753. 4. pl. 4½.

Optimum illud est omnibus alimentum, ex quo optimum corporis nutrimentum hauriri illudque sanum conseruari potest. Infantis alimentum illud est optimum, quod per naturam eius ita praeparari potest, ut qualitates fluidis et solidis corporis tenelli proprias acquirat. Infans autem pro diuerso vitae aetatisque incremento diuerso alimento nutriendus est. Aliud enim requiritur, dum in utero adhuc incluſus est, aliud, dum iam lucem adspexit. Quo propius autem infans est suae origini, eo teneriores et molliores corporis structurae partes sunt, eo citius tamen increscit; quo plures menses annosque habet, eo firmior fit eius corporis compages. Cuilibet ergo statui victus debet esse conue-

niens et in priori tenuiſſimus et copioſior, in po-
p. 6. ſteriori paulo denſior et parcior concedendus. Par-
tes corporis animalis ſunt aqua, oleum et terra ſolu-
bilis, ſiue gelatinoſae, hinc ex his partibus alimenta
ingerenda conſtent. Sunt tamen his etiam aliae par-
tes alibiles intertextae. Talia interim ſint alimenta,
quae digeſtionis organis ſubigi poſſunt. Omnia au-
tem alimenta, quae maſticationis ope praeparata de-
mum digeruntur, in infante recens nato alendo ab-
ſint, quippe qui maſticationis officina perfecta den-
p. 9. tibus ſcilicet deſtituitur. Ille liquor, qui partes ali-
biles per corporis humani vires ex alimentis extra-
ctas et elaboratas continet, chylus appellatur. Chy-
lus autem a ſanguine ſecretus lac eſt. Lac ergo,
quum partes alibiles per corporis organa praeparatas
contineat, optimum infanti recens nato erit alimen-
p. 11. tum. Lac ipſum varium eſt. Hoc e chylo per actio-
nes arteriarum attenuato et ſubacto factum, ab ali-
menti ingeſti partibus plus minusue nutritiuis, a
corporis viſcerum diſpoſitione varia, a maſſa humo-
rum bene vel male mixta, excretis et retentis, ani-
mique pathematibus, in animalibus et hominibus di-
uerſam naturam induit. Cum ergo a variis cauſis lac
varium et in diuerſis animalibus, alio tempore ali-
am et diuerſam indolem habeat, in eodem pro ali-
mento infantum adhibendo cautus ſelectus a medico
p. 19. inſtituendus erit. Optimum eſt humanum et qui-
dem maternum, quia infans per nouem iam menſes
liquoribus maternis nutritus, ad naturam matris
propius accedit et mater ideo etiam eo tempore lac
copioſum in mammis gerit. Quum vero vel ob ma-
trum mollitiem vel ob alias cauſas infantes ſaepe
alieno lacte, ſiue nutricum ſiue animalium, alendi
ſint, diſquirendum eſſe putat Cl. Auctor, quod-
nam tenellis corporibus optime conueniat, ideoque
lactis boni criteria adducit. Omne lac in butyrum,
ſerum et caſeoſam materiam reſoluitur. Pro varia

harum

harum partium mixtione idem differt. Illud igitur erit optimum, in quo hae partes proportionata mixtione adſunt. Hanc autem proportionem ut determinare poſſet Cl. Auctor, varia inſtituit cum lacte variorum animalium experimenta, iuxta quae partes butyraceas, caſeoſas, ſero arctius nexas, ſeroſas, ſolidiores et aquoſas ſeparatas euaporatione et inſpiſſatione productas ratione ponderis et quantitatis examinauit. In iis autem experimentis acidorum p. 25.
affuſionem omiſit, quoniam ab his partes oleoſae cum caſeoſis coeunt indeque ratio harum duarum partium perſpici nequit. Ex Cl. Auctoris experimentis varia lactis genera ita erunt collocanda: ratione quantitatis aquae, aſininum, humanum, equinum, caprinum, vaccinum, ouillum; ratione quantitatis pinguedinis, ouillum, vaccinum, humanum, caprinum, aſininum, equinum; ratione caſeoſae materiae ouillum, caprinum, vaccinum, equinum, humanum, aſininum: ratione quantitatis ſeri, aſininum, humanum, vaccinum, equinum, caprinum, ouillum. Experimenta inſtituta porro docent, lac p. 28.
aſininum proxime ad humanum accedere ideoque prae reliquis ipſi ſubſtitui poſſe, et poſt hoc equinum eſſe ponendum. Duo autem haec genera ex animali obeſiori ſumenda ſunt. Lac vero vaccinum non ita commode infantibus propinatur, ſiquidem eius partes pingues et caſeoſae a debilibus infantis digeſtionis organis ſubigi nequeunt. Hinc de corri- p. 29.
gendo hoc lacte cogitarunt medici, et Noſter quoque experimenta inſtituit illudque cum ſaccharo, vitellis ouorum, et amygdalis dulcibus ſeorſim miſcuit, digeſtionis calori expoſuit, ſeparauit, inſpiſſauit, indeque diuerſa producta obtinuit, et a ſaccharo lacti addito miram caſei tenacitatem, ab amygdalis vero lactis tenacitatem corrigi obſeruauit. Lac itaque vaccinum amygdalis et affuſa aqua correctum humano ſubſtitui et in infantibus nutriendis adhiberi commo-

d us

p. 30. dius poſſe arbitratur. De reliquo tandem uſitato infantum alimento non nulla adhuc bene monet Auctor oſtenditque iura carnium animalium cum ſelectu eſſe danda. Infanti tenero illa conueniunt, quae ex carne animalium tenerius gluten vehentium parantur; iura pinguia et ſaturata noxia ſunt. Ouorum albumen ſubactu difficile ipſis nunquam, vitellum vero, cum facilius ſoluatur, potius eſt porrigendum. Neque unquam iura et oua infantibus ſola danda, ſed vegetabilia alimenta interponenda ſunt.

p. 32. Pulmenta illa ex farina cocta et parata, quae a robuſtiſſimo ventriculo vix digeruntur, tenellis infantibus ter quaterque de die dare, turpiſſimum eſt, cum ab hoc victu, per malos mores uſitato, rachitis, atrophia, glandularum obſtructio, aſthma et catarrhi ſuffocatiui oriantur. Cur quaeſo, loco farinae crudae panem bene fermentatum cum lacte ad pultis conſiſtentiam coctum tenellis non exhibeamus? Sed repugnabunt matronae, obſtetrices, nutrices, aniculae, maiori ſaepe, quam medici periti, auctoritate pollentes.

XVI.

Hiſtoire naturelle generale et particuliere avec la deſcription du Cabinet du Roi. Tom. IV. à Paris de l'imprimerie royale 1753. 4. mai. 2. alph. 22. pl. XXIII. Tab. aen.

hoc eſt.

Hiſtoria naturalis, generalis et particularis cum deſcriptione muſei regii. Tom. IV. etc.

Dum ad quartam hanc hiſtoriae naturalis partem deſcribendam accedimus, non ingratum fore ſperamus Lectoribus noſtris, ſi ſuccinctam aliquam totius operis delineationem praemittamus. Anno nimirum 1749 titulus huius operis et inſtituti ratio ſche-

ſchediaſmate, Pariſiis in regia typographia impreſſo, indicabatur, quod iuſſu regio et ſub auſpiciis Illuſtriſſ. Comitis de MAVREPAS, Viri Cll. BVFFON et DAVBENTON, membra academiae regiae ſcientiarum, prior praefectus horti regii, alter demonſtrator et cuſtos theſauri rerum naturalium, in horto regio diſpoſiti, elaborandum ſibi ſumſiſſent, et in quo hiſtoriam naturalem, generalem et particularem, cum deſcriptione dicti theſauri regii, ut ſyſtema completum, hiſtoriam naturalem illuſtrans, in quindecim voluminibus in quarto tradere ſuſcepiſſent.

Primum nimirum volumen, hiſtoriam naturalem in genere, nec non theoriam telluris generalem et ſpecialem; ſecundum generalem animalium et in ſpecie hominis hiſtoriam; tertium et quartum animalia quadrupeda; quintum amphibia et piſces cetaceos; ſextum piſces; ſeptimum conchylia et inſecta marina; octauum inſecta terreſtria et nonum aues complecti; tria volumina ſequentia decimum, undecimum et duodecimum regni vegetabilis hiſtoriam; ultima vero tria volumina decimum tertium, quartum et quintum, regni mineralis contemplationem pertractare debent.

Tria priora volumina iam eodem anno 1749, et in forma quarta et in duodecima, ut dicunt, edita tantoque applauſu excepta fuerunt, ut primi voluminis editio altera iam anno 1750 prodiret. Quae ſingula in his tribus voluminibus contineantur, a nobis, qui recenſionem librorum anno 1750 ſeqq. prodeuntium ſuſcepimus, tradi non poterunt: nexus vero propoſitarum doctrinarum id a nobis exigere videtur, ut, antequam ad quartum volumen progrediamur, totius operis ſummam paucis indicemus. Primum nimirum volumen ſermonem de tractando ſtudio hiſtoriae naturalis, et alium de hiſtoria et theoria telluris, praemittit; in ſpeciali vero tractatione,

tione, formatio planetarum et ſpeciatim ſyſtema WHISTONI, BVRNETI, WOODWARDI aliorumque auctorum proponuntur, et porro quoque de ortu ſtratorum terrae et variis conchyliis aliisque marinis corporibus, in iis deprehenſis, de inaequalitate ſuperficiei terrae, fluminibus, lacubus et maribus horumque fluxu et refluxu, de inaequalitatibus fundi maris, de ventis et terrae motibus, nec non de aliis telluris mutationibus diſſeritur. Secundum volumen hiſtoriam animalium in genere et ſpeciatim hominis tradit, ita, ut comparatio inter animalia, vegetabilia et mineralia primum inſtituatur, et generationis hiſtoria ampliſſime, in experientiis et concluſionibus inde deductis, proponatur, et in hominis conſideratione natura eiusdem in genere, nec non infantia, pubertas, aetas virilis, ſenium et mors conſiderentur. Haec omnia Cl. BVFFON propoſuit, in volumine tertio autem Cl. DAVBENTON primo deſcriptionem generalem theſauri rerum naturalium regii exhibet et ſpeciatim deſcriptionem illius partis dicti theſauri, quae ad hiſtoriam naturalem hominis pertinet, tradere ſuſcipit. Oſſa ſcilicet corporis humani integra, nec non diſſecta et morboſa, ſceleta gibboſorum, rhachiticorum, exoſtoſes, caries, anchyloſes, fracturae et calli, partium variarum corporis, in primis vaſorum cera repletorum praeparationes, partes aliae corporis, in liquoribus conſeruatae, nec non ex cera, ligno etc. naturalia exemplaria artificioſe effictae, porro mumiae, et concretiones lapideae, in corporibus humanis deprehenſae, deſcribuntur. His tandem Cl. BVFFON tractationes de ſenſu viſus et auditus, nec non de ſenſibus in genere ſubnectit, et varietates hominum ſtudioſius examinat.

Primi et ſecundi voluminis hiſtoriae huius naturae verſio germanica, uno volumine et duabus partibus

bus comprehenſa, 1750 prodiit *, quarum primam Cl. BIERLINGIVS, alteram Cl. KAESTNERVS in germanicam transtulit linguam, hic tamen utrique, in primis ſecundae, circa generationis hiſtoriam variis animaduerſiones eruditas ſubiunxit. Tertium volumen a viro, nobis ignoto, translatum iam anno 1752 prodiit, cui etiam notas quasdam adiecit Ill. HALLERVS. Quartum tandem hoc, ut ſecundi tomi alteram partem, hoc ipſo anno accepimus, cuius verſionem et hic, ut in reliquis, accurata et verborum et rerum expoſitione obſeruata, Cl. KAESTNERVS dedit et paucas notas adiecit. Acceſſerunt etiam in germanica verſione et ad tomum primum et ſecundum praefationes Ill. DE HALLER: illa generalem hiſtoriae naturalis conſiderationem, quatenus in tanta rerum obſcuritate, hypotheſibus variis aſſumtis, ad maiorem perfectionem deduci poſſit, exhibet; haec vero generationis hiſtoriam in genere quidem, ſed ſpeciatim in animalibus, quatenus in praecedenti volumine a Cl. BVFFON propoſita fuit, ſub examen reuocat, et ingenioſam magis quam veram eam eſſe oſtendit, licet ideo veritatibus reuelatis contraria non ſit.

His praemiſſis ad quartum volumen hiſtoriae naturalis, in fronte huius tractationis indicatum, accuratius conſiderandum progredimur, et mox in principio cauſam retardatae editionis detexiſſe videmur. Inuenerat enim facultas theologica Pariſienſis in primis huius hiſtoriae naturalis voluminibus propoſitiones quasdam religioni contrarias, quas cum Cl. BVFFON communicauit, qui in reſponſo dato ſententiam

* *Allgemeine Hiſtorie der Natur, nach allen ihren beſondern Theilen abgehandelt, nebſt einer Beſchreibung der Naturalienkammer Sr. Majeſtæt des Kœnigs von Frœnckreich, nebſt einer Vorrede Herrn D.* ALBRECHT *von* HALLER. *Hamburg und Leipzig.* 1750. 4to.

tentiam ſuam plenius declarauit, et has epiſtolas quarto volumini inſerere promiſit. Lubenter accepit dicta facultas et explicationes et promiſſum: hinc tres illae epiſtolae in principio huius voluminis ſequuntur.

p. 3. Sermo de natura animalium, Auctore Cl. BUFFON, primam huius voluminis tractationem ſiſtit, in qua tum animalia inter ſe, tum animalia potiſſimum bruta reſpectu hominis examinantur et ex ſenſuum externorum et internorum differentia diiudicantur. Affectiones animalium, quae omnibus corporibus et illae potiſſimum, quae vegetabilibus propriae ſunt, hic non conſiderantur, ita, ut et animalia, ab hominibus prorſus diuerſa v. c. oſtreae in hac tractatione vix attendantur, ſed animalia potius, ad naturam hominis propius accedentia, comparationem ingrediantur. Hoc ideo monemus, quoniam in ſequentibus propoſitionibus filum tractationis, quod phyſicos a natura imperfectiorum corporum ad naturam perfectiorum non per interualla maiora, ſed per ſeries ſucceſſiuas ducit, non deprehendimus. Cum vero Cl. Auctori placuerit, id potiſſimum oſtendere, quod hominem ab animalibus brutis diſtinguit, eumque iis longe ſuperiorem reddit: non
p. 6. niſi animalia homini proxime ſimilia elegit. Animal, vel in ſtatu motus et quietis, vel in ſtatu vigiliarum et ſomni, conſideratur. In priori omnia organa (*reſſorts*) machinae animalis agilia ſunt, in poſteriori quaedam tantum, et quae in ſtatu ſomni agunt, etiam in ſtatu vigiliarum idem praeſtant; actio cordis et pulmonum priores, ſenſus et motus poſteriores ſiſtit; nutritionis enim et incrementi actiones ad vegetabilium conuenientiam referuntur. In ſomno ipſo conſtitutum animal ad vegetabilia quodam modo accedere videtur: nutritur enim, creſcit et ſe euoluit; ſi vero ſenſus et membra, motum perficientia, eidem tribuimus, tunc vera animalis idea oritur, et

eo

eo perfectior, quo perfectiora ſunt ſenſus et motus organa. Homo reſpectu organorum circulationis et p. 10.
reſpirationis cum equo, boue aliisque animalibus perfectioribus conuenit, ſed reſpectu organorum ſenſus et motus maxima obſeruatur differentia, in primis, ſi caput et extremitates ſpectes. Quo magis itaque animalia ab hominibus perfectione recedunt, eo maior eſt differentia partium, a centro remotarum, licet interiora viſcera ſaepius non adeo diſſimilia inueniantur. Cerebrum et ſenſoria organa, p. 14.
inde dependentia, alteram partem eſſentialem oeconomiae animalis formant, et uti cor et partes internae, inde dependentes, continuo agunt, idque fine cauſae externae impulſu, ſic ſenſus alternatim tantum et per obiecta externa excitati operantur, quo facto motus impreſſus cerebro communicatur et inde motus externi et progreſſiuus potiſſimum producuntur. Obiectionem, quam de effectu forti, cauſae leuiori minus proportionato, adducere quis poſſet, Cl. Auctor reſoluere annititur et aſſerta ulterius illuſtrat.

In organis igitur ſenſoriis externus, in cerebro p. 23.
internus ponitur ſenſus, in quo etiam tremulus motus, cum ſenſatione coniunctus, diutius durat; hic etiam omnes impreſſiones recipit, ille tantum illos, qui fabricae organi conueniunt, ita, ut oculus lucem, auris ſonum ſentiat, in conſeruanda tamen motus impreſſione et vibratione oculus excellit, et ideo ſenſuum externorum praeſtantiſſimus eſt. Animalia vero bruta et homo perfectione ſenſuum ita differunt, ut homo tactu, viſu et auditu, ſenſibus cognitioni corporum et cogitationi magis aptis, animalia reliqua odoratu et guſtu, ſenſibus appetitui et inſtinctui magis aptis, excellant; ſenſuum tamen praeſtantia in utrisque exercitio acquiritur. Animal, p. 33.
quo magis ſenſus exercuit, eo perfectius eſt, homo vero Cl. Auctori nec ratione, nec intellectu maiori

pollere videtur, licet ſenſus externos aures v. c. et oculos magis exercuerit. Nam, ſic pergit ille, imbecillitate ſenſuum laborans myops vel ſurdaſter, intellectu aliis, qui ſenſus perfectiores habent, inferior non eſt, et hinc concludit, in homine praeter ſenſus externos et internos, etiam ſenſum ſuperiorem, ſic animam appellat, eſſe, cuius eſſentia et actio a natura ſenſuum externorum prorſus diuerſa deprehenditur, anima igitur hominis efficiet omne illud, quod ſenſus materialis perficere nequit. Circa haec Auctoris aſſerta nihil monemus, ſed quaeſtiones addimus: eſtne aliquid in intellectu, quod non antea fuerit in ſenſibus? poteſtne anima ſine ſenſuum miniſterio inſtrui et perfectior reddi?

p. 35. Pergit vero Cl. Auctor in incepta ſua demonſtratione, et differentiam animalium brutorum et hominum in variis actionibus declarat. Animalis bruti neonati inſtinctum ex uberibus lac quaerendi, canis exercitati aliorumque animalium actiones ex ſolo materiali ſenſu explicat, ſolam ideas ſuſceptas comparandi facultatem, ſiue combinationem, quam hominibus tribuit, his denegat. Inde tamen non excellentiam hominum prae reliquis animalibus, ſed potius miſeram ſortem, et vitam, animi affectibus agitatam, deducit. Vix ſequi poſſumus Cl. Auctorem in ſermone ſuo, cum argumenta, controuerſis ſententiis ſaepius agitata, breuibus indicari non poſſint verbis. Memoriam denegat animalibus et ſuam ſententiam contra obiectiones varias defendit; hac occaſione ſimul ad inſomniorum naturam declarandam progreditur.

p. 46.
p. 55.
p. 61.

p. 69. Homo duplex eſt, ex principio ſpirituali anima, et animali mere materiali compoſitos, prius vero ex ſententia Cl. Auctoris poſteriori ſemper contrarium eſt. Principium materiale citius ſe euoluit, et in motu tremulo, per ſenſus externos ad internos producto, conſiſtit, principium ſpirituale tardius euoluitur

uitur et educatione perficitur, qua idearum per alios homines communicatio praeſtatur. Quando prius dominium ſuum exercet, tranquilli quidem ſumus, ſaepius tamen altero materiali principio impedimur, cuius tamen impetus per prioris vim ſupprimimus, quando vero materiale vehementiam ſuam exercet, ſpirituale prorſus ſupprimitur, in priori caſu felices ſumus, in poſteriore tales eſſe videmur. Felicitas igitur hominis in unitate actionis internae unius vel alterius principii conſiſtit, quando vero ambo in aequabili aſt vehementi actione verſantur, miſerrimus et hominis ſtatus, id, quod in variis aetatibus porro declaratur. Progreditur inde Cl. Auctor ad animi p. 77.
affectus ſiue paſſiones, quarum alias homo proprios, alias animalibus reliquis communes habet, et quarum hae phyſicae ſunt, illae morales, et hae, ut cauſae, illae, ut effectus conſiderari merentur. In his diſtinguendis fuſius verſatur Cl. Auctor, easque ex variorum animalium actionibus diiudicat. Poſt p. 90.
quam vero indiuidualem hominis cum animalibus comparationem inſtituit, hominem porro, in ſocietate conſtitutum et animalia, coniunctim viuentia, conſiderat. Apum congregationes cum ſocietatibus hominum comparari non poſſe oſtendit, cum illae ex cauſis phyſicis, hae vero ex moralibus dependeant; porro artificioſiſſimam fauorum aliorumque domiciliorum fabricam et admirandas ſaepius actiones, quae ab animalibus etiam viliſſimis perficiuntur, cum humanis, per rationem definitis actionibus, neutiquam comparari poſſe aſſerit Noſter, p. 104.
deinde collectionem alimentorum, qua animalia tempore aeſtiuo futurae proſpiciunt indigentiae, effectum prouidentiae, hominibus ſaltim propriae, eſſe negat, et varia exempla, quae defectum cognitionis rationalis in animalibus declarant, adducit. Phaenomena igitur de natura animalium ſtudioſe collegit et ingenioſe coordinauit Cl. Auctor, an vero in tan-

ta vocabulorum ambiguitate et impossibili ferme definitione, de qua ipse conqueritur, vires et affectiones hominum et animalium brutorum semper et ubique rite distingui et certo definiri possint, aliis, qui hunc sermonem diiudicandum sibi sumunt, relinquimus.

p. 113. Accedimus nunc ad tractationem, de descriptione animalium concinnanda, quam Cl. DAVBENTON exhibuit. In describendo animali vera methodus est constituenda, quae a methodo nomenclaturae, nostro tempore inter historiae naturalis scriptores assumta, differt. Hi enim a Cl. Auctore accusantur, quod definitiones incompletas, ex quibusdam characteribus haustas, proponant, antequam corpus definiendum accurate disquisiuerint. Descriptio vero accurata, quae historiae naturali conuenit, non externa quaedam signa tantum colligat, sed et interioris fabricae rationem exhibeat, minime vero taediosa et subtilis ea sit, sed essentialium partium et affectionum animalis delineationes sistat, qua in re perficienda et vocabulorum et rerum selectus instituitur. Haec descriptio porro et statum quietis et motus exprimat, et physiognomiam animalis siue faciei configurationes et ductus, cum hominum facie comparatas, discernat. Externarum partium consideratio non nisi ad historiam naturalem pertinet, internae vero partes, quae etiam obiectum historiae naturalis sunt, anatomen, medicinam et chemiam simul concernunt. Ostenditur itaque, differentia inter anatomicam et historicam cognitionem, quarum illa subtilius partium examen suscipit, haec vero generalia obseruat et colligit. Qua in re, ut in aliis pluribus, apparet cognitionis historicae et physicae limites, a Cl. Auctore confundi, et attentam obseruationem et coordinationem corporum et partium, quae fundamentum est, a conclusionibus, inde deductis, non satis separari. Quicquid enim anatomicus

p. 120.

p. 126.

micus euoluit, quicquid chemicus in mixtionibus deregit, physicus in diiudicandis naturae viribus et effectibus applicat, et omnium susceptus labor in cognitione uniuersali, inde deducta, coincidit. Hinc et est, quod Cl. Auctor non satis definire queat, quo modo limites descriptionis, historiam naturalem illustrantis, poni debeant; ex una enim parte p. 131.
essentiales tantum affectiones et structurae rationes in variis animalibus annotare docet, et ostendit, quo modo a variis hactenus proposita anatome comparatiua animalium in hos usus conuerti possit, ut tandem accurata et in omnibus partibus conueniens anatome, historiae naturali inseruiens, eruatur; ex altera vero parte monet, historiae naturalis cultorem in dissectionibus haec minima negligere et generales tantum animalium conuenientias in generibus et speciebus attendere debere. Quaenam vero sunt illa minima, quae ad cognitionem totius non pertinent? et cur quaeso Cl. Auctor viscerum et ossium potissimum descriptiones reliquis partibus praefert, et musculos, arterias, venas et neruos non attendit? Descriptiones accuratae animalium, quoad externas internasque partes, historicae et physicae cognitionis fundamentum sunt, si externas partes inter se comparamus et genera species et varietates inde constituimus, historiae naturalis methodus exsurgit, oeconomiae vero animalis generalem et specialem cognitionem ex utrisque in primis vero internis declarat physicus. Utrumque coniungere infinitus labor est, quem quidem, an nostri Auctores praestare poterunt, videbimus in sequentibus.

Porro vero exhibet Cl. DAUBENTON tractatio- p. 142.
nem de dispositione animalium quadrupedum methodica, in qua primas, quas ARISTOTELES duxit, lineas dignis extollit laudibus, RAII, KLEINII, LINNAEI methodos, ut artificiales, passim perstringit, in descriptione vero animalium quadrupedum,

neglectis his methodis, de animalibus domesticis, feris, et exoticis * successiue nunc agendum esse monet.

p. 169. Quo modo animalia dici possint domestica Cl. BVFFON nunc examinat, et, ut deum naturae auctorem et conseruatorem considerat, sic hominem in mutandis naturalibus corporibus quoad genera et species nihil mutare posse ostendit, licet in individua imperium suum exercere valeat. Homines enim, in societatem quandam coeuntes, varia animalia bruta libera ita sub iugum duxerunt, ut iis ad varia vitae commoda uti possint. Ex his praecipuum est equus, cuius historiam naturalem, hoc est, vitam et mores nunc describit Cl. BVFFON. Animal enim syluestre et indomitum industria hominum ad varia officia praestanda dispositum fuit, et varias seruitutis notas, corpori impressas, ostendit. Delineantur itaque mores equorum, qui in America iugo Hispanorum se subduxerunt, et libere in iis prouinciis vagantur, qua occasione puouinciae, in quibus a variis auctoribus equi syluestres annoti
p. 179. fuerunt, adducuntur. De methodis, equos in primis per continuatas diu vigilias domandi porro disseritur, et cura hominum, in eleuandis et ad seruitium disponendis equis, describitur, in primis vero ostenditur, quo modo et capistro et calcare ad gressum et cursum artificiose praestandum adiguntur et assuescunt.

p. 197. Corpus equi, magnitudine excellens, proportione partium et inde resultante pulchritudine reliquis animalibus quadrupedibus, corporis mole conspicuis, praestat, quo modo ita haec ipsa partium proportio et aetas equorum varia diiudicari debeant, indi-

* Hanc quadrupedum methodum, ex idea vulgari, quae naturae conueniens hic dicitur, Cl. BVFFON in Tom. I. p. 33. assumsit.

indicatur. Porro de re equinaria bene inſtituenda, p. 204.
de ſeligendis et ad propagationem diſponendis equis
utriusque ſexus, de locis, in quibus equorum ar-
menta conſeruanda ſunt, fuſius diſſeritur. Cum p. 215.
vero ad rem equinariam perficiendam varietates
equorum ex diuerſis Europae prouinciis congregen-
tur, climatis et nutrimenti varietatem in mutandis
equis, ut in aliis animalibus et plantis quoque ali-
quid conferre declaratur. Homines enim diuerſae
aeris temperiei per apta domicilia et veſtimenta ſe
accomodant, et vario victui magis quam animalia
bruta aſſueti ſunt, attamen et hominum generatio-
nes ſub diuerſis climatibus ſenſim mutari poſſe con-
ceditur. Et equas quidem Galliae inquilinas ad pro-
pagationem optime ſeligi poſſunt; equi tamen, vel
ex calidioribus vel ex frigidioribus Europae prouin-
ciis oriundi, admittendi ſunt. Quo modo vero equi
in coitu adiuuandi et equae poſt conceptionem di-
ſponendae ſint, accurate declaratur.

Vitae terminus equorum, ut in reliquis anima- p. 216.
libus, ex incrementi tempore diiudicatur, ille enim
hoc ſexies vel ſepties ſuperat, et uti homo, ex aſ-
ſerto Cl. Auctoris ad decimum quartum annum uſ-
que creſcit, (quem tamen terminum ex obſeruatio-
ne et epiphyſium conſideratione ad vigeſimum uſque
extendimus), et ad octuageſimum vel centeſimum
annum uſque vitam protrahit, ſic equus, qui quar-
to anno incrementum abſoluit, vigeſimum quintum
vel trigeſimum annum raro ſuperat. Hominis neo-
nati incrementum maius in ſuperioribus partibus eſt,
in equis vero et aliis animalibus inferiores in princi-
pio incrementi maiores ſunt. Traditur poſt ea hi- p. 228.
ſtoria equorum, quatenus in variis orbis habitati
prouinciis inueniuntur, eorundemque differentia ex
teſtimoniis variorum ſcriptorum declaratur. Arabi- p. 249.
ci equi prae reliquis ut pulcherrimi et optimi lau-
dantur, et verum clima equis conueniens Arabia vi-

detur; uti enim alii populi armenta ſua, peregrini equis adductis, meliora reddunt, ſic Arabes indigenam progeniem ſemper cuſtodiunt, nec peregrinos equos unquam immiſcent. Annectuntur in fine pauca de mutatione pilorum, hinnitu, ſomno et quiete, modo bibendi et quibusdam morbis equorum, cum omnes in hiſtoria naturali tradi nequeant.

p. 258. Tractationem hanc de vita et moribus equorum deſcriptio equi, a Cl. DAUBENTON elaborata, excipit. Explicatio vocabulorum, quae externas equi partes deſignant, praemittuntur, et explicationes eorundem eo magis attendendae ſunt, quod plurima animalia ad eorundem normam deſcribuntur. Solidipeda enim animalia fabrica ſua ab homine multum differunt, quare ad huius normam deſcriptio animalium non apte diſponitur. Partes itaque externae capitis, trunci et extremitatum anteriorum et poſteriorum ſuccincte deſcribuntur, et amplior tractatio de coloribus equorum diuerſis, tum ſimplicibus tum compoſitis, ſubiungitur. Cuiuscunque vero coloris ſit equus, optimus tamen iudicatur, ſi extremitates iuba et cauda nigro colore tinguntur. Colores quosdam bonam, alios peruerſam equorum indolem indicare veteres aſſumſerunt, ſed crebrior obſeruatio falſam hanc opinionem diſcuſſit, et generoſos equos in omni ferme colorum varietate detexit. Signa, in variis partibus corporis equini obſeruata, quibus proportio laeſa et vitia conformationis declarantur, fuſius proponuntur et differentia equorum ex varietate laboris et uſus, cui impenduntur, ſimul recenſentur. Haec vero cuncta eo accuratius tradi poterant, cum in ſcriptoribus rei equinariae, quae a Cl. Auctore paſſim citantur, obſeruationes copioſae et ſaepius reiteratae inueniantur, hic in compendium quaſi deductae. Dimenſio equi hiſpanici generoſi, quae poſtea exhibetur, aptam omnium partium corporis

p. 269.

p. 279.

p. 300.

poris equini proportionem declarat, quae ex delineatione huius equi addita luculenter declaratur, et ea potiſſimum de cauſa attentius perluſtrari meretur, quod reliquorum animalium proportio impoſterum ad hanc normam definienda erit.

Anatome equi, a variis auctoribus tradita, a Cl. Auctore repetita non exhibetur, ea enim tantum, quae proprio examine in variis et aptis ſubiectis cognouit, propoſuit et paſſim iconibus additis declarauit. Sic canalis alimentorum, praecipue vero coeci et coli inteſtini, nec non ventriculi, accuratior deſcriptio non tantum, quoad ſitum, ſed etiam, quoad fabricam diuerſam exhibetur. Viſcera abdominalia reliqua, nec non pulmo, cor, lingua et cerebrum breuiter deſcribuntur, organa generationis in utroque ſexu et verbis et iconibus egregie illuſtrantur. Equos mammas non habere ARISTOTELES aſſeruit, quem omnes ſequuti ſunt reliqui ſcriptores, Auctor tamen noſter, per analogiam aſini deductus, in praeputio equi mammas utrinque poſitas detexit. In alantoidis deſcriptione extenſio huius membranae, liquor urinoſus, in ea contentus, et corpora, conſiſtentia ſatis firma praedita, quae in eo inueniuntur, vel productione alantoidis incluſa inter hanc et amnios membranam quaſi a filo dependent, deſcribuntur. Haec corpora, quae hippomanes nomine veniunt, viſcoſa ſunt et intus caua, nec fronti pulli equini inhaerent, ut veteres aſſumſerunt, ſed coagulum ſiue ſubſidens viſcidum corpus ſiſtunt, in liquore illo natum et productionibus alantoidis, ut hydatides, comprehenſum. Foetus vero equinus ratione externarum et internarum partium ſtudioſe examinatur, et relictis reliquis mollioribus partibus ſceleton equi, ad delineationem propoſitam, deſcribitur.

p. 306. p. 319. p. 328.

Rei equinariae ſcriptores oſteologiam equi in tres partes diuidunt: anteriorem ſcilicet, ex capite, ver-

p. 337.

vertebris colli, ſcapulis et pedibus anterioribus compoſitum; mediam ex vertebris dorſi et lumborum, nec non coſtis et ſterno conſtantem; poſteriorem, cui peluis oſſa cum cauda et poſteriores pedes accenſentur. Naturae partium contrariam hanc diuiſionem relinquit Noſter, et in hominibus ſtabilitam ſceleti diſtinctionem ad equos applicat, omniaque oſſa accurate deſcribit; in qua vero deſcriptione Auctorem non ſequi nec primaria inde ſeligere poſſumus, ſed lectores ad ipſam deſcriptionem, ut in
p. 368. aliis antea expoſitis, remittimus. Subnectit Cl. DAVBENTON earum equi partium deſcriptionem, quae in muſeo regio inueniuntur et ad hiſtoriam naturalem equi illuſtrandam pertinent, v. c. hippomanes, pars corporis cauernoſi penis equini, membrana albuginea teſticuli, lapis bezoar ex equo, et oſſa varia in primis morboſa.

Hactenus recenſita normam, quam in animalibus deſcribendis obſeruant Cll. Auctores ſatis decla-
p. 377. rant. Simili itaque ratione in hac parte et hiſtoria naturalis aſini a Cl. BVFFON, et deſcriptio accuratior una cum partibus, in muſeo regio aſſeruatis, ad hiſtoriam naturalem aſini ſpectantibus, a Cl. DAV-
p. 437. BENTON additur. Simili prorſus ratione hiſtoria naturalis bouis, eius deſcriptio et partes, in muſeo regio conſeruatae, recenſentur. Nos ex his omnibus pauca tantum, ſparſim ſelecta, adducimus, cum accuratior recenſio rerum propoſitarum limites noſtri ſermonis nimium produceret.

p. 379. Tractatio de aſino Cl. BVFFON occaſionem praebet, in ideam ſpeciei et degenerationis animalium inquirendi; non enim concedit, aſinum, ut diuerſam ſpeciem, ad equi genus referri poſſe, ſed omnia animalia, quae in generatione continua ſimilia iterum animalia producunt, ſpeciem conſtituere affirmat, qua in re nullum diſſentientem habebit hiſtoriae naturalis ſcriptorem, inde vero non ſequitur,

ſpecies

ſpecies ad genera, genera ad ordines, ordines ad claſſes per conuenientiam et diſconuenientiam ſignorum externorum ita reduci non poſſe, uti indiuidua ad ſpecies reducuntur. Iam adeo ſtabilitum et ex logicis principiis erutum eſt hoc hiſtoriae naturalis fundamentum, ut nemo ſubordinationem corporum naturalium neget, vel non videat, eandem in conſideratione corporum naturalium maximi uſus eſſe. Omnia itaque, quae Cl. Auctor proponit, hoc fundamentum non euertunt, ſed tantum declarant, quod etiam omnes concedunt, in ſpeciebus varietates occurrere, quae minus eſſentialium partium mutationes ſunt, per climatis et nutritionis differentias aliasque concurrentes cauſas inductae. Et eo redeunt, quae ex alibi dictis * de hominum varietatibus repetit, ulterius explicat, et ad animalium brutorum degenerationes applicat. Nemo eſt, qui aſinum ſpeciem animalium conſtituere neget, et ab equi ſpecie differre non concedat, cum vero animal ſit, praecipuis notis characteriſticis equo magis, quam boui ſimile, equus omnino appellari poteſt, et inter differentias ſpecificas illa, quae a cauda deſumitur, optime ſeligitur, et equus, cauda in extremo ſetoſa, dicitur.

Aſini in Arabia, utpote ſub calidiore climate, p. 397.
orti ſunt, inde in Aegyptum, Graeciam reliquasque Europae prouincias tranſierunt; in noſtris enim frigidioribus nec copioſe inueniuntur, nec magnitudine et robore excellunt, in calidioribus vero prouinciis Barbaria, Agypto nec non Guinea magnitudine et robore perfectiores inueniuntur. Vti vero in noſtris prouinciis magnitudine diuerſos conſpicimus aſinos, ſic in Barbaria quoque praeter ſylueſtres maiores, qui tamen haud feroces erant, alios minores et noſtris forte imbecilliores vidimus.

Cum

* Hiſt. Nat. Tom. III. p. 371.

p. 441. Cum de armentis boum, in hominum uſus coactis, et conſeruatis differit Cl. BVFFON ad nutritionem animalium, quodam modo conſiderandam, excurrit, et hominem non tantum carne animalium, ſed vegetabilibus quoque nutriri poſſe aſſerit. Non enim, inquit, vera nutritio, quae conſeruationi et incremento corporum fauet, eſt craſſa illa materia, quae in carne et herbis conſpicitur, ſed moleculae organicae, quae in utrisque continentur. Differentiam itaque tantum in eo conſiſtere aſſerit, quod ſub volumine aequali caro et grana cerealia copioſiores moleculas organicas contineant, quam herbae et aliae vegetabilium partes, nutritioni deſtinatae, et ita ad magnitudinem ventriculorum, in ruminantibus conſpicuam, et tanto volumini digerendorum proportionatam progreditur. Sed moleculae mixti, quae a chemicis declarantur, et copiam olei, ſalis, aquae, et terrae proportionatam ſiſtunt, et in animalibus et vegetabilibus diuerſimode diſpoſitae inueniuntur, melius omnino, quam aſſumtae et alibi quoque ad generationis negotium applicatae, moleculae organicae indolem nutrimenti optimi in variis alimentis definire videntur. Nec obiectionem de ventriculo equorum et aſinorum, reſpectu ruminantium, paruo, inde ſolutam videmus, quando illis colum et coecum magis amplum concedit, functiones enim coli
p. 455. et coeci ab illa ventriculi longe diuerſi ſunt. Cum boues intra biennium maximam incrementi partem abſoluant, vita eorundem quoque ſexies vel ſepties incrementi tempus ſuperat, ita, ut decimo quarto circiter vel decimo quinto anno pereant.

p. 469. Boues lambendo pilos euellunt atque deglutiunt, ex his conuolutis in ventriculo globi formantur, qui aegagropilae vocantur, hae ſemper in primo ventriculo ſubſiſtunt; pili enim, ad reliquos ventriculos et canalem inteſtinorum deducti, ſine mora tranſeunt.

p. 537. Inter eas partes, quae ad hiſtoriam naturalem bonis perti-

pertinent et in muſeo regio aſſeruantur, plures ſunt aegagropilae, aliae ex pilis et foeno conuolutae ſine cruſta, aliae incruſtatae, muco et terreſtribus partibus, uti in geneſi calculorum corporis euenire ſolet, in ſuperficie compactis. Boues vero in climate noſtro temperato primum nati videntur, vel in his prouinciis, in primis humidis et abundantia pratorum conſpicuis locis melius conſeruantur, ita, ut maiores, perfectiores et copioſiores in his, quam in ceteris et calidioribus praecipue Europae prouinciis, inueniantur. p. 471.

XVII.

IOH. BERNH. *von* FISCHER *geweſenen Leibarztes der Kayſerin Anna und Archiaters des Rußiſchen Reichs, wie auch Mitglieds* Academ. Natur. Curioſ. *Liefländiſches Landwirthſchaftsbuch auf die Erdgegend von Lief-Eſt-und Curland eingerichtet, worinne* 1) *die Vortheile des Feldbaus, der Viehzucht und Haushaltung;* 2) *die Urſachen und Mittel der Viehſeuche;* 3) *die Cur verſchiedener Bauerkrankheiten, und ſonderlich der Peſt vorgetragen werden. Mit einer Vorrede von* IOH. GOTTFR. ARNDT. *Halle im Magdeburgiſchen 1753. 1 Alphabet 2½ Bogen.*

h. e.

IOH. BERNHARD. de FISCHER Liber de re ruſtica, ad regiones Liuoniae, Eſtoniae et Curoniae accommodatus, in quo 1) ea, quae ad agriculturam, rem pecuariam et oeconomicam pertinent, 2) cauſae et remedia luis bouinae, 3) cura variorum morborum, quibus ruricolae obnoxii ſunt, praecipue peſtis traduntur.

Poſtquam Auctor huius libri Cl. munere archiatri ſummi Imperatricis imperii ruſſici ANNAE per

ſep tem

ſeptem annos cum laude defunctus fuerat, Rigam, unde primum euocabatur, reuerſus eſt, ibique in villa ſua vicina omne tempus atque ſtudium in rebus oeconomicis addiſcendis, diſquirendis et emendandis collocauit, omnes agriculturae mutationes ſedulo adnotauit pluresque obſeruationes inſtituit, unde hic liber natus ab Auctore nunc in lucem editus fuit. Ipſe autem liber totus in duas partes diuiditur. *Prima pars* de agricultura in genere agit, in cuius ſectione prima agricultura ſpecialis, in ſectione ſecunda horticultura et in ſectione tertia prognoſtica fertilitatis et ſterilitatis vegetabilium pertractantur. *Secunda pars* agit de re pecuaria, cuius ſectio prima tractationem de equis, ſecunda de bobus, tertia de ouibus, capris, ſuibus, canibus et felibus, quarta de auibus domeſticis, quinta de apibus exhibet. Poſt haec duae appendices annexae inueniuntur, in quarum prima variarum rerum domeſticarum diſquiſitiones, in altera vero peſtis conſideratio reperiuntur. Cum agricultura itaque dum occupatus eſt Cl. Auctor, ante omnia terram conſiderat eiusque tria genera aſſumit, humum, limoſam et arenoſam terram. Humus cum arena ſale terrae communi, nitro aereo et pinguedine mixta eſt, facile ſolubilis, mollis, leuis atque fertilis deprehenditur. Limoſa terra in ſua mixtione intima de martiali principio participat, parum humi, ſalis terrae et nitri aerei continet, hinc denſa, non adeo ſolubilis nec fertilis eſt. Arenoſa nihil humi, ſalis et pinguedinis, multos vero ſilices minimos habet, hincque ſicca et ſterilis reperitur. Ex tribus harum terrarum generibus omnes aliae ſpecies componuntur, prout ipſae diuerſimode mixtae ſunt. p. 40. Hiſce praeſuppoſitis Cl. Auctor oſtendit atque docet, qua ratione hic vel ille ager commode tractandus, ſtercorandus, emendandus fertilisque reddendus et ſemina frumentorum optime ſpargenda fructusque colligendi ſint. Ex ſectione ſecunda de

de horticultura praeſertim diſcimus, qua ratione plantae culinares et ad uſum domeſticum aptae e. g. braſſica, beta, daucus, petroſelinum, armoracia, raphanus, cepa, allium, ſinapi, ruta, ſaluia, hyſſopus, cuminum, mentha, lupulus optime coli, conſeruari et cuſtodiri queant. In ſectione tertia, dum p. 85. prognoſtica diiudicantur, intelligimus, illa, quae a lunae ſiderumque influxu petuntur, incerta, dubia, fallacia immo nulla eſſe, id quod quisque ſola experientia inſtituta cognoſcere poterit. Optima vero prognoſtica futurae agrorum fertilitatis ex ventorum vario acceſſu aerisque temperie mutata deſumuntur, quorum non nulla tanquam certa nec adeo fallacia Auctor adducit experientiſſimus.

Partis ſecundae ſectio prima multa continet, p. 102. quae ad equos pertinent in eaque ergo natura equorum, ſigna varia, vel bona vel mala ex corporis eiusque partium ſtructura deducta, ipſorum conſeruatio et morbi traduntur. Morbi autem equorum, quos Cl. Auctor ex ipſorum ſanguine calido, ex peruerſo modo, quo homines iis utuntur et conſeruatione neglecta deducit, plures ſunt, ex quibus nominantur morbi oculorum, auditus difficilis, haemorrhagia narium, anhelatio, cordis palpitatio, febres, colica, obſtructio alui, mictus cruentus, urinae retentio, urina aquoſa, icterus, vertigo, diarrhoea, tuſſis, glandularum maxillarium induratio, vermis internus et externus, ſcabies, macies, ganglia, ulcera aliaque. In ſectione huius partis p. 160. ſecunda pecorum naturam, ipſorum aetatis ſigna, modum ea conſeruandi, curam in uictu et potu propinando adhibendam, ſaginationem inſtituendam vitulorum educationem aliaque pertractat Noſter et ipſorum quoque morbos recenſet, quorum p. 180. praecipui ſunt lactis defectus, lac ſanguinolentum, ulcerum tumores, aſpritudo papillarum, alui obſtructio, ruminatio laeſa, dentium vacillatio, ulcera,

mictus

mictus cruentus, diarrhoea, dyſenteria, tuſſis, ſcabies, claudicatio, verrucae, rabies canina, morbi oculorum, vermes, hydrops, inteſtini prolapſus, morbi venerei. Praeter hos autem morbos luem bouinam in primis fuſius accuratiusque examinat et deſcribit. Duae huius ſaeculi peſtes notabiles ſunt, quarum prima anno 1709 in Vngaria, Poſonia, Ruſſia, Curonia, Liuonia, Suevia, Hollandia, Germania, Suecia et in Italia uſque ad annum 1718 ſaeuiens ingentem pecorum numerum internecioni dedit; altera ab anno 1740 in Hollandia, Anglia, Saxonia inferiori, Dania, in Pruſſicis et Hanoueranis ditionibus ſatis diu graſſata eſt. Eadem in Liuonia ab anno 1748. uſque ad annum 1752. multa pecora interemit.

p. 196. Praecipua ſymptomata in omni peſte bouina graui, haec tria maxime ſe ſe exſerunt. Primum fauces, lingua, palatum ab abſceſſibus et ulceribus ita arroduntur, ac ſi cancro deſtructa eſſent, quae corruptio uſque ad ventriculum ſaepe ſerpit. In dorſo magna porro eſt ſugillatio, unde illud vehementer dolet, caro nigra et pinguedo tenuis et aquoſa obſeruantur. Tandem ventriculus pecorum aegrotorum deprauatus et valdopere expanſus eſt, ex quo aqua ingurgitata copioſe effluit, inteſtina inflammata et nigra immo interdum putredine exeſa ſunt et a tanta deprauatione ventriculi et inteſtinorum diarrhoea oritur. Veſicula fellea ſolito maior et bile nimis tenui repleta reperitur. Haec ultima peſtis ſpecies, quae omni tempore pro peſſima habita fuit, etiam ab anno 1748 uſque ad annum 1751 in Liuonia graſſata eſt et hiſce ſignis ſe ſe manifeſtauit. Vaccae nimirum ab initio morbi lactis defectum, tuſſim atque inediam patiebantur, nihil praeter panem potumque frigidum appetebant; horripilatione corripiebantur; os ipſarum rubebat et calebat, ex oculis lacrymae et ex naribus pituita effluebant, pedesque

ſubinde

ſubinde attollebantur; in non nullis muſculi abdominales conuellebantur, paucis obſtructa aluus, plurimis vero liquida erat, quam tertio die diarrhoea vehemens mucoſa ſequebatur. Appetitus viriumque proſtratio tanta, ut pedibus amplius inſiſtere non poſſent, ſed deciderent et perirent. In illis, quibus os non adeo feruebat, tuſſis et diarrhoea remittebat, urina copioſa excernebatur, ruminatio redibat, ſpes ſanitatis affulgebat. Vaccae conualeſcentes plerumque abortum patiebantur, quae vero durante peſte foetum edebant, a morbo liberae erant, et quae ſcabie in collo vexabantur, euaſerunt, Illae, quae praeterito anno morbum ſuperauerant, futuro ab eodem liberae erant, licet inter aegrota pecora verſarentur. In pecoribus, quae aegrotari incipiebant, mactatis, p. 100
magna aquae ingurgitatae copia e faucibus emanabat et in ventriculo alimenta corrupta, dorſumque ſugillatum, veſicula vero fellea immutata reperiebantur. Horum pecorum mactatorum carnes ruſtici pauperes, canesque veſiculam felleam ſine noxa deuorarunt. Quoniam in non nullis a limatura martis praeſeruatiue data, bilis nigerrima inuenta fuit, putat Auctor acidum vehementiſſimum in bile adeſſe, quae a particulis martialibus e ſanguine adductis deinde mutata fuerit. Inter plurima remedia, quae adhibuerunt oeconomi, antimonium, ſulphur, rhabarbarum, nitrum, balſamus ſulphuris cum oleo lini coctus, pix liquida, baccae iuniperi cum aceto coctae, oleum lini cum tabaco et cereuiſia coctum, recenſentur. Ad prophylaxin alii miſcelam ex tabaco, farina, ſemine lini, ſale communi et aqua factam, alii alexipharmaca cum camphora propinabant, alii venae ſectionem inſtituebant. Quae vero omnia remedia dubia et incerta in vi ſua exſerenda cognita fuerunt, paucaque pecora medicamentis adhibitis curata fuiſſe obſeruatum eſt. Quo vero Auctor noſter Cl. in peſte bouina conſideranda veri naturae indagatoris partes impleat, eius

etiam indolem cauſasque diſquirendas ſibi ſumit, quas ex aeris temperie maximam partem deducit et plerumque, quando diram hiemem aeſtas ſicca excipit, luem bouinam irruere contendit. Hoc aſſertum ut eo firmius corroboret, aeris temperiem ab anno 1742 uſque ad annum 1752 in agro Rigenſi, in quo per hoc tempus peſtis ſaeuierat, obſeruatam annotauit.

Aer calore ſolis expanditur et frigore condenſatur. In primo ſtatu multas particulas heterogeneas varioſque vapores ope ventorum recipit; in altero ſtatu, a frigore particulae in aere contentae arctius compinguntur maioremque vim acquirunt, uſque dum aut per ſe conſumantur, aut cum pluuia mixtae decidant, hincque nociuum effectum in homines reliqua-
p. 208. que animalia exſerant. Annis ſupra citatis tales tantasque mutationes aer ſuſtinuit, quibus et herbis et pecoribus praua nociuaque diſpoſitio inducta fuit. In pecoribus in primis ſanguis, ſucci digerentes et ventriculus corrupta fuerunt, in ipſorum hepate ab acri bile ſecreta veſicula fellea repleta et extenſa fuit, quae bilis acris inteſtinorum arroſionem diarrhoeam et inflammationem produxit. Quod vero pecora non in una regione ſimul omnia hoc morbo corripiantur, partim diuerſae in diuerſis locis ſanguinis mixtioni et denſitati, qua non ſtatim prauos halitus ſuſcipiunt, partim diuerſae in his illisue terris herbarum bonitati
p. 211. adſcribendum eſſe videtur. Hoc ſingulare in peſte Rigenſi obſeruauit Noſter, quod nempe ſub copioſo trifolii prouentu illa vehementius graſſari, ſub linagroſtis vero et ranunculi pratenſis incremento auctiori ceſſare inceperit. Monuit vero etiam doctiſſimus FISCHERVS in *additamento* quodam ad hunc librum nuper edito nobisque communicato, ſub linagroſtis reditu nihilominus tamen peſtem ſine contagio communicato denuo acceſſiſſe, colligitque exinde, halitus malignos acceptos in aliis pecoribus citius, in aliis tar-
p. 212. dius euolui. Nouus vero linagroſtis et reliquarum herba

herbarum reditus oſtendit, a tempeſtate humidiore terram fertiliorem, aerem ſiccum, correctum eoque ipſo cauſam peſtis aliquo modo ſublatam fuiſſe. Cauſis morbi nunc cognitis ac praeſuppoſitis eo aptiora remedia opponi poterunt. Ex his prophylactica primum commendantur, quorum optimum eſt, ut pecorum ſanguinis mixtio atque diſpoſitio bona conſeruetur, ideoque iſta iuſto tempore circa ſolſtitium circiter aeſtiuum domi ſeruanda ſunt, antequam in paſcuis herbae calore aeſtatis ſicco malignos vapores attrahant atque areſcant. Vtile quoque per obſeruationes inuentum fuit, quod pecora, quae in iuniore ſecalis herba paſcuntur, aluum ſolutam nanciſcantur indeque conſeruentur. Illis pecoribus, quae in paſcuis victum quaerunt, remedium praeſeruatiuum ex foliis ribeſiorum, ex cortice ceraſi racemoſae ſiue padi et ex ſorbo in doliis cum ſale interſperſo paratum et decoctum quotidie propinandum eſt. Illa etiam lixiuio calido lauanda ſeduloque fricanda, poſteaque lupulus, baccae iuniperi, colocynthis aut allium contuſum cum pane ingerenda ſunt. Cum potu limus et ſcoriae ferri miſceantur aliaque alexipharmaca, leuiſticum, abſinthium, enula, gentiana cum ſale et aceto mixta adhibeantur. Bos non caſtratus et in partes diſſectus in vaſe aheneo cum aqua ad pultem coquendus eſt, cuius decoctum pecora bibant. Antimonialia et in primis hepar antimonii ſuam quoque virtutem praeſtant, uti in additamento annotatum legimus, ab hoc enim ſanguis diluitur, lac rubeſcit, et euacuationes aluinae leniores proueniunt. Quando ipſe morbus pecora inuaſit, eadem in ſtabulis retinenda ſunt nullusque victus propinandus, ſed remedia curatoria e. g. decoctum ex abſinthio et calamo aromatico cum ſale, tabacum conciſum cum ſpiritu vini, ſapo cum allio danda et remedia diaetetica ſupra commendata adhibenda ſunt. Hisce autem remediis ventriculus a cruditatibus et ſuccis corruptis liberatur bi-

p. 216.

lisque acris eliminatur. Diarrhoea, quae ab impuritatibus in inteſtina pulſis tunc temporis prouenit, ſalutaris eſt, nec ab hac ipſa, ſed ab inflammatione, gangraena et ſphacelo inteſtinorum ab acri bile indu-
p. 227. ctis, pereunt. Illa peſtis ſpecies, ubi ſugillatio in dorſo a ſanguine in vena magna dorſali ſtagnante et putreſcente adeſt, venae ſectione, ſapone, tabaco, lotione et frictione curatur. Puſtulae in ore et faucibus aperiendae, et ulcera aloe, myrrha, viridi aeris, vitriolo et melle abſtergenda ſunt. His ergo abſolutis, nunc Auctor in tertia ſectione, de ouium, caprarum, ſuum, canum et felium natura, moribus, paſcuis, pabulo, variis eorundem morbis, uti in praecedentibus agere pergit, id quod etiam in quarta et quinta ſectione peragit, quae omnia adducere longum nimis foret. In appendice prima, dum varias res domeſticas pertractat, inter alia de variis farinae ſpecibus eiusque conficiendi modo, de cereuiſia, aceto, ſpiritu vini eaque parandi variis artificiis, de methodo carnes varias condiendi et conſeruandi agit. In appendice demum altera peſtis hominum naturam eiusque ſigna et ſymptomata explicat docetque eandem a corruptione acidi aerei, hanc vero ab aere ſicco terraeque motibus prouenire variaque remedia prophylactica commendat. Praeter ea, quae nos adduximus, plura alia adhuc lectu digna et iucunda continet hic liber, eo magis utilia, quoniam ab oeconomo, phyſico et medico ex multis obſeruationibus inſtitutis attente, accurate docteque confectus eſt, ideoque omnibus oeconomis et qui re ruſtica delectantur commendandus.

XVIII.

Proluſio ad panegyrin medicam, quam indicit ac ſimul obſeruationes quasdam anatomicas de utero et naturalibus feminarum proponit D. IVSTVS GODOFREDVS GÜNZ, Reg. Conſ. Aul. et Archiater. Anat. et Chir. P. P. O. Fac. Med. Aſſ. de Acad. Reg. Sc. Pariſ. et Regg. Acadd. Scient. et artium Rothomagenſ. et Suecicae Sodalis. Lipſiae 1753. 4. pl. 2.

Cum multum interſit, tum cognoſcendi corporis humani cauſa, tum ad enucleandas diiudicandasque morborum ſedes, verum et genuinum noſſe viſcerum ſitum, in partibus feminarum naturalibus ſtudioſius peruestigandis hanc ob cauſam, occupatus fuit Ill. Auctor. Idque eo maiori cum neceſſitate, quod in eorum ſitus determinandis quibusdam conditionibus acutiores etiam differre ſolent diſſectores. Poſitum enim uterum media in pelui eſſe ſcribunt, omnem ab hoc loco aberrationem ad morboſum ſtatum referentes; ſed accuratior contemplatio edocuit Ill. GÜNZIVM, nunquam illum medium tenere locum, ſaepius in latus ſiniſtrum, quam in dextrum inclinare, et bene notante quidem HVBERO, ob ſuppoſiti inteſtini recti flexum. In plerisque porro collum atque fundum in eadem linea poni deprehenditur, quo fit, ut vagina etiam, obliqua reddita, dextro ſuo latere ad os uteri propius, quam ſiniſtro accedat. Hinc margo uteri dexter ad os ſacrum, ſiniſter ad veſicam conuertitur, quod alibi non adnotatum fuiſſe rei peritis conſtabit; nunquam tamen perpendicularis eius ſitus fit, collum potius ad veſicam et pubem, fundus ad os ſacrum ſpectat. Quam conditionem etiam grauiditas non mutat, niſi quod in iis, quae ſaepe pepererunt,

runt, magis horizontalis euadat, praecipue si ampla peluis extiterit. Reliquae Ill. Auctoris obseruationes ad figuram uteri et partium coniunctarum connexionem spectant. Vteri superficies aduersa vix non semper plana et compressa est, auersam autem conuexam et rotundam esse monet Noster, ut *uterus ab ea parte conum inuersum referat.* Exinde simul est, ut ligamenta lata ad uteri aduersam partem adrescant, quae autem sibi utrinque similia sunt. Ouaria in pelui plerumque conduntur eius sub margine, dextrum tamen ad uterum plerumque propius accedit, et dorsum horum utrumque ad os sacrum conuertit, et faciem aliam inferiorem, aliam superiorem conspiciendam offert. In tubis FALLOPII eadem est utrinque longitudo, sed dextra magis flexuosa, neque in omni decursu inflexae sunt, sed ab initio rectae, neque perpetuo in progressu ampliantur, sed angustationibus interdistinguuntur. In uniuersum multis modis variantem obseruauit Ill. Auctor amplitudinem. Orificiorum autem diuersitas animaduersa a membranulae, quae illud ambit, et extremam aeque ouarii partem ac fimbrias comprehendit, integritate vel laesione prouenit. Finis porro in fimbrias abiens, quamuis plerumque retro ouaria dependere in peluim scribatur, in puellis et nondum nubilibus tamen ante ouaria constitutus haeret, ut differentia haec situs ab discrepantia aeque ac erectione spongiosae substantiae prouenire haud immerito videatur. Ligamenta lata plica quadam et ouaria, et rotunda, sic dicta, ligamenta complectuntur, nullum autem, praeter duplicatum peritonaeum, ligamentum ipsa ouaria utero iungit, prout latum etiam ligamentum ad vaginam non deuenit, licet plica inter intestinum rectum, uterumque ligamenti vice fungi possit. In utero deinde, per se considerato, crassities partis auersae maior est, quam aduersae, cauitas admodum angusta et pro ratione muliebris virgineique uteri multum diuer-

sa.

ſa. Tribus quidem ea determinatur lineis, ſed in virgineo fere rectae illae ſunt, in muliebri autem, a parte cauitatis, concauae prorſus. Membrana, interiorem inueſtiens uterum, nulla eſt, villis tamen internis totus inſtruitur, nec non conſpicuis admodum poris, et maioribus aliquando lacunis pertunditur, in virgine etiam nuper ab Ill. Auctore obſeruatis. In collo cauitas tota aſpera eſt, diuerſiſſimis autem modis, niſi quod media eum plerumque diſtinguat eminentia, accedentibus lateralibus. Os, quod internum dicunt, in puellis linea tantum transuerſa patet, ſic, ut labia quaſi compreſſa ſint. In iis autem, quae pepererunt, inaequale oſtium redditur, ut nulla grauiditatis nota inde deſumi queat. Ob vaginae adhaeſionem cum illo labium anterius poſteriore breuius fit, et poſterius a vagina diſtat, anterius eam fere contingit. Figura tandem vaginae non rotunda eſt, duos potius in parietes poteſt diſtingui, alter planus, poſt veſicae baſin, alter arcuatus ſuper inteſtino recto, antrorſum dirigitur; dum ſub oſſibus pubis progreditur, a latere comprimitur, et crumenae inſtar conſtringitur. Hinc intus eminentiae enaſcuntur, ſaepe quatuor, duae ſuperius atque inferius, maiores, et duae minores a latere, omnes ramoſae. Hymen, oſtio appoſitus et pyloro non abſimilis, a vaginae tunica et exteriori cute introrſum flexa, enaſcitur, verſus exteriora conuertitur, ſuperius anguſtior, inferius multo latior.

Patet itaque in iis, quorum notas accurate et ſtudioſe ab aliis traditas, accepimus, plura tamen relinqui, quorum adnotatio multum et neceſſitatis et utilitatis habet. Confidimus etiam Ill. Auctorem ea, quae de obſeruatis in grauidis et puerperis exponenda promiſit, ob inſigne, quae doctrinis medicis inde accedet, emolumentum proxime eſſe expoſiturum.

XIX.

Quaeſtionum medicarum, quae circa medicinae theoriam et praxin ante duo ſaecula in ſcholis facultatis medicinae pariſienſis agitatae ſunt et diſcuſſae ſeries chronologica cum doctorum praeſidum et baccalaureorum propugnantium nominibus. Opus ad medicinae medicorumque pariſienſium hiſtoriam maxime conferens. Pariſiis apud Ioannem Thomam Heriſſant. 1752. 4. mai. pl. 14.

Quaeſtionum medicarum, quae circa medicinae theoriam et praxin a duobus fere ſaeculis in actibus veſperiarum doctoratus et regentiae apud medicos pariſienſes agitatae ſunt et diſcuſſae, chronologica ſeries altera. Opus ad medicinae medicorumque pariſienſium hiſtoriam maxime conferens. 1752. 4. pl. 14.

Compendiaria medicorum pariſienſium notitia, ſiue clarorum virorum, qui a ſaeculo circiter decimo quarto, ad hunc uſque diem, in facultate medicinae pariſienſi vel decanatum geſſerunt, vel baccalaureatus, licentiatus aut doctoratus gradum obtinuerunt, chronologica ſeries, additis dignitatibus et muneribus, quibus pro tempore functi ſunt. 1752. 4to mai. pl. 3.

Qui hic proponuntur, tres diſtincti librorum tituli, unum quaſi opus ſiſtunt, quod nomina virorum, qui in ſchola medicorum pariſienſium inclaruerunt,

fuerunt, eorumque labores, scilicet specimina, in obtinendis variis gradibus academicis exhibita, sistit. Debemus hanc notitiam Cl. HYACINTHO THEODORO BARON, qui circa finem anni 1752. decanatum gessit, et in praefatione monet, exercitationes has academicas, quarum tituli hic exhibentur, quicquid salutaris artis theoria amoenitatis, quicquid praxis medica utilitatis habeat, complecti. Licet vero schola medicorum parisiensium iam initio saeculi duodecimi inclaruerit, tamen et ante artem typographicam inuentam, et sub eius initium haec specimina siue quaestiones medicae, cum in schedulis tantum elaboratae fuerint, conseruari non potuerunt, ideoque nullae hic inueniuntur, quae saeculum decimum sextum antecedunt. Et olim quidem agitatae et discussae theses sub positionum forma tantum, post ea vero fusiori sermone propositae fuerunt, seruata tamen concinna in rebus proponendis breuitate, ita, ut quaelibet thesis quinque articulis seu corollariis componatur: primum nimirum corollarium quaestionem exponit, et maiorem syllogismi propositionem exprimit, quae in secundo comprobatur; minor propositio tertio continetur corollario, cuius probationes et argumenta complectitur quartum, tandemque in quinto corollario diluuntur obiectiones, et ex his praemissis elicitur conclusio. Hae quaestiones medicae, cardinalitiis vel quodlibetariis disputationibus, uti in earum fronte, quas nos hoc potissimum saeculo impressas accepimus, legitur, destinatae, quoad titulos tantum ordine chronologico hic recensentur, ita, ut in medio quaestio exponatur, a dextra doctoris praesidis, a sinistra baccalaurei proponentis nomine addito. Enumerantur autem primo aliquae tantum, quae ab anno 1539 ad annum 1574. recuperari potuerunt, post ea ab anno hoc 1574. omnes ita, ut in commentariis facultatis descriptae fuerunt, recensentur.

In ſecunda huius operis parte ſeries altera quaeſtionum exſtat, earum ſcilicet, quae pro veſperiis, pro doctoratu, et pro paſtillaria, ſic dicitur actus regentiae, *Docteur regent*, propoſitae, et viua voce inter doctores colloquentes diſcuſſae et reſolutae fuerunt. Praemiſſo igitur nomine candidati vel doctoris, a quo quaeſtiones ventilatae fuerunt, ipſae, quotquot ab anno 1576 ad 1752. recuperari potuerunt, recenſentur.

Tertia pars huius operis, ut in titulo expreſſum legitur, nomina clariſſimorum medicorum exhibet, eo ordine, ut primo nomen decani et annus, poſt ea nomina eorum, qui ſub hoc decanatu ſummos in medicina honores ſuſceperunt, adiectis inſuper honorum titulis, quibus non nulli ex his condecorati fuerunt, recenſeantur.

Addit tandem Cl. Editor in praefatione et viros, Cll. BERTRAND et GEOFFROY, aliosque plura, quae hiſtoriam medicinae, et in primis ſcholam medicorum pariſienſium, concernunt, ex patria auitaque haereditate obtinuiſſe, quae cum orbe erudito demum communicanda eſſent. Nos vero ſelectum quaeſtionum medicarum, in primis quodlibetariarum, quarum tituli hic tantum exprimuntur, typis expreſſum exoptamus; rarius enim ad nos transferuntur, et licet non omnes auctorum eruditionem et praeſtantiam declarent, non nullas tamen lectu omnino dignas fuiſſe ipſi hi noſtri commentarii abunde declarant.

XX.

Noua phyſico-medica.

Regiae Berolinenſis ſcientiarum et elegantiorum literarum Academiae membra ordinaria in Claſſe phyſica:

10. THEODOR ELLER, Med. D. Ser. Boruſſor. Reg. Conſiliar. Aul. et Archiater primus, copiarum Boruſſica-

ruſſicarum Medicus primarius, Claſſis phyſicae Reg. ſcient. Academiae et Collegii Medico-Chirurgici et omnium rerum medicarum et chirurgicarum totius regni Director, Supremi Collegii Medici, Berolini conſtituti, Decanus, Caeſar. Acad. Naturae Curioſorum et Berolinenſis Collegii Sanitatis Sodalis.

PETRVS CARITA, Med. D. Supremi Collegii Medici Berolinenſis Prodecanus, Noſocomii Gallici et pauperum inter extorres Gallos Medicus ordinarius, Gymnaſii Gallici Inſpector.

IOSEPH. DE FRANCHEVILLE, Ser. Boruſſ. Reg. Conſil. Aul.

IO. GOTTLIEB GLEDITSCH, M. D. in Collegio Medico-Chirurgico Profeſſor Botanices ipſiusque Collegii Secretarius, Horti Regii Director, Acadd. Caeſ. Nat. Cur. et Suecicae Holmienſis Sodalis.

IO. NATHANAEL LIEBERKÜHN, M. D. Caeſ. Acad. Nat. Cur. et Reg. Scient. Societatis Londinenſis ſodalis.

MICHAEL MATTHIAS LVDOLF, M. D. Ser. Bor. Reg. Medicus Aulicus, in Coll. Med. Chir. Prof. Botan.

CHRISTIAN. FRIDER. LVDOLF, M. D. Supremi Coll. Med. Berolin. Aſſeſſor, copiarum Boruſſ. orphanotrophii Berolin. et militum inualidorum Medicus.

ANDREAS SIGISMVND. MARGGRAF, Berol. Scient. Academiae a rebus chymicis.

IO. FRIDER. MECKEL, M. D. in Coll. Med. Chir. Anatomiae, Phyſices et artis obſtetriciae Prof.

IO. HENRIC. POTT, M. D. in Coll. Med. Chir. Chemiae Prof.

AVGVST. FRID. WILHELM SACK, Supremi Senatus Eccleſiaſtici Berol. Conſiliar. et Aſſeſſor, et Regiae Aulae ab orationibus ſacris.

THEO-

THEODOR SPROEGEL, M. D. Ser. Bor. Reg. Medicus Aulicus, in Coll. Med. Chir. Therapiae Prof.

Supremi Collegii Medici Berolini conſtituti Membra ordinaria:

Illuſtriſſ. et Excellentiſſ. ADAM. OTTO DE VIERECK, Ser. Bor. Reg. Summi Senatus, Directorii Generalis dicti, Miniſter primus, etc. Praeſes et Director Primarius Supremi Collegii Medici.

Perilluſtris PHILIPP. IACOB. DE BEGGEROW, Ser. Bor. Reg. redituum et rerum bellicarum Conſiliar. intimus, Supr. Colleg. Med. Director.

CHRISTOPH. HORCH, M. D. Ser. Bor. Reg. Conſiliar. intimus et Archiatrorum Senior, Caeſ. Acad. Nat. Cur. et Berol. Colleg. Sanitatis Sodalis.

IO. THEODOR. ELLER, iam nominatus. Omnium rerum medicarum et in primis medico-forenſium curam habet in Supremo Collegio Medico.

CHRISTIAN. ANDREAS COTHENIVS, M. D. Ser. Bor. Reg. Conſiliar. Aul. et Archiater, copiarum Boruſſ. Medicus ſecundus, Collegii Medico-Chirurgici Director et Supremi Coll. Med. Decanus utriuſque illius ſecundus, Paſtampii Poliater.

PETRVS CARITA, iam nominatus. De rebus medicis inter Gallos, in prouinciis S. Bor Reg. habitantes, occurrentibus, ad Supr. Coll. Med. refert.

CHRISTIAN. BERGEMANN, M. D. Ser. Bor. Reg. Conſiliar. et Medicus Aulicus, militumque Berolini in praeſidiis collocatorum Medicus ordinarius. De rebus medicis ex prouinciis Marchiae Electoralis alteriusque Nouae dictae, ad Supr. Coll. Med. refert.

EHRENREICH. WILHELM. KAATZKY, M. D. S. Bor. Reg. Conſil. Aul. De rebus medicis ex prouinciis regni Boruſſiae ad Supr. Colleg. Med. refert.

CHRI-

CHRISTIAN SIGISM. ZEIDLER, M. D. Ser. Bor. Reg. Conſil. et Medicus Aulicus. De rebus medicis ex Ducatu Magdeburgico et Principatu Halberſtadienſi ad Supr. Coll. Med. refert.

10. GEORG. LESSER, M. D. Ser. Bor. Reg. Conſiliar. et Archiater caſtra ſequens, urbium, quae Berolinum conſtituunt, Phyſicus ordinarius et Collegii Sanitatis Sodalis. De rebus medicis ex urbibus Berolinenſibus, Principatu Mindano, Comitatibus Rauensbergico, Lingenſi, Tecklenburgico, et Friſia Orientali, ad Supr. Coll. Med. refert.

10. CAROL. WILHELM. MOEHSEN, M. D. Caeſ. Acad. Nat. Cur. Sodalis, Gymnaſii Ioachimici Medicus ordinarius.

GOTTLOB NATHANAEL IAESCHKE, M. D. Ser. Bor. Reg. Conſiliar. et Medicus Aulicus. De rebus medicis ex Ducatu Cliuenſi, Comitatu Marchiae, Principatu Meurſiano et Ducatu Geldriae ad Supr. Coll. Med. refert.

CHRISTIAN. WILHELM KÖRNMANN, Ser. Bor. Reg. Conſil. bellicus. De rebus exercendae iuſtitiae ad Supr. Colleg. Med. pertinentibus, ex omnibus illis prouinciis ad Collegium illud refert.

CHRISTIAN. FRID. LVDOLF, iam ſupra nominatus.

GEORG. FRID. ASCHENBORN, Collegii Aſſeſſor, qui rationes eius tenet, pharmacopoeus regio priuilegio donatus. In rebus tantum pharmaceuticis, quae ex omnibus regni Boruſſici prouinciis ad Supr. Colleg. Med. deferuntur, ſententiam atque ſuffragium ferendi habet poteſtatem.

His iam enarratis membris ordinariis ſequentes viri, ut Aſſeſſores, accedunt tum temporis, quando pharmaceutica aut chirurgica examina coram illo Collegio ſubeunt candidati:

10. CHRISTIAN. FABRICIV, ſpharmacopoeus regio priuilegio donatus.

GOTT-

GOTTLIEB CATTER et
IO. CHRISTIAN. SELGE, uterque chirurgus Berolini publice conſtitutus.

Collegii Medico-Chirurgici, Berolini conſtituti*,

Directores:

IO. THEODOR ELLER, et
CHRIST. ANDR. COTHENIVS, uterque iam ſupra nominatus.

Doctores et Demonſtratores:

MICHAEL MATTHIAS LVDOLF, Med. et Botan. Profeſſor.
IO. HENR. POTT, Med. et Chymiae Prof.
THEODOR SPROEGEL, Therapiae Prof.

Hi tres iam ſupra nominati:

SIMON PALLAS, Chirurgiae Prof.
FRID. HERMANN. LVDOV. MVZELL, Med. D. Phyſiol. et Patholog. Prof. Regii Noſocom. Charitatis dicti Medicus ordinarius.
IO. FRID. MECKEL, Anatomiae, Phyſices et Artis obſtetriciae Prof. et
IO. GOTTLIEB GLEDITSH, Botan. Prof. et Collegii Secretarius; uterque iam ſupra nominatus.
IO. THEODOR SPROEGEL, M.D. Anatomiae Prof. et Profector.

CAROL.

* Iam alio quidem tempore Collegii huius membra enarrauimus, in Comment. noſtr. Vol. II. P. I. p. 1721 ea tamen hic loci repetere libuit, tum propter nouos, qui ab illo tempore acceſſerunt, Profeſſores, tum propter eam cauſam, quod omnia Collegia Medica, Berolini conſtituta, coniunctim recenſere placitum erat. Notetur ſimul, ex errore quodam Cl. IO. HENR. BONNESS huic collegio ut Aſſeſſorem a nobis olim annumeratum fuiſſe; quippe qui numquam ipſi fuit adſcriptus.

CAROL. PHILIPP. BRANDES M. D. Chymiae Prof.

Collegium artis obſtetriciae Berolini conſtitutum *:

Director primarius, Illuſtriſſimus DE VIERECK.
Director alter, IO. THEODOR. ELLER.
Profeſſor, IO. FRID. MECKEL; viri omnes iam ſupra nominati.

Collegii Sanitatis dicti, quod, Berolini conſtitutum, publicae ſanitatis conſeruandae curam habet, membra:

Perilluſtris FRID. WILHELM. QVIRIN. DE FORCADE, Ser. Bor. Reg. Supremus excubiarum militarium peditumque legionis, nomen ab ipſo ducentis, Praefectus; Collegii Sanitatis Praeſes.
IO. THEODOR ELLER, idem.
FRID. AVG. REICHELM, Ser. Bor. Reg. Conſil. intimus et ſenatus urbium Berolinenſium Conſul.
IACOB. LVDOV. THIELE, Ser. Bor. Reg. Conſil. bellicus et ſenatus urbium Berolinenſium Conſul.
FRID. WILHELM. DE GERLACH, Ser. Bor. Reg. Conſil. bellicus.
CHRISTIAN. ANDR. COTHENIVS et
IO. GEORG. LESSER, uterque iam ſupra nominatus.

IO.

* Cl. MECKEL non iuniores ſolum medicos atque chirurgos, ſed omnes etiam in totius regni prouinciis conſtituendas obſtetrices, artem docet obſtetriciam. Illae igitur eum in finem Berolinum adire ibique per aliquod tempus collegiis ſuae artis intereſſe, ipſiusque regulas ſimul in noſocomio regio, Charitatis dicto, exercere ideoque rectius addiſcere debent. Vt iuniores autem medici habeant, ubi in hac arte manibus dextre uti diſcant, feminae grauidae non maritatae in ſeparatam domum recipiuntur, quibus, partum ſuo tempore edentibus, adſiſtere illi queant.

IO. HERMANN BÜRGER, Collegii huius Secretarius et Regiſtrator.

IACOB. HENR. AHE, Ser. Bor. Reg. Cancellariae ſcriba.

Regiam *Pariſienſem* chirurgorum academiam optimae diſquiſitioni thematis, ab ipſa propoſiti, de vero cauterii actualis uſu, nummum aureum, quingenta pondo gallica aequantem, ex inſtituto viri, de Pariſienſium chirurgorum honoribus atque emolumentis inſigniter promeriti, DE LA PEYRONIE, ad annum 1753 conſtituiſſe, olim iam a nobis relatum fuit *. Illud autem praemium praegreſſo anno nemini eam ob cauſam dare ſe potuiſſe, illa nunc indicauit, quod omnes ſuper hoc argumentum ſcripti et ad ipſam miſſi commentarii, vel hanc artis tantum theoriam, obſeruationibus ad eam confirmandam neceſſariis omiſſis, vel has quoque ſolas, ſine requiſitis et ad hanc artis partem attinentibus principiis additis, continent. Eandem igitur quaeſtionem, iſto nunc praemio duplicato, iterum ea proponit, anno 1755 dirimendam: Numne ignis nimirum ſiue cauterium actuale a veteribus frequenter nimis adhibitum, a recentioribus autem neglectum nimis fuerit? In quibusnam inſuper caſibus, et quas ob rationes, hoc ad curandos morbos chirurgicos adhibendum remedium aliis praeferri debeat? Vt ii, qui in exponendo iſto themate iam elaborarunt, ſuasque ad Academiam miſerunt diſſertationes, his ipſis eas adiiciant mutationes, quas iis conuenire exiſtiment, easque denuo Academiae Secretario, Cl. MORAND, tradendas curent, ab illa permiſſum eſt. Terminus, intra quem Vir ille Cl. recipiet commentationes, in gallica aut latina lingua exarandas et ita deſcribendas, ut legi facile poſſint, ad finem uſque huius anni 1754 excurrit; ipſum vero praemium in publico, paulo poſt dies

* Comment. noſtr. Vol. I. P. III. p. 527.

dies festos paschatis habendo, conuentu, tribuetur, omnium optime merenti, academiae tantum sociis ab illa spe exclusis. Quilibet auctor signum aliquod characteristicum siue sententiam, commentario suo inscribat, ac aliqua chartae particula obtegat eamque obsignet, quae, nisi libello isti praemium fuerit adiudicatum, haud soluetur; quo signo deinde, et alio probe et accurate iterum descripto commentarii sui exemplo simul exhibito, is sua iura poterit approbare.

Historiae naturalis studium permultos quidem delectat: sed, qui impensas ad culturam eius necessarias e re sua facere possint, inter eruditos quoque perpauci reperiuntur, nisi principum, aliorumue, quibus amplae sunt fortunae, ciuium auxiliatrice manu adiuuentur. Insignes itaque laudes meretur Illustrissimus Comes A BENTINK, Heros amplissimis honoribus conspicuus, et Academiae *Lugduno Batauae* Curator Primarius, quod suarum, quas de re publica et in primis de iam iam dictae academiae emolumento semper habet, curarum partem in id impendere voluerit, ut Vir Cl. IO. ALLAMAND, in eadem Academia philosophiae et matheseos Professor, non publica solum auctoritate, sed et sumtibus publicis instructus, rerum quarumlibet naturalium thesaurum, communi usui destinatum, colligere iussus sit. Cuius colligendae supellectilis initium anno praeterito is quoque fecit, et id tanto quidem cum successu, ut iam pro breui hoc temporis spatio laetum thesaurus ille ceperit incrementum quoad aues, insecta, pisces, maximam porro, id, quod in primis Illustrissimi illius Comitis beneficio factum fuit, mineralium copiam, quippe quae alias in illis terris non facile acquiruntur, aliarumque tandem historiae naturalis partium curiosa, quibus quidem omnibus colligendis et Indiae et commercia foederati Belgii quam maxime fauent.

Genevae eruditorum quaedam ſocietas diſſertationes in omnibus academiis huc uſque editas colligere, pro argumenti ſimilitudine ſibi iungere, in certas ideo claſſes redigere, iterumque in forma, quam dicunt quartam, edere ſe velle pronunciauit, prout nimirum ad agri culturam, anatomiam, architecturam, artes in genere conſideratas, aſtronomiam cum phyſica geometrica coelique hiſtoria, botanicam, chemiam et pharmaceuticam, chirurgiam, geographiam et chronologiam, hiſtoriam naturalem, hydrographiam rerumque nauticarum ſcientiam, matheſin puram, mechanicam, ſcientiam medicam, mineralogiam, muſicam, opticam et gnomonicam, et phyſicam, pertinere videantur, miſcellaneis tandem, quippe quae ſcire omnes eruditos iuuat, ad ultimam claſſem relegatis. Hae variae collectiones, ſeorſim inſtitutae, ſeparatim quoque vendentur. Quae commentationes in latino gallicoque idiomate exaratae ſunt, tales quoque permanebunt, in aliis vero linguis confectae in gallicam vertentur; latine tamen ſcriptae, ab illis gallice compoſitis, ſeiungendae, ſeparatim excudentur. Ab iis, quae ad generalem phyſicam referri debent, omniumque nimirum, per hoc uniuerſum mundi ſpatium reperiundorum, corporum indolem et naturam exponunt, fiet exordium. Is, qui ante finem menſis iunii huius anni in anteceſſum dare vult pecuniam, pro quolibet tomo unum circiter ſoluet thalerum imperialem et quatuordecim groſſos, unaque declarabit, num exemplum gallice, aut latine ſcriptum cupiat? Academiarum porro membra, aliique viri docti, rogantur, ut commentarios, ſi quos vel iam excuſos, vel manu tantum ſcriptos in promtu habeant, ſuis nominibus, et, quibus fruuntur honoribus, ſimul notatis, ad bibliopolas, CRAMEROS, mittant *Geneuam* ſub hoc titulo: *A Meſſieurs, les freres* CRAMER, *libraires à Geneve, pour être envoyés aux Editeurs D. C. du Recueil des Mémoires des Academies*

demies. Pro quauis ſuorum laborum plagula nummum aureum accipient eorum auctores; quod promiſſum tamen, niſi coniectura noſtra fallimur, de iis forte tantum valebit opuſculis, quae loco aliquo in ea ipſa collectione iudicantur eſſe haud indigna. Quodſi igitur, uti interim ſperare volumus, viri docti hanc in ſe curam ſuſceperint, ut a ſuperfluis utilia, a tricis atque nugis ſolida, a fictis vera, et ab iis, quae iam centies dicta ſunt, noua ſeligant: publicum inde uſum omnino redundare poſſe exiſtimamus.

Quae poſt obitum IO. HENR. CRORSERI * in Academia *Groeningenſi* huc uſque vacauit cathedra medica, ex decreto Sereniſſimae prouinciarum Belgii foederati Gubernatricis et Illuſtriſſimorum Academiae illius Curatorum, duobus nunc profeſſoribus ſupplebitur. Qua de cauſa Vir Cl. FIBER. LAMBERGEN, qui Franequerae profeſſoris medici munere hactenus functus eſt, ut *Groeningae* in poſterum artem medicam, et in primis Botanicam atque Chemiam doceat; pro anatomica vero atque chirurgica arte docenda, Vir Cl. IO. GEORG. ROEDERER, qui per hos ultimos annos Goettingae, ut Profeſſor Medicinae Extraordinarius, artem ſalutarem, eamque in primis obſtetriciam, cum laude profeſſus eſt, vocati ſunt. Num is autem poſterior hoc ſibi oblatum munus acceperit, nondum quidem conſtat; quum eodem fere tempore a Ser. Magnae Britanniae Rege munus Profeſſoris Medicinae ordinarii in academia *Goettingenſi* nactus ſit.

Hafniam Petropoli aduenit nuper menſe ſeptembri 1753 Vir Cl. CHRISTIAN. GOTTLIEB. KRATZENSTEIN, Med. D. Academiarum Imperialium Nat. Curioſ. et Petropolitanae ſcientiarum ſocius, et hactenus ſcientiae mechanicae in academia Petropolitana Profeſſor, variis, quae huc uſque edidit, ſcriptis inter

 erudi-

* l. c. Vol. II. P. II. p. 368.

eruditos clarus factus, a Ser. Danorum Rege Medicinae et Physices Experimentalis Professor in academia Hafnienſi nominatus atque iam constitutus. Quam ob causam proxime insecuto mense octobri praelectionum suarum fecit initium, indicatis iis programmate edito, *quo historiam restitutae loquelae per electrisationem recenset.* In numerum quoque suorum sodalium receptus fuit ab academia scientiarum Hafnienſi.

Halae Magdeburgicae a Ser. Borussorum Rege Professorem Medicinae Extraordinarium nuper nominatum fuisse legimus virum Cl. FRIDER. CHRISTIAN. IVNCKER, Phil. et Med. D. IOANNIS filium.

Seculo decimo sexto ad initium usque septimi in Polonia admodum floruisse literas, deinde vero earum exercitium ibi fere euanuisse, ex historia constat. Nunc vero Polonis aliqua ad maiorem scientiarum cognitionem iterum perueniendi affulget spes, quum Illustrissimi Comites DE ZALVSKI, frater uterque in scientiarum incrementum natus, aliique patriae suae amantes multum impendant studii, ciuibus suis literarum amorem inspirandi; eamque etiam ob causam scientiarum academiam, ad earum instar, quarum multae in Italia florent, *Varsauiae* ante breue tempus aperierint. Et medici quoque habent, cur in posterum aliquod artis suae augmentum eiusque felicius magisque honorificum expectare queant exercitium. Illustrissimi enim Comitis MALACHOWSKI opera factum est, ut collegium medicum *Varsauiae* constituendi captum sit consilium, statutis, quibus illud debet superstrui, à LAVRENTIO MITZLERO, Phil. et Med. D. Regioque Consiliario Aulico et Medico propositis, per mandatum Indulgentissimi Regis sancitis atque confirmatis.

Obitus

Obitus virorum, qui de re publica et literarum incremento prae aliis bene meruerunt, semper praematurus haberi debet. Dolebunt itaque omnes boni mortem venerabilis senis, RICHARD MEAD, Med. D. Collegii Medicorum Londinensis et Edinburgensis et Regiae Scientiarum Societatis Londinensis Sodalis, Medici Regis primarii, qui nuper die decimo sexto mensis februarii *Londini* e vita discessit, aetatem octoginta quinque annorum consecutus, et, uti de suo rege suaque patria, ita etiam de arte in primis salutari, egregie promeritus, id, quod scripta eius testantur, quae in plurimorum lectorum nostrorum manibus fore confidimus. Reliquit etiam museum ob nummos praesertim, gemmas, aliasque res quoad artem vel certe antiquitatem commendandas, a peritis magni aestimatum.

Nominauit in ipsius locum Ser. Magnae Britanniae Rex, qui sanitatis suae curam habeat, Cl. PETRVM SHAW, Med. D. virum et fama sui nominis, quam vel inter eruditos etiam adeptus est, et meritorum laude non minus celebrem.

Dresdae nuper die quinto mensis martii inter vivos esse desiit IO. CHRISTOPH. NEIDE, Med. D. Seren. Regis nostri Consiliarius Aulicus, Archiater, Collegii Medico-Chirurgici Dresdensis Commissarius et Director*, vir propter singularem ingenuitatem suam, probitatem atque per longam experientiam stabilitam dexteritatem, omnibus carus et insigni apud eos, qui suam ipsius curae sanitatem commiserant, pollens auctoritate. Non amplo quidem genere, honestis tamen parentibus, natus anno praeteriti seculi octogesimo Wittenbergae. Per primos aetatis annos patrem, qui viuebat ibi piscatu, in hoc ipsius quaestu quaerendo adiuuans, in omnium primis modo literarum artisque musicae rudimentis instituebatur.

* l. c. Vol. I. P. V. p. 711.

Magdeburgum deinde se conferebat anno 1696, scholas ibi frequentans, nec magna sibi tum temporis de futuro vitae suae statu proponens, tractabat in primis musicam; quam post ea tamen, post tres nimirum annos Wittenbergam redux, CHRISTIANI VATERI, Medicinae Professoris ibi haud incelebris, liberos ea cum emolumento docebat, ut collegiis eius physicis et medicis interesse ipsi liceret. Praeter illum quoque IO. GOTHOFREDVM BERGERVM, Medicinae Professorem suo tempore celeberrimum, et praeceptorem et rerum suarum nanciscebatur amplificatorem, cuius consiliis atque auxiliis eo quoque perueniebat, ut anno 1708 in eadem academia, suum *de tussi* conscriptum inaugurale specimen sub praesidio PAVL. GOTTFREDI SPERLINGII, Med. D. et Prof. defendens, Medici Doctoris iura atque honores consequeretur. Vitae generi, quod dici solet practicum, statim ab initio se se dicans, Dresdam eum in finem abiens, tanto cum applausu atque successu faciebat ibi medicinam, ut anno 1712. a Ser. Principe DE FÜRSTENBERG, qui pro Pot. Poloniarum Rege, tum temporis in Poloniam profecto, in Saxonia administrabat imperium, ipsius medicus, et anno 1716 ab ipsomet Pot. Polon. Rege, et post huius obitum a Potentissimo eius filio, Rege nostro adhuc viuente, Consiliarius Aulicus et Archiater constitueretur; quod munus etiam ad annum usque 1736 cum gratia suorum Principum aliorumque aulae procerum retinebat. Tum vero, propter valetudinem suam infirmiorem factam, Pot. Regem in ipsius itineribus sequi non amplius valens, ut munere se abdicare sibi liceret, efflagitabat; cuius voti quidem compos factus, ea tamen semper adhuc honoris parte fruebatur, ut ad summam usque senectutem in morbis difficilioris indaginis atque curationis consuleretur; donec tandem, senio confectus, repentina morte opprimeretur.

Eodem

Eodem etiam die, quinto nimirum menſis martii, *Halae* Magdeburgicae per inſultum apoplecticum extinctus fuit HENR. BASS, Med. D. in Academia Halenſi Anatomiae et Chirurg. Prof. Publ. Extraordinarius *. Bremae anno praeteriti ſeculi nonageſimo natus, GERHARDO BASS, chirurgo in ea urbe dexterrimo, et patre, et artis chirurgicae doctore, uſus, anno 1713 Halam Magdeburgicam petens, medicorum tum temporis ibi celeberrimorum, in primis FRID. HOFFMANNI, praelectiones academicas frequentans; deinde autem anno 1715 Argentoratum, et poſt biennium Baſileam diſcedens, anatomicae atque chirurgicae addiſcendis et exercendis artibus omnem ibi dabat operam atque curam, ita, ut, anno 1718 Halam ſe recipiens, poſt inauguralem ſuam diſſertationem *de fiſtula ani feliciter curanda*, praeſide iam dicto HOFFMANNO, publice defenſam, ſcientiae artisque ſalutaris doctor, eiusdemque eodem anno et in eadem academia Profeſſor Extraordinarius nominaretur. Cui etiam muneri per 36 annos cum laude viri in praxi medica atque chirurgica exercitati praefuit. Praeter modo allegatam diſſertationem ſequentes libros edidit: *Gründlicher Bericht von Bandagen, etc. nebſt nöthigen Kupferſtichen. Leipzig*, 1720. 8. Altera vice libellus ille prodiit auctus et emendatus Lipſiae 1732. 8. Porro *Erläuterter Nuck oder gründliche Anmerkungen über des berühmten Anat. et Chirurg. Prof. zu Leyden* ANTON NUCKS *Chirurgiſche Handgriffe und Experimente, nebſt nöthigen Kupfertafeln und einer Vorrede D.* FRIED. HOFFMANNS. *Halle.* 1728. 8. Tandem prodierunt: *Obſeruationes anatomico-chirurgico-medicae, in quatuor decades digeſtae, variis obſeruatis rarioribus exornatae et ſolidis medicae ſcientiae principiis ſuperſtructae.* Halae, 1731. 8. cum tabulis aeneis.

* l. c. Vol. II. P. II. p. 362.

Noſtra quoque *Lipſienſis* academia luget praematuram nimis mortem viri permultis meritis conſpicui, IO. BENIAMIN. BOEHMER, Phil. et Med. D. et Prof. qui, graui et diuturno morbo conquaſſatus, nouiſſime diem ſuum obiit ſupremum, die nimirum undecimo menſis martii, de cuius vita, cum honore in academiam peracta, uberius dicendi proxime habebimus occaſionem.

Ad lectores.

Semel iterumque iam de iis, quae in conficiendo noſtro librorum recenter editorum indice deſiderari adhuc poſſint, ad lectores noſtros ſermonem fecimus. Praeter ea tamen ſupereſſe quoque alia intelligimus, quorum meminiſſe hic loci haud diſplicebit. Quum prorſus non omnes, qui prodeunt, libros nobismet ipſi comparare poſſimus, nec ii cuncti ad manus noſtras perueniant: ephemerides eruditorum de rebus literariis nouis in auxilium vocare cogimur: duplicem tamen tum ſaepe inuenimus difficultatem; unam, quod earum auctores non numquam titulos librorum recens editorum plenos typis exſcribere non ſolent; alteram, quod eum, quo editus eſt liber, annum, in ipſius titulo obuium, inſimul haud annotant. Inde fit, ut nullum inde pro noſtro hoc inſtituto capere queamus uſum, quippe neſcii, tum ad quemnam annum referre debeamus indicatos libros; id, quod tamen in hiſtorica librorum cognitione quam maxime neceſſarium et utile omnes ii eſſe iudicant, qui hiſtoriam amant atque colunt literariam; tum quibus verbis auctores eorum uſi fuerint in conſignandis titulis. Quod annum quidem attinet, probe omnino ſcimus, ex quodam bibliopolarum praeiudicio ſaepe accidere, ut alius, iſque nimirum proxime ſecuturus, in librorum titulis ponatur, ac in quo

illi

illi vere prodierunt: neceſſitate tamen quaſi nunc coacti eum ipſum, quem in fronte gerit liber, pro norma aſſumere debemus, ad quam indices noſtros ordinamus. Omnes igitur ac ſingulos literariarum ephemeridum auctores rogatos cupimus, ut in his quoque rebus noſtro ſtudio ſuccurrere velint, et plenis nimirum titulis, et anno, qui iis inſcriptus eſt, accurate indicatis.

Aliam inſuper nobis ſupereſſe rem cognoſcimus, ſilentio penitus haud praetermittendam. A non nullis nimirum plus ſimplici vice moniti ſuimus, ne diſſertationum praeſides earum quoque ſemper eſſe auctores, exiſtimemus, nec ideo in noſtris librorum indicibus viris doctis tribuamus ſcripta, quorum tamen auctores haberi nolint. Attamen, licet hoc monitum ſaepe quidem verum eſſe poſſe, hincque iſtam animaduerſionem in nos cadere videri concedamus, quilibet aequus cenſor, rem ipſam penſitans, a nobis alio modo agi non poſſe, ipſe largietur. Neceſſarius enim, quo recenſeri debent diſſertationes, a nobis ordo poſtulat, ut unum, is ſiue praeſes, ſiue reſpondens ſit, pro earum auctore, ceu vero, ponamus. Quis vero umquam hac in re certos nos reddere poterit, quum, experientia teſte, ipſis ne titulis quidem ſaepe fidem habere poſſimus? Nos enim haud fugit, non nullas diſſertationes nec a praeſide, neque a reſpondente, ſed ab aliis viris, eum in finem mercede conductis, conſcribi. Interim quum de plerisque valeat, praeſidem, is niſi ipſe theſin expoſuerit, conſiliis tamen ſuis atque auxilio iuuiſſe diſſertationis auctorem: facere non poſſumus, quin eum a nobis huc uſque receptum et obſeruatum ordinem retineamus, donec alium, eumque meliorem, inuenire licuerit.

XXI.

Index ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1753 prodierunt.

Philoſophical Transactions giving ſome account of the preſent undertakings, ſtudies and labours of the Ingenious in many conſiderable parts of the world. Vol. XLVII. For the Years 1751 and 1752. London, 4. c. figg.

Medical obſervations from the philoſophical Transactions. Abridg'd by Doctor MIHLES. Voll. 2 London.

Hiſtoire de l'Academie Royale des Sciences. Année MDCCXLVIIII. avec les memoires de mathématique et de phyſique pour la même année. à Paris, 4. mai. c. figg.

Der Königl. Academie der Wiſſenſchaften in Paris anatomiſche, chymiſche und botaniſche Abhandlungen 4ter Theil, welcher die Jahre von 1712 bis und mit 1717 in ſich hält, aus dem Franzöſiſchen überſetzt von WOLFGANG BALTHASAR ADOLPH VON STEINWEHR. *Breslau, 8.* mai. *mit Kupfern.*

Eben derſelben 5ter Theil, welcher die Jahre 1718 bis und mit 1721 in ſich enthält. ibid. 8. mai. *mit Kupfern.*

Phyſiſche Abhandlungen der Königl. Academie der Wiſſenſchaften in Paris 9ter Theil, welcher die Jahre 1731 bis 1732 in ſich hält, aus dem Franzöſiſchen überſetzt von WOLFGANG BALTHASAR ADOLPH VON STEINWEHR. *Breslau,* 8. mai. *m. K.*

Auserleſene Abhandlungen, welche an die Königl. Academie der Wiſſenſchaften zu Paris von einigen Gelehrten eingeſendet, in ihren Verſammlungen abgeleſen und von ihr herausgegeben worden, 2ter Theil, darinnen 18 zur Zergliederungskunſt, Kräuterwiſſenſchaft und Mathematik gehörige Stücke ſich befinden.

den. Aus dem Franzöſiſchen ins Deutſche überſetzt von FERDINAND WILHELM BEER. *Leipzig*, 8. mai. *m. K.*

Memoires de l'Academie Royale de Chirurgie, Tom. II. à Paris, 4. c. f.

Recueil des Piéces qui ont concouru pour le prix de l'Academie Royale de Chirurgie. Tom. I. à Paris, 4.

Kongl. Svenska Vetenskaps Academiens Handlingar, för Aor 1753. Vol. XIV. Stockholm, 8. mai. c. f.

Der Königl. Schwediſchen Academie der Wiſſenſchaften Abhandlungen, aus der Naturlehre, Haushaltungskunſt und Mechanik auf das Jahr 1747, aus dem Schwediſchen überſetzt von ABRAHAM GOTTHELF KAESTNER. *9ter Band. Hamburg*, 8. mai. *mit Kupfern.*

Ebenderſelben 10ter Band auf das Jahr 1748. ibid. 8. mai. *m. K.*

Commentarii ſocietatis regiae ſcientiarum Göttingenſis, Tomus II. ad annum MDCCLII. Gotting. 4. c. f.

Hiſtoire de l'Academie Royale des ſciences et belles lettres; l'année MDCCLI. à Berlin, 4. c. f.

Diſſertation qui a remporté le prix propoſé par l'Academie Royale des ſciences et des belles lettres de Pruſſe ſur le principe de l'action des Muſcles, avec les piéces qui ont concouru. à Berlin, 4.

Prodromus praeuertens continuata acta medica Havnienſia, quae per clementiſſima regia auſpicia, ad veneranda maiorum exempla, in ſincera incrementa quarumcunque ſcientiarum, quae ullo modo forum medicum ſpectant, quotannis a collegii medici regii membris, ex ſuis et ſociis aliorum operis publici iuris fiunt. Hafniae, 4. c. fig.

Primitiae phyſico medicae, ab iis, qui in Polonia et extra eam medicinam faciunt, collectae. Vol. III. Züllichoviae, 8.

Neue

Neue Anmerkungen über allé Theile der Naturlehre, aus den Engliſchen Tranſactionen, den Gedenkſchriften der Academie der Wiſſenſchaften in Paris, und andern mehr zuſammen gezogen und geſammlet. Erſter Theil, aus dem Franzöſiſchen überſetzt. Leipenhagen und Leipzig, 8. (*Eſt translatio libri a Patre* BOUGEANT *editi ſub titulo*: Obſervations curieuſes ſur toutes les parties de la phyſique, extraites et recueillies des meilleurs memoires. Voll. III. 8.)

Hiſtoire naturelle generale et particuliere avec la Deſcription du Cabinet du Roi. Volume quatrieme. à Paris, 4. mai. c. fig.

Idem liber in 12.

Muſeum Teſſinianum, opera Illuſtriſſimi Comitis D. CAR. GVST. TESSIN, collectum. Hans Excellence Riks-Rådets etc. Herr Gr. CARL. GVSTAF. TESSINS Naturalie Samling. Holmiae, fol. reg. c. fig. (*Auctore Cl.* CAR. LINNAEO).

Spectacle de la Nature, ou Entretiens ſur les particularités de l'hiſtoire naturelle. 8 Voll. Nouv. edit. à Paris, 12. c. fig.

Idem liber. à Liége, 12.

Schauplatz der Natur, oder Unterredung von der Beſchaffenheit und den Abſichten natürlicher Dinge, wodurch die Jugend zu weitern Nachforſchen aufgemuntert, und auf richtige Begriffe von der Allmacht und Weisheit Gottes geführet wird. 8ter Theil, worinnen der Menſch in Geſellſchaft mit Gott betrachtet wird. Aus dem Franzöſiſchen überſetzt. Wien, 8.

Hiſtoire generale des voyages. Tome XI. à Paris, 4. c. f.

Allgemeine Hiſtorie der Reiſen zu Waſſer und zu Lande, oder Sammlung aller Reiſebeſchreibungen, XIter Band. Leipzig, 4. mai. *mit Kupfern.*

Merk-

Merkwürdigkeiten der Landſchaft Baſel, 8tes Stück. Erſter Band. Baſel, 8.

Neue Verſuche nützlicher Sammlungen zu der Natur- und Kunſtgeſchichte, ſonderlich von Oberſachſen; geſammlet von einem Liebhaber der Wunder und Werke Gottes. (CHRISTIAN GOTTLIEB GRUNDIG) *bis 29tes Stück. Schneeberg,* 8.

Allgemeines Magazin der Natur, Kunſt und Wiſſenſchaften. Erſter und anderer Theil. Leipzig, 8. mai. *mit Kupfern.*

Hamburgiſches Magazin oder geſammlete Schriften aus der Naturforſchung und den angenehmen Wiſſenſchaften überhaupt; des 10ten Bandes 3. 4. 5. und 6tes Stück. Hamburg und Leipzig, 8. *mit Kupfern.*

Ebendeſſelben 11ter Band. ib. *m. K.*

Ebendeſſelben 12ten Bandes erſtes Stück. ib. 8.

Oeconomiſch-Phyſicaliſche Abhandlungen 5ter und 6ter Theil. Leipzig, 8.

Oeconomiſcher Nachrichten 5ter Band, welcher das 40te bis 60te Stück enthält. Leipzig, 8.

Ebenderſelben 61 bis 64ſte Stück. ib. 8.

Leipziger Sammlungen von allerhand zum Land- und Stadt-Wirthſchaftlichen-Policey-Finanz- und Cammer-Weſen dienlichen Nachrichten; bis 114tes Stück. Leipzig, 8.

Selecta phyſico oeconomica, *oder nützliche Sammlungen von allerhand zur Naturforſchung und Haushaltungskunſt gehörigen Begebenheiten, Erfindungen, Verſuchen, Vorſchlägen und darüber gemachten Anmerkungen, ſamt einer Nachricht von alten und neuen hierzu dienlichen Büchern und Schriften, bis 12tes Stück. Stuttgart,* 8.

Journal oeconomique ou Mémoires, notes et avis ſur les arts, l'agriculture, le commerce et tout ce qui peut y avoir rapport. à Paris, 12.

Die

Die wahren Mittel Länder und Staaten glücklich zu machen, oder groſses oeconomiſches und phyſicaliſches Lexicon, ſo wie ins beſondere aus des P. NOEL CHOMELS Dictionnaire oeconomique, *alſo auch überhaupt aus berühmter und erfahrner Männer gedruckten und geſchriebenen Nachrichten zuſammengetragen, 5ter Theil. Leipzig*, Fol.

Geſellſchaftliche Erzählungen für die Liebhaber der Naturlehre, der Haushaltungs-Wiſſenſchaft, der Arzneykunſt und der Sitten. Erſter, 2ter und 3ter Theil. Hamburg, 8.

Phyſicaliſche Beluſtigungen. 2ites Stück. Berlin, 8.

Neues Engliſches Gartenbuch, zum Gebrauch der Deutſchen Landwirthe und Garten-Liebhaber eingerichtet, welchen zugleich eine Nachricht, wie lange die Garten-Saamereyen zum Wachſen gut bleiben, ingleichen ein Anhang der deutſchen und lateiniſchen Nahmen aller Kräuter, Blumen, Stauden und Bäume &c. beygefügt iſt. Leipzig, 8.

A treatiſe on the hyacinth; Containing the manner of cultivating that flower, on the experience lately made by the moſt eminent floriſts in Holland, and approved by Mr. BART. ROEQVE, and ſeveral other floriſts in England. Translated into English. London, 12.

— *Der curieuſe und offenherzige Weinarzt, oder Unterricht, wie man den Wein von der Kelter an warten, auch einheimiſche in fremde verwandeln ſoll, nebſt einem Anhange vieler Kunſtſtücke. Stutgard*, 8.

— *Gründliche Anleitung zu dem groſsen Naturgeheimniſſe des* lapidis philoſophici. *Hamburg*, 8.

— *Chymiſche Experimente einer Geſellſchaft in dem Erz-Gebürge*; *1tes und 2tes Stück. Berlin*, 8.

— Memoires ſur les ouvrages en fer et en acier, qui ſe fabriquent dans la manufacture Royale d'Eſſonne, par le moien du laminage. à Paris, 12.

Ephé-

Ephémérides cosmographiques, où le Cours vrai du Soleil et des Planétes eſt repréſenté et expliqué en détail, dans l'apparence de tous ſes arcs conſécutifs par ſa réalité, d'après les tables, les regles, les calculs et équations Aſtronomiques pour l'année 1753; avec d'importantes obſervations ſur la Cosmographie, l'Aſtronomie, l'Hiſtoire Naturelle, la Phyſique ſyſtematique et expérimentale, qui forment une ſuite aux articles des trois années précédentes. à Paris, 12. petit format, avec quelques planches.

Memoires ſur le Port, la Navigation et le Commerce du Havre de Grace, et ſur quelques ſingularités de l'Hiſtoire Naturelle des Environs. Havre de Grace, 12. (*Auctor eſſe dicitur* Cl. DV BOCAGE DE BLEVILLE).

Deſcription des Courants Magnetiques, deſſinés et gravés d'aprés nature en 15. planches, ſuivie de quelques obſervations ſur l'aimant. à Strasbourg, 4 mai. (*Auctor eſt Cl.* BAZIN).

Narrazione Iſtorica di quel ch' è occorſo al l'eſuvio dal di 25 Octbr. 1751, in cui incominciò l'eruzione, fino a quanto poſteriormente è avvenuto. Napoli, 4.

Ecloghe filoſofiche ed alteri poetici componimenti, ne' quali ſi ſpiegano varie delle piu celebri opinioni della moderna fiſica. Fiorenza, 8. mai.

Raccolta d'opuſcoli ſcientifici e filologici. Tom. 49 et 50. Venezia, 12. mai.

Gründliche Auszüge aus denen neueſten mediciniſch- und chirurgiſchen Diſputationen, welche auf denen hohen Schulen in Deutſchland ſind gehalten worden, bis 6tes Stück. Stutgard. 8.

Anatomiſch - Chirurgiſches Lexicon oder Wörterbuch, darinnen alle zur Zergliederungskunſt und Wund-Arzney gehörige Sachen und Kunſtwörter gehörig angezeiget, kürzlich doch deutlich erkläret, auch diejenigen

jenigen Schriftſteller, ſo von den mehreſten darinnen vorkommenden Sachen am beſten und verſtändlichſten gehandelt haben, angeführet werden, zum Beſten angehender Aerzte und Wundärzte mit Fleiſs zuſammen getragen, nebſt einem doppelten Regiſter, mit einer Vorrede des Herrn D. LAVRENTIVS HEISTER. *Berlin*, 4.

Abrégé de l' Anatomié du Corps humain, où l'on donne une deſcription courte et exacte des parties qui le compoſent, avec leurs figures. Par M. Membre du Collége de Chirurgie de Paris. à Paris, 12. c. f.

Konſt om lang gezond, vroolyk en vergenoegt te leven: het eerſte genees- en natuurkundig daargeſtelt uit de Schriften en volgens de Grondbeginſelen van de twe Eſculapen onzer Zeuw FRID. HOFFMANN en HERM. BOERHAAVE: doch het twede en derde op ene zedekundige wyze uit de Betrachtinge der Goddelyke Voorzienigheid en het wonderbaar beſtier der ondermaanſche zaken klaar betoogt en opgehelderd. Leyde, 8.

An Eſſay on the Power of Nature and Art in curing diſeaſes, to which are annexed impartial reflections on IAMES's Powder. London, 8.

An Eſſay on the general Method of treating cancerous tumours. London.

A probable ſcheme for putting a final ſtop to the diſtemper among the horned cattle, and preventing the ruin of farmers, while it continues; in a letter to a member of parliament. London, 8.

— Le Medecin et Chirurgien des pauvres qui contient des remedes choiſies et faciles à preparer et ſans depenſe. 12.

— De nieuwe Nederduitſche Apothek etc. volgens de gronden van BOERHAAVE, GEOFFROY en andere. Leyden, 8. (*Auctor eſſe dicitur* D. VAN BEMS, *M. D.*)

The

The new diſpenſatory. Containing: 1) The theory and practice of pharmacy; 2) A diſtribution of medicinal ſimples, according to their virtues and medicinal qualities; the deſcription, uſe and doſe of each article; 3) A full translation of the London and Edinburgh pharmacopoeias with the uſe, doſe etc. of the ſeveral medicines; 4) Directions for extemporaneous preſcription; with a ſelect number of elegant forms; 5) A collection of cheap remedies for the uſe of the poor. The whole interſperſed with practical cautions and obſervations. Intended as a correction and improvement of QUINCY. London, 8. (*Auctor eſſe dicitur Cl.* LEWIS, M.D.) —

An Appendix to the Medulla Medicinae Univerſae, containing a Variety of extemporaneous Latin Forms, correſponding with moſt intentions of Cure. Together with an English Verſion and Comment, pointing out the Uſe and Efficacy of each Preſcription, and proper Indexes, both in regard of the Medicine and the Diſeaſes, to which they are appropriated. By the Editor of the Medulla. London, 8. (*Ea quoque appendix annexa eſt quartae editioni ipſius ſic dictae Medullae Medicinae Vniuerſae*). —

Abrégé de la Medecine pratique: ou nouvelle Pharmacopée, contenant en racourci tout ce qui eſt eſſentiel et néceſſaire pour remplir toutes les vues d'un Medecin, pour la guériſon des maladies; avec un Commentaire ſur chaque formule, pour montrer la maniére de l'appliquer aux cas particuliers et une table des maladies et des remedes qui leur ſont propres. Ouvrage compoſé par l'ordre de S. A. R. le Duc de Cumberland, par les médecins et chirurgiens, le chirurgien général et l'apothicaire général de l'Armée du Roy d'Angleterre. —

Traduit de l'Anglois, et enrichi des notes par Mr. D. M. à Paris, 12.

Addition à la ſuite du Recueil de toutes les piéces, qui ont été publiées au ſujet du lithotome caché pour ſervir de réfutation à un Ecrit qui a pour titre: *Recueil des piéces concernant l'operation de la taille, qui contient la deſcription de pluſieurs lithotomes etc. où ſe trouve la reponſe aux derniers Ecrits de l'Anonyme etc. par* CLAVDE NICOLAS LE CAT. à Paris, 12. (Auctor huius additamenti eſt *le Frère* IEAN *de S. Côme*).

Lettre à Mr. le Marquis de * * ſur les operations de la Cataracte faite par M. PALLVCCI. Rouen, 12.

— La Verité ſortant du Puits Hermetique; ou la vraye Quinteſſence ſolaire et lunaire, baume radical de tout eſtre et origine de toute vie. Confection de la medecine univerſelle. à Londres. (Paris), 12. mai.

Projet général d'une ſouſcription annuelle pour les Obſervations ſur l'Hiſtoire Naturelle, ſur la Phyſique et ſur la peinture, avec des planches imprimées en couleur. à Paris, 4. (*Auctore* GAVTIER).

Arreſt du Conſeil d'Etat du Roy, portant Aſſociation de la Faculté de Médecine de Pont-à-Mouſſon et du Collége Royal des Médecins de Nancy. A. Nancy, 4. mai.

A letter from a phyſician in town to his friend in the country, concerning the diſputes at preſent ſubſiſting between the fellows and licentiates of the college of phyſicians in London. London, 8.

Remarks on a pamphlet, entitled: A letter from a phyſician in London to his friend in the country. Containing a vindication of our univerſities, particularly Oxford, from the injurious aſſertions in the ſaid pamphlet. In a letter from a phyſician in the country to his friend in London. London, 8.

An

An attempt to reconcile all differences between the preſent fellows and licenciates of the royal college of phyſicians in London: in which are laid down the grievances complained of by the licenciates; a propoſal to redreſs thoſe grievances; with ſome reflections on the ſaid propoſal. London, 8.

An impartial enquiry into the legal conſtitution of the college of phyſicians in London. Schewing from their charter, acts of parliament, and their own ſtatutes, how much they have deviated from their original inſtitution. London, 8.

Eloge de trois philoſophes, Mr. IORDAN, Mr. DE LA METTRIE et Mr. DE MAVPERTVIS. London, 8.

Specimen hydrodynamicum de reſiſtentia corporum in fluidis motorum. Auctore IACOB ADAMI. Berolini, 4. c. f.

An eſſay on the Sea Scurvy; wherein is propoſed an eaſy method of curing that diſtemper at ſea; and of preſerving water ſweet for any cruize or voyage. By ANTHONY ADDINGTON. London, 8.

Abhandlung vom Urſprunge der Kranckheiten, und dem Gebrauche des abführenden Pulvers, durch IOHANN AILHAVD. *Aus dem Franzöſiſchen überſezt. Dritte Auflage. Breßlau*, 8.

MICHAEL ALBERTI Diſſ. inaug. Medicinam vere et fere miraculoſam ſiſtens. Reſp. *Matthias Haſner*. Halae, 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. Medicinam pſeudo-miraculoſam aperiens. Reſp. *Georgius Heck*. Halae, 4.

B. S. ALBINI Tabulae 72 oſſium corporis humani. Lugd. Bat. form. atl.

IO. LVD. ALEFELD Diſſ. de reflexione luminis a fundo corporis pellucidi. Reſp. *Io. Lud. Muhl.* Gieſſae, 4.

— A diſſertation on quick lime and lime-water. By CHARLES ALSTON. Edinburgh, 12.

IACOB. D'ANCONA Diſſ. inaug. continens breuiſſimam primarum viarum hiſtoriam. Lugd. Bat. 4. mai.

VON ARVIEVX *hinterlaſſene merkwürdige Nachrichten, worinnen er ſowohl ſeine Reiſe nach Conſtantinopel in Aſien, Syrien, dem gelobten Lande, Egypten und der Barbarey, als auch die Beſchaffenheit dieſer Länder, die Religion, Sitten, Gebräuche und Handlung dieſer Völcker, nebſt der Regierungsart, der natürlichen Hiſtorie, und den beſondern in dieſen Gegenden vorgefallenen Begebenheiten, genau und richtig beſchreibet. Im Franzöſiſchen herausgegeben von dem Herrn* LABAT, *und jetzt ins Deutſche überſetzt. Erſter Theil. Koppenhagen und Leipzig* 8.

Cl. FR. ATTHALIN inſtitutiones anatomicae per placita et reſponſa digeſtae. à Beſançon, 8. mai.

Diſſertation dans laquelle on examine, ſi les jours critiques ſont les mêmes en nos climats, qu'ils étoient en ceux, où Hippocrate les a obſervés et quels égards on doit y avoir dans la pratique. Piéce qui a remporté le prix propoſé par l'Academie de Dijon pour l'année 1751. Par M. D. B. AYMEN. à Paris.

Employment for the Microſcope in two parts, by HENRY BAKER. London, 8. mai.

HEINRICH BAKER, *das zum Gebrauch leicht gemachte Microſcopium. Aus dem Engliſchen überſetzt. Dem beygefügt eine neue Nachricht vom Polypo, und* C. STEINERS *Beſchreibung ſeines neuerfundenen Univerſal-Microſcopii. Zürich*, 8. *m.K.*

Diſſertations philoſophiques, dont la premiére roule ſur la nature du Feu; et la ſeconde ſur les differentes parties de la Philoſophie et des Mathématiques; par Mr. DE BEAVSOBRE. à Paris, 12.

Die ſchwache Wiſſenſchaft der heutigen Aerzte. Eine Satyre, poetiſch entworfen von GEORGE HEINRICH BEHR. *Strasburg*, 8.

I. I. W. BEINTEMA *vernünftige Unterſuchung der Frage: Ob galantem und anderem Frauenzimmer nicht eben ſo wohl, als denen Mannsperſonen, Taback zu rauchen erlaubt, und ihrer Geſundheit nützlich ſey. Mit einer Vorrede von der Vortreflichkeit des Thees und Caffees. Wittenberg*, 8.

IO. IAC. BELLETESTE quaeſtio med: An caro aſſata alimentum litteratis accommodatius. Reſp. *Io. Baptiſt. Hatte.* Paris, 4. mai.

CAROL. AVG. DE BERGEN Diſſ. de Aloide. Francofurti ad Viadr. 4.

Eiusd. Diſſ. de lethalitate vulnerum hepatis. Reſp. *Rudolph. Frider. Riedel.* ibid. 4.

Bergmänniſch juriſtiſche Abhandlung von dem Hauptſtreichen, abgefaſſt von FRIEDRICH IVLIVS BIEL. *Schneeberg*, 4.

ELISABETHAE BLACKWELL collectio ſtirpium, quae in pharmacopoliis ad medicum uſum aſſeruantur etc.

ELISABETH BLACKWELL *vermehrtes und verbeſſertes Kräuterbuch; bis und mit 235ten Blatte; illuminirt. Nürnberg*, fol. mai. (*Titulus et index centuriae ſecundae nondum editi ſunt*).

ALEXANDER BLOND *neueröfnete Gärtner-Akademie, oder die Kunſt-Pracht- und Luſt-Gärten, ſamt derſelben Auszierungen und Waſſerwerken, wohl anzulegen, mit 33 Kupfertafeln verſehn, und aus dem Franzöſiſchen ins Deutſche überſetzt von* FRANZ ANTON DANREITTER. *Augsburg*, 8. *m. K.*

PHILIPP HENRIC. BOECLER Diſſ. de thyreoideae, thymi atque ſuprarenalium glandularum in homine naſcendo et nato functionibus. Reſp. *Frider. Reebmann.* Argentorat. 4.

GEORG. RVDOLPH BOEHMER Diſſ. inaug. de vegetabilium cellulofo contextu. Reſp. *Io. Chriſtian. Rüfferus.* Vitembergae, 4.

IOH. BENIAMIN BOEHMER Diſſ. inaug. de virtutibus fructuum horaeorum medicis. Reſp. *Sigismund. Frider. Hauſsleutner.* Lipſ. 4.

Aphoriſmes de Chirurgie d'HERMANN BOERHAAVE, commentés par M. VAN SWIETEN, traduits du Latin en Francois. 2 Voll. à Paris, 12.

HERMANN BOERHAAVE *kurtzgefaſte Lehrſätze von Erkänntniß und Heilung der ſogenannten chirurgiſchen Kranckheiten, mit dem* Commentario GERARD VAN SWIETEN. *Aus dem Lateiniſchen überſetzt. 3 Theile. Danzig, 8.*

Eiusd. traité des maladies veneriennes traduit du latin, à Paris, 12. mai.

Eiusd. *academiſche Vorleſungen, oder mediciniſch-practiſche Abhandlungen von der Venusſeuche, aus dem Lateiniſchen überſetzt, und mit Anmerkungen erläutert von* GOTTFR. HEINRICH BVRGHART. *Breslau und Leipzig*, 8.

Eiusd. Elementa Chemiae, *oder Anfangsgründe der Chymie, worinnen der Autor durch 227 Proceſſe gründliche Anweiſung gegeben, auf was für Art die natürlichen Körper können kunſtmäſſig analyſiret oder chymiſch aufgeſchloſſen und daraus heilſame Arzeneyen bereitet werden, wie ſelbige ihres groſſen und allgemeinen Nutzens halber aus dem Lateiniſchen ins Deutſche überſetzet, und itzo mit möglichſtem Fleiß ſorgfältig aufs neue wieder vor die Hand genommen, und durchgängig um ſehr vieles verbeſſert, auch mit einem mehr vollſtändigen Regiſter verſehen, ingleichen dasjenige hinzugefügt worden, was von chymiſchen Geräthſchaften, dem Thermometer, ſowohl dem Florentiniſchen, als Fahrenheitiſchen, und deſſen Anwendung, wie nicht weniger von den Graden des*

Feuers

Feuers bey Bearbeitung chymiſcher Proceſſe, zu gedenken nöthig geweſen. Leipzig, 8. m. K.

FRIEDRICH BÖRNERS *Nachrichten von den Lebensumſtänden und Schriften ietztlebender Aerzte und Naturforſcher in und um Deutſchland, des dritten Bandes erſtes und zweytes Stück. Wolfenbüttel*, 8.

E. F. VON DEM BORNE *Beſchreibung einer ganz neuen Erfindung allerley Arten von Getrayde, mit geringen Koſten, und auf eine leichte und bequeme Art, und mit Erſparung der halben Ausſaat, auszuſäen, umzupflügen und zu egen, alles zugleich. Nebſt beygefügter Zeichnung der Maſchine. Berlin*, 4.

Eiusd. *Beantwortung gegen* KREZSCHMARS *Bedencken über die neuerfundene Borniſche Acker- und Säe-Maſchine.* ibid. 4.

TVSSAN. GILBERT BOVLAND quaeſt. med: An faſciae infantibus, loricae puellis? Reſp. *Henr. Iac. Macquart.* Paris, 4. mai.

Elémens d'Hippiatrique ou Nouveaux Principes ſur la connoiſſance et ſur la Médecine des cheveaux. Par M. BOVRGELAT. La ſeconde partie du ſecond tome, ou troiſiéme volume. à Lyon, 8.

MICHAEL. PHILIPP. BOVVART Quaeſt. med: An veſtes pelliceae ſint ſalubres? Reſp. *Io. Ludov. Maria Solier.* Paris, 4. mai.

Indice delle Eſperience Chimiche che ſaranno moſtrate da NICOLA BRANCHI. in Firenze, 4. —

IO. GOTTFR. BRENDEL Diſſ. inaug. ſiſtens experimenta circa ſubmerſos in animalibus reſtituta. Reſp. *Emanuel Ioan. Albrecht. Evers.* Gotting. 4.

The general diſpenſatory; containing a translation of the pharmacopoeias of the royal colleges of phyſicians of London and Edinburgh, together with that of the royal hoſpital at Edinburgh, from the laſt edition: to which are added the doſes, virtues, and uſes of the ſimples as well as compounds, and —

in what cases they are attended with danger. With a design to render the practice of physic more safe, easy and successful. By ROBERT BROOKES, London, 12.

FRANCISCI ERNESTI BRÜCKMANNI Epistolarum itinerariarum Centuriae tertiae 51 - 75. Helmstad. 4. c. fig.

IO. HENR. DE BRVNN Diss. inaug. sistens Experimenta quaedam circa ligaturas neruorum in viuis animalibus instituta. Gotting. 4.

ANDR. ELIAE BÜCHNER Diss. inaug. de singularibus quibusdam ad peripneumoniam et pleuritidem spectantibus. Resp. *Christian Gottlieb Ucke.* Halae, 4.

Eiusd. Diss. inaug. de venae sectionis saepius in peripneumonia repetitae usu eximio, singulari casu comprobato. Resp. *Adam Frid. Krause.* ib. 4.

Eiusd. Diss. inaug. de optima methodo causas morborum proximas inuestigandi. Resp. *Nicol. Frid. Fresa.* ibid. 4.

Eiusd. Diss. inaug. de cataracta omni tempore deponenda. Resp. *Georg. Henr. Troschel.* ibid. 4.

Eiusd. Diss. inaug. de uteri connexione cum mammis. Resp. *Gotthard. Wilhelm Reichart.* ibid. 4.

— Eiusd. Diss. inaug. de circumspecto usu vasorum stanneorum ad potuum ciborumque, speciatim ex ouis conficiendorum, praeparationem necessario. Resp. *Io. Anton. Carolus Hoeffler.* ibid. 4.

— Eiusd. Diss. sistens cautelas quasdam circa chemicam remediorum explorationem obseruandas. Resp. *Ioh. Gottl. Dan. Kürßner.* ibid. 4.

Eiusd. de necessaria medici ad aegrotantium cubitus attentione. Resp. *Henr. Anton. Rumpf.* ibid. 4.

Eiusd. Diss. inaug. de contusione uteri eiusque effectibus in grauida. Resp. *Frider. Guilielm. Drechsler.* ibid. 4.

Eiusd. Diss. inaug. de mutua uteri cum ventriculo consensione. Resp. *Io. Ioachim. Meder.* ib. 4.

ANDR.

ANDR. ELIAE BÜCHNER Diſſ. de venae ſectionis uſu in puerperis. Reſp. *Abraham Hermann Wilhelm Solling.* ib. 4.

Curationes quaedam medicae ad recentiorum mentem exaratae a CAESARE BVRGHESIO. Paviae, 8.

IO. BAPTISTAE BVRSERII de anthelmintica argenti viui facultate ad PETRVM BALANTERIVM Epiſtola. Faventiae, 4.

A letter to Wm. SMELLIE, containing critical and practical remarks on his Theory and Practice of Midwifry. by IOHN BVRTON. London.

IACOB. CAIRNOAN Diſſ. inaug. de morbo venereo. Lugd. Bat. 4. mai.

Medecine de l'Eſprit où l'on traite des diſpoſitions et des cauſes phyſiques, qui en conſequence de l'union de l'Ame avec le Corps influent ſur les opérations de l'Eſprit; et des moyens de maintenir ces opérations dans un bon état, ou de les corriger, lorsqu'elles ſont viciées. par ANTOINE LE CAMVS. 2 Voll. à Paris, 12.

IO. FRID. CARTHEVSER Elementa Chymiae dogmatico experimentalis. Edit. ſecunda. Francofurti ad Viadrum, 8.

Eiusd. Diſſ. inaug. de variis ſpaſmorum cauſis et remediis. Reſp, *Georg. Wilhelm. Müller.* ib. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de marrubio albo et alchimilla. Reſp. *Io. Ioſeph. Haümann.* ib. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de paſſione nephritica. Reſp. *Io. Godofr. Eller.* ib. 4.

Eiusd Diſſ. inaug. de carminantibus. Reſp. *Chriſtian. Gottlieb. Ziegler.* ib. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de diuerſiſſima dyſpnoeae origine et curatione. Reſp. *Franciſc. ab Heyn.* ib. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de cortice caryophylloide Amboinenſi vulgo Culilawan dicto. Reſp. *Fridr. Auguſt Cartheuſer.* ibid. 4.

IO. FRID. CARTHEVSER Diſſ. inaug. de laeſa chylificatione. Reſp. *Io. Michael. Kolbe.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de laeſa chymificatione. Reſp. *Ignatius Elias Wunderlich.* ibid. 4.

PETR. CASTELL Diſſ. inaug. ſiſtens experimenta, quibus varias corporis humani partes ſentiendi facultate carere conſtitit. Gottingae, 4.

Reponſe de M. LE CAT au ſecond Tome du Recueil du Frére Côme intitulé: Addition, etc. Lettres 1 et 2. imprimées à Rouen.

Piſcium, ſerpentum, inſectorum, aliorumque non nullorum animalium, nec non plantarum quarundam imagines, quas MARCVS CATESBY in poſteriore parte operis, quo Carolinae, Floridae et Bahamenſium inſularum tradidit hiſtoriam naturalem, eiusque appendice deſcripſit. MARC. CATESBY *Abbildung verſchiedener Eiſche, Schlangen, Inſecten etc. bis und mit 32tem Blatte; illuminirt. Nürnberg*, fol. reg.

Traduction des Ouvrages d'AVR. CORN. CELSE, ſur la Médecine; par Mr. NINNIN. 2 Voll. à Paris, 12.

— Recueil des Drogues ſimples, ou matiére Médicinale, contenant les remédes & les préparations Chymiques les plus uſitées; leurs maniéres d'opérer, fondées ſur l'oeconomie animale, et ſur les principes d'où procédent leurs vertus, conformément aux ſentimens des meilleurs Auteurs. Par M. CLAVDE-FRANCOIS PASSERAT DE LA CHAPELLE. à Paris, 12.

L'Impotenza del demonio di traſportare a talento per l'aria da un luogo all'altro i corpi umani, dimoſtrata da CLEMENTE BARONI delli Marcheſi CAVALCABO. Roveredo, 8.

IOH. HEINR. COHAVSEN *der wiederlebende* Hermippus, *oder phyſicaliſch-mediciniſche Abhandlung von*

von der ſeltenen Art ſein Leben durch das Anhauchen junger Mädgen bis auf 115 Jahr zu verlängern. Franckf. 8.

The plain English diſpenſatory; containing the natural hiſtory and medicinal virtues of the principal ſimples now in uſe; alſo all the compoſitions in the three diſpenſatories of London, Edinburgh and Dr. FVLLER; the hiſtory of the incorporation of the college of phyſicians of London; of the principal chemiſts; of the venereal diſeaſe; of the circulation of the blood; and other important ſubjects. By ROBERT COLBORNE. London, 8. —

Introduction à la Matiére Médicale en forme de Thérapeutique, dans laquelle on explique la maniére d'agir des medicamens internes et ce qui concerne leur uſage ſuivant la plus ſaine pratique. Par M. D.-- à Paris, 12.

PETR. DEHTLEEF Diſſ. inaug. exhibens oſſium calli generationem et naturam per fracta in animalibus, rubiae radice paſtis, oſſa demonſtratam. Gotting. 4.

Traité raiſonné de la Diſtillation, ou la Diſtillation réduite en principes, avec un Traité des Odeurs. Par M. DEIEAN. à Paris, 12. —

HEINRICH FRIEDRICH DELIVS *Entwurf einer Erläuterung der deutſchen Geſetze, beſonders der Reichsabſchiede aus der Arzneygelahrheit und Naturlehre. Erlangen*, 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de Peucedano Germanico. Reſp. *Paul. Chriſt. Ludov. Wagner.* Erlang. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. Purpurae e coccinella in medendo dignitas. Reſp. *Amel. Gottlieb. Chriſtian Schauer.* ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de aeſtu volatico. Reſp. *Io. Caſpar Veielmann.* ib. 4.

Recueil de differens Traités de Phyſique et d'Hiſtoire Naturelle, propres à perfectionner ces deux Sciences. Par Mr. DESLANDES. Tome III. à Paris, 12. c. figg.

GVALTHER. VAN DOEVEREN Diſſ. inaug. de vermibus inteſtinalibus hominum. Lugd. Bat. 4. mai.

VITALIANI DONATI *Auszug ſeiner Naturgeſchichte des Adriatiſchen Meers, den Boden des Meers zu unterſuchen, nebſt Inſtrumenten, in ſolcher Tiefe zu fiſchen, von Claſſen der Meer-Pflanzen, der Polyparen, der Thier-Pflanzen und Pflanzen-Thiere, oder Ubergang der Natur vom Pflanzen-Reiche zum Thier-Reiche, nebſt* LEONHARD SESSLERS *Anhange einer beſondern Berg-Pflanze* Vitaliana, *aus dem Italiäniſchen überſetzt. Halle*, 4. mai. *m. K.*

Traité des Fiévres malignes, de la Rougeole et de la Petite-vérole; avec un Traité des Eaux et Fontaines minerales des Forges; par M. DONET. 2 Voll. à Paris, 12.

IVSTIN GERHARD DVISING Commentatio phyſica de ſalubritate aeris Marburgenſis variis obſervationibus tum hiſtoricis tum oeconomicis, tum quae ad politiam faciunt, illuſtrata. Marburgi. 4.

Eiusd. Diſſ. de methodo medendi febribus intermittentibus tertianis. Reſp. *G. W. Knapp.* Marburg. 4.

— A diſſertation on the ſugar of milk, in which is ſhewn its great efficacy in conſumtions, hectic fevers, the ſcurvy, vapours or hyſterics and hypocondriacal complaints, the aſthma and gout: that it is likewiſe proper for every one, who hath an infirm ſtate of health and a tender conſtitution, and excellent for perſons advanced in years. Translated from the French of I. L. DYVERNOIS. London, 8.

IOH. PETER EBERHARTS *erſte Gründe der Naturlehre. Halle*, 8. *m. K.*

IOH. PETER EBERHARTS Conſpectus Phyſiologiae et Diaeteticae tabulis expreſſus. Halae, 8.

Tentamina medica de menſium fluxu et de curatione morborum cephalicorum. Auctore ROBERT EMETT. Monspelii, 12.

CHRISTIAN ERNST ENDTER *kurzer Begrif von der uralten und allerneueſten innerlichen und äuſſerlichen wahren Heilkunſt, vermöge welcher alle dem menſchlichen Leibe zuſtehende Krankheiten mit leichter Mühe curiret werden können. Deme ſind ächte und rechte Mittel nebſt glaubwürdigen Zeugniſſen, wie auch eine Zugabe von falſchen Getränken, welche vor der Zeit zu Grabe führen, beygefügt. Hamburg*, 8.

Eiusd. *Bericht von den ſchmerzhaften Glieder-Krankheiten, und was dem anhängig, nebſt einer Zugabe von den Urſachen eines kurzen oder langen Lebens, der Menſchen.* ibid. 8.

Eiusd. *Von dem ofnen Krebs*, Noli me tangere, *Wolf und anderen um ſich freſſenden Schäden, wie ſelbige bishero erkannt und tractiret worden. Nebſt einer neuen Methode, wie man dergleichen Gebrechen ohne Gewalt heilen könne.* ib. 8.

BALTHASAR ERHARTS *wohlgerathene Pflanzen-Hiſtorie, ſo als ein Beytrag zum Schauplatz der Natur anzuſehen. Ulm*, 8.

Eiusd. *Oeconomiſche Pflanzen Hiſtorie, nebſt dem Kern der Landwirthſchafts-Garten- und Arzneykunſt. Erſter und zweyter Theil. Ulm und Memmingen, 8.*

C. E. ESCHENBACHII Obſeruata quaedam anatomico-chirurgico-medica. Roſtoch. 4.

LAVR. CAIETANI FABBRI Diſſ. de ſomno, de medicamentis ſomniferis et de natura hominis in ſomno. Luccae, 4.

ANTON.

ANTON. FERREIN Quaeſt. med: An ex tabaci uſu frequenti vitae ſumma breuior? Reſp. *Henric. Michael. Miſſa.* Paris, 4. mai.

LVDWIG FEVILLEE *Beſchreibung zur Arzney dienlicher Pflanzen, welche in den Reichen des mittägigen America in Peru und Chily vorzüglich im Gebrauch ſind, in dem Lande ſelbſt auf Königl. Befehl in den Jahren von 1709, 10 und 11. aufgeſetzt, nebſt verſchiedenen andern aus eben deſſelben Tageregiſter phyſiſcher Beobachtungen geſammlet, und zur natürlichen Hiſtorie gehörigen Anmerkungen. Aus dem Franzöſiſchen ins Deutſche überſetzt*, von D. GEORGE LEONHARD HVTH. *Nürnberg*, 4. mai. m. K.

IOH. BERNHARD VON FISCHER *Liefländiſches Landwirthſchafts-Buch, auf die Erdgegend von Lief- Eſt- und Curland eingerichtet, worinnen die Vortheile des Feldbaues, Viehzucht und Haushaltung, die Urſachen und Mittel der Viehſeuche, und die Cur verſchiedener Bauer Kranckheiten, und ſonderlich der Peſt, vorgetragen werden; zum Druck befördert von* IOH. GOTTFRIED ARNDT. *Halle*, 8.

De FRANCISCI SOLANI inuentis circa arteriarum pulſum, et praeſagia inde haurienda, Programma; in quo ea ſecundum receptas in Oeconomia Animali leges ſoluuntur et explicantur. Auctore MILCOLVMBO FLEMYNG. Londini, 4.

Theorie des tourbillons Carteſiens avec des Reflexions ſur l'attraction, par Mr. DE FONTENELLE. à Paris.

Syphilis ou le Mal Venerien, Poeme Latin de IERÔME FRACASTOR, avec la traduction en Francois, et des notes. à Paris, 8.

GEORGE FRANCK VON FRANCKENAV Flora Francica aucta, *oder vollſtändiges Kræuter-Lexicon, worinnen aller bekannten aus- und inländiſche Kræu-*

Kræuter, Bæume, Stauden, Blumen, Wurzeln etc. unterſchiedene Lateiniſch und Deutſche Namen, Kræfte, Würkungen und Praeparata, *gründlich beſchrieben werden, 5te Auflage, um die Helfte mit mehr als* 10000 *Worten vermehret, auch ſonſt vielfæltig verbeſſert. Leipzig*, 8.

Supplemental Experiments and Obſervations on Electricity, part II. made at Philadelphia in America, by BENIAMIN FRANKLIN and communicated in ſeveral letters to P. COLLINSON. London, 4.

IO. HERM. FÜRSTENAV Diſſ. de doloribus. Reſp. *Car. Godofr. Fürſtenau.* Rintelii, 4.

Diſſertazione del vero et ſicuro metodo dell uſo del Latte e ſuo abuſo nella Medicina, arrichito con moltiſſime Oſſervazioni e Rifleſſioni pratiche. Opera del Cavaliere e Conte GIOV. MICHELE GALLO. Tom. I. et II. Firenze, 8. mai.

CLAVD. IOSEPH. GENTIL Quaeſt med: An a ſemine partium robur? Reſp. *Henr. Iac. Marquart.* Paris, 4. mai.

IOACH. HENRIC. GERNET Diſſ. inaug. de ſiccitatis ſenilis effectibus. Lipſ. 4.

CONR. GESNERI Opera botanica, per duo ſecula deſiderata, quorum pars prima prodromi loco continet figuras ultra 400 minoris formae, partim ligno exciſas, partim aeri inſculptas, omnia ex bibliotheca D. CHRISTOPH. IAC. TREW: Nunc primum in lucem edidit et praefatus eſt D. CASIMIR. CHRISTOPH. SCHMIEDEL. Norimb. fol. mai. c. figg.

IO. GESNER Diſſ. de ranunculo bellidifloro et plantis degeneribus. Reſp. *Conr. Stumpffius, Io. Waſerus, Caſpar Hardmeierus, Conr. Heſſius, Iacobus Wirzius, Henr. Zellerus, Dan. Freyhoferus.* Tiguri, 4. c. fig.

Reliqua proxime.

Conten-

Contenta in hac parte:

1. Kongl. Svenska Vetenskaps academiens handlingar foer Aor. 1750 p. 193
2. BAKER Employment for the microſcope p. 218
3. Muſeum Teſſinianum p. 230
4. TARIN Dictionaire anatomique p. 232
5. MARTINET Diſſ. de reſpiratione inſectorum p. 234
6. Hiſtoire de l'academie royale des ſciences et belles lettres de Berlin. an. 1751. p. 238
7. LINNAEI Species plantarum Tom. I. et II. p. 253
8. LAVIROTTE An omnes organicae corporis partes digeſtioni opitulentur p. 266
9. DELIVS *Entwurff einer Erlæuterung der deutſchen Geſetze, beſonders der Reichs-Abſchiede aus der Arzneygelahrheit und Naturlehre* p. 270
10. L. G. KLEINII Interpres clinicus p. 272
11. I. T. KLEIN Tentamen methodi oſtracologicae p. 274
12. DE LIMBOVRG Traité des eaux minerales de Spa p. 292
13. BÜCHNER Diſſ. de circumſpecto uſu vaſorum ſtanneorum ad potuum ciborumque praeparationem etc. p. 303
14. ESCHENBACH Obſeruata quaedam anatomico-chirurgico-medica rariora p. 306
15. SPIELMANN Diſſ. de optimo infantis recens nati alimento p. 313
16. Hiſtoire naturelle generale et particuliere avec la deſcription du cabinet du Roi. Tom. IV. p. 316
17. DE FISCHER *Lieflændiſches Landwirthſchafts-Buch* p. 333
18. GÜNZ Pr. Obſ. anat. de utero et naturalibus feminarum p. 341
19. Quaeſtionum medicarum pariſienſium hiſtoria p. 344
20. Noua phyſico-medica p. 346
21. Index ſcriptorum phyſico-medicorum quae anno 1753 prodierunt p. 362

COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.

VOLVMINIS III. PARS III.

LIPSIAE
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
venduntur etiam
AMSTELODAMI apud PETRVM MORTIER.
MDCCLIV.

I.

Osteographie ou descriptiõn des os de l'adulte, du Foetus &c. précedée d'une introduction a l'etude des parties solides du corps humain. Par M. TARIN Medecin. à Paris, chez Briasson. 1753. 4. 1 Alph. 6 pl. tab. aen. 9. ad praefationem, tab. aen. 40. ad opus pertinentibus.

Hoc est:

Osteographia siue descriptio ossium adulti hominis et foetus &c. cui accedit introductio ad illustrandas solidas corporis humani partes.

Nouam iam nobis hic datam lubenter arripimus occasionem, sedulam, quam in perpoliendis anatomicis scientiis adhibet, industriam Cl. TARIN exponendi. Non enim suis tantum, sed exteris etiam inseruiendi studium, nec tironibus dicatam tantum, sed magistris etiam in arte utilem euasuram operam in se suscepisse videtur, dum ex perfectioribus perspicacissimorum dissectorum disquisitionibus repetit elaboratissima specimina, de suis, quae diuer-

ſa inuenit, addit, atque conuenientibus illuſtrat ſonibus. Ea autem Cl. Auctoris mens eſt, ut ſenſim *introductionem in corporis animalis oeconomiam* uniuerſam tradat, prius de hoc opere itaque quam dicamus, quam ſibi praeſcriptam habuerit normam, de explicatione eius in praefatione et commentariis praemiſſis addita, nobis referendum eſt.

Vario modo ſolet anatome pertractari, alii quidem in illa indaganda eam verſari videntur ob rationem, ut partium ſitum, nexum reliquasque conditiones, ut ita dicamus, hiſtorice tantum calleant, et in hac perſiſtentes perſcrutatione, ſuo aliorumque ſummo cum damno, officio ſibi incumbenti ſatisfeciſſe ſtolide autument, alii vero prudentiori conſilio dictam iam diſquiſitionem nullo modo negligendam, eam vero in generis humani utilitatem ſic amplificandam eſſe perſpiciunt, ut et naturalis, quem vocant, et praeternaturalis corporis animalis ſtatus inde clarior euadat. Ad quam ſane claſſem laudabili inſtituto ſua accedit Cl. Auctor ſententia, prioris generis diſquiſitionem *anatomen ſimplicem* appellans, quae ſolidarum et fluidarum partium indolem naturalem perpendit, poſterioris vero *anatomen comparatam* nominans, quae praeternaturalem ſtatum cum naturali comparat, aberrationes, mutationes morboſas, relationes deinde cum aliis animalibus diſpicit. Huc etiam obſeruationes reliquas et in viuis animalibus quoque inſtitutas, referendas eſſe iudicat, nec non omnia, quae ex functionum actione et vita enaſcuntur phaenomena. Quo euidentius autem ſuae ſcientiae firmitas ſtabiliatur, per exempla eam corroborat, deſumto eo ex cranii oſſium ſtructura, quae in adultis variis denticulatis inſertionibus ſibi iunguntur, quorum defectus eſt in infantibus, in quibus tamen ex diuerſis plerumque partibus componuntur, et phaenomenon difficile diiudicatu ſiſtunt. Vt breuiter explicationis datae rationem reddamus, putat, eas mutatio-

tationes a cauſis internis et externis dedueendas eſſe; ad internas quidem actionem cerebri et cerebelli, eius in externas partes preſſionem, coniunctam cum motu arteriarum, quae tamen actio pro aucto harum partium incremento variat, ad externas vero reactionem tum oſſium, tum adhaerentium muſculorum refert, quae duae cauſae, cum in oppoſitas plagas partes trahere tentent, aliqua puncta premunt, oſſificationem inducunt, et ſerraturas efficiunt. Frontis etiam et parietalibus oſſibus intercedenti cauo, quod fontanella dicitur, ſerius accidit concretio, quod tubercula, in anterioribus ventriculis conſtituta, ſenſim demum extenſa, maiorem actionem exſerunt. Sin quaedam huic incremento ſe opponant impedimenta, varietates enaſcuntur, id, quod praeter alia hydrocephali exemplum docet, et non abſque probabilitate de gigantum dictis oſſibus, quorum quasdam icones adiungit Cl. Auctor, praeſumitur. Ex permultis, huius rei declarandae cauſa expoſitis, exemplis notandum eſt, illud, a WINSLOW communicatum Noſtro, quod parietale os medium futura horizontali diſtinctum exhibet, et delineatum hic proſtat. Putat deinde inter alia, ſinus laterales durae matris dextri lateris plerumque ampliores eſſe ſiniſtris, cum reſpondente his foſſa iugulari, quod in illud latus ſaepius decumbere ſoleant infantes, quibus oſſa adhuc explicantur. Ex his porro multas colligi poſſe adnotationes, glandularum euincit praeſentia, alias in variis locis non detegenda et mutationes reſtitutionesque oſſium vix credendae, quarum quaedam itidem notandae hic adducuntur. Analogia vero, niſi experientia ſuffulta, minus tuta argumenta offert, certiora ſuppeditat cum brutorum diſſectione collata anatome ſeu comparatiua. Sic enim detegimus crania, v. c. animalium, quibus cum homine multa intercedit analogia, etiam ad huius conformationem propius accedere.

Quae cum poſſint iam utriusque anatomes neceſſitatem comprobare, ſic animus eſt, in hoc opere deſcribendo verſari Cl. Auctori, ut de ſolidis et fluidis corporis humani partibus ſigillatim tractet, earumque ſcitu neceſſarias conditiones percurrat. In ſeptem autem partes omnis haec, ampla ſatis, diſtribuetur deſcriptio, ita, ut prima naturalem ſolidorum ſtatum, quoad omnia exteriora figurae, ſitus, nexusque momenta, explicet. Qui finis eo melius, ut obtineatur, in naturali magnitudine partium icones proponentur. In *ſecunda* parte internam ſolidorum ſtructuram perpendet, varietates vero earum *tertia* complectetur, quo facto, morborum effectus immutandis iisdem, *quarta* in parte diſquiret Cl. Auctor, in *quinta* vero monſtroſarum fabricarum indolem conſiderabit et in *ſexta* comparationem diuerſarum partium corporis humani cum aliorum animalium inſtituet partibus. *Septima* tandem concluſiones ex variis in homine vel animalibus viuis collectis experientiis addet. Cunctis hiſce in locis, quantum neceſſe erit, tot icones partium propoſitas videbimus, quot ad earum naturam intelligendam requiruntur: eaeque ex optimis et maxime ſollicitis diſſectorum diuerſorum deſcriptionibus, deſumentur. In oſſium itaque adulti hominis deſcriptione figuras, a Cl. WINSLOW beneuole communicatas, in foetus oſſibus et muſculis, delineationes ALBINI, paſſim vero ex ſuis etiam obſeruationibus, per duodecim annos in cadaueribus inſtitutis, varias exhibebit: Solidas tandem partes quascunque in cohaeſione naturali cum reliquis, naturalem etiam ſeruans magnitudinem, ultimo additurus loco, cuius rei exemplum proxime in extremitatibus ſuperioribus ſe daturum eſſe promittit, ſimulque humaniter omnes excitat anatomicos, velint in communem utilitatem ſuis laboribus eum adiuuare. His peractis, quicquid de humorum indole conſtat, relatum legemus, ut tandem

dem omni introductioni in oeconomiam animalem finem imponat Noſter.

Primus nunc ſequitur *commentarius*, qui *genera-* p. 1.
lem partium ſolidarum corporis noſtri ideam earumque proportionem declarat, et ſex momentis in ſpecie abſoluitur; ſolidarum nempe partium definitionem, deinde quid mentis iudicio in diuerſo aetatis ſtatu de iis cognoſci queat, porro earum ſpecies, denique elementa et tandem eorum euolutionem ſucceſſiuam et proportionem tradit Cl. Auctor. Solida vocat eas corporis partes, quae conſtantem ſitum retinent, ad ſenſum et motum omnia ferme redeunt, id quod per varia exempla demonſtratur. Sed haec in genere tantum concluduntur, accuratiora igitur ex indagine et perſcrutatione naturae intelligenda ſunt. Hac autem conſtat, compoſitionis modum in ſolidis tantum differre, variisque uſibus accommodari et hinc eadem vel vaſa eſſe, vel alia inſtrumenta, ita ſibi ſubordinata, ut alterum ſine altero firmiter ſubſiſtere nequeat. Ea propter Cl. Auctor denuo mirandum viſcerum commercium inter ſe et porro omnium partium duriorum et mollium mechaniſmum, vario ſcopo adaptatum, fuſius perpendit. Elementorum in p. 13
ſolidis, ab anatomico diſtinguendorum, duo genera conſtituit Noſter, fibras atque concretionem particularem in oſſibus, cartilaginibus, glandulis, quae ſingulae naturam partis abſoluunt. Ex harum coniunctione totum quidem exiſtit, et proportio inter eas ſeruatur, quae tamen ex ſingulis partibus iterum peculiaris eſt, et quam determinare admodum eſt difficile, viam hanc inueniendi demonſtrauit natura, ars vero illam perpoliuit. Adducuntur itaque momenta breuiter, quae a tenerrimi hominis principio ad maturum eius ad partum ſtatum obſeruata ſunt, et per RVYSCHII, BIDLOI et *Commercii Noribergenſis litterarii* icones, hic repetitae corroborantur. Nunquam tamen natura adeo perfecte omnia ſibi re- p. 16.

ſpondentia fecit, ut in ſimilibus ſubiectis vel in uno eodemque ſimiles partes proportione ſint conuenientes, quae differentia dependet a methodo, quam ſeruat natura, in euolutione partium, certo cuidam uſui deſtinatarum. Creſcit nimirum foetus perpetuo in utero, poſt natiuitatem ſenſim minus uſque ad pubertatis annos dum deuenerit, quo tempore iterum auctius incrementum ſit, quod ad vitae terminum corpus conſeruat. Artificioſae veterum ſtatuae multum aeſtimantur, quod exactas ab eorum inuentoribus adnotatae fuerunt menſurae, quo eo accuratior illa ſit, hodie totum corpus humanum in decem facies diſtribuitur, quarum diuiſiones, delineatio APOLLINIS in tabula quarta, quinta, et ſexta ſiſtit, prout a celebri ſculptore ADAMO communicata fuit Noſtro. Hac data occaſione ſimul ille de figuris partium, a diſſectoribus exhibendis, agit, obſeruandas ab illis regulas quasdam proponens, quippe cum earum utilitates tantae ſint, ut poſſint rite factae quacunque
p. 22. deſcriptione melius partium ideas excitare, diſquirentem in cadauere inſtruere, vel partium viſarum notas in mente renouare. Verum, quod in hoc etiam opere exſequendo plures difficultates ſe ſe offerunt, praecipuas earum pertractat Cl. Auctor, inter tot Albinianas praecipue commendans figuras, cum in permultis artifices ſuae magis, ut ſatisfaciant arti, quam naturam ut imitentur, ſtudioſe quaerant.

p. 1. *Alter commentarius*, *methodum* docet, quam ſequi oportet in *ſtudio anatomico partibus ſolidis corporis humani dicato*. In cognitione partium ſolidarum reſpiciendum eſt ad exteriores notas et internam ſtructuram, quarum conditionum proponendarum ratio non aequali modo ſeruari ſolet ab anatomes doctoribus. Alii enim nimis breuiter et conciſe, alii paullo laxius rerum diſquirendarum ambitum conſiderant, euitandi itaque erroris cauſa nil, niſi quod diſtincte patet, verum iudicandum, a ſimplicioribus

ad

ad compoſita progrediendum et nil, quod ad conſi-
derationem plenam pertinet, praetermittendum eſt.
Tribus autem modis diſquiſitio ſuſcipi poterit, ut de
uſu et agendi ratione partium ſermo ſit, vel de ea-
rum deſcriptione, vel de modo praeparandi. Secun-
dum hanc normam Cl. Auctor propoſiturus partium
corporis noſtri hiſtoriam priorem diſquiſitionem *Logi-
am*, alteram *Graphiam*, tertiam *Tomiam* vocare ipſi
libuit v. c. ſomatologia, ſomatographia, ſomatoto-
mia, quae de ſolidis partibus agunt, et ſic etiam in
reliquis. Quoniam vero inter ſolidas partes oſſa fere
principatum tenent, ab iis incipiendum eſſe ſuadet,
his reliquas ſeparatim et deinde coniunctim etiam ad-
nectendas eſſe. In ſitu porro rite definiendo ad ſi- p. 4.
tum *generalem*, *communem* et *proprium* ſeu *ſpecialem*
attendendum eſt, cuius rei cauſa hoc exemplo utitur:
Si dicimus, cor eſſe partem ſolidam corporis noſtri,
viſcus et muſculum cauum oblique poſitum, indi-
camus *ſitum generalem*, addendo autem, illud repo-
ſitum eſſe in medio anteriorique pectoris loco, deno-
tamus *ſitum communem*, quod hoc momentum com-
mune eſt aliis, in pectore contentis, partibus, tan-
dem, quod illud ad dextrum magis, quam ſiniſtrum
latus reſpiciat etc. *proprium* et *ſpecialem* declaramus
ſitum. Hinc regiones conſtitutae ſunt variae corpo-
ris humani, in quibus declarandis melius verſari poſ-
ſe diſſectores Noſter arbitratur, ſi tria plana conſti-
tuuntur, quorum illud, quod totum erectum medi-
um corpus bipartitur, vocat *planum diuiſionis*, aliud
a capite ad pedes demiſſum, *verticale*, tertium ab an-
teriori ad poſteriorem capitis partem procedens, *ho-
rizontale* appellat. Secundum quam reliquae inclina-
tiones viſcerum ad perpendicularem, obliquam,
transuerſam, et ſic porro, lineam intelligi poterunt,
quae momenta, hic, ad amuſſim referenda, in ta-
bula octaua delineantur. Subſequuntur deinde no-
mina differentium regionum corporis, in tabula no-

na deſignata. In deſcriptionibus partium ſolidarum opus fuit varias particulas ſuis inſignire vocabulis, quarum permulta hic adducuntur; in diſtinguendis etiam ſpecialioribus tam aſſiduam relationem eorum refert Cl. Auctor, ut numerum oſſium, cartilaginum, ligamentorum &c. ſtudioſe et fuſe exponat. Eſt tamen multorum ex iudicio in his nominibus magna obſcuritas, ob peregrinorum idiomatum uſum, quod vero obſtaculum ſane eſt exiguum, ſi non ignari plane, quae in erudito abeſſe non ſine detrimento poſſunt, peregrinarum linguarum fuerint tirones. Exponit tamen Cl. Auctor varia, huc ſpectantia momenta, quae ad intelligenda ea pertinent et methodum, ſecundum quam partes ſolidae corporis humani deſcribi debeant, declarat, ad quam ſcilicet omnia ea requiruntur, de quibus ſuperius iam diximus. Ne vero exemplum deſit, oſſis ſphenoidei deſcriptionem ad finem commentarii adiicit. Nouem praeter ea tabulae aeneae ad hoſce duos commentarios ſpectant, quae ante propoſitas rationes illuſtrant et ex deſcriptionibus forte obſcuriora adhuc viſa ex parte clariora reddunt.

Arbitramur autem ex hiſce, quae de fine quem ſibi praefixum habuit Cl. Auctor, nunc retulimus, ſatis certos eſſe lectores, quae in ſubiuncta oſſium hiſtoria ſunt quaerenda. Solas quidem tabularum explicationes continet, quae vero copioſa admodum ſubminiſtrant momenta, quae, ex diuerſis tum aetatibus, tum mutationibus, et cohaerentibus partibus collecta, completam cuiuscunque partis hiſtoriam ſiſtunt. Diuiſit totum corpus in quinque partes Noſter, ut in prima oſſium ſiccorum ſtatum et differentiam eorum in utroque ſexu, poſt ea geneſin, cartilagines deinde, porro recentia oſſa cum ligamentorum et muſculorum adhaeſione, tandemque articulationes diſquirat.

Prima

Prima pars seu osteographia integram ossium compagem seu sceleton ab anteriori, posteriori et laterali parte visum, Albiniano more, sistit. Quae ad caput integrum deinde concurrunt ossa, inter se cohaerentia vel simul dissecta exhibentur, quibus resoluta a nexu suo separatim cuncta succedunt, et in naturali magnitudine vel imminuta delineantur. Haec sectionem secundam absoluunt et capitis ossa, quae cranium et maxillas efficiunt, repraesentant. Ab his progressus est ad ossa trunci et extremitates. Quo vero differentia feminini sceleti pateat, illud ad naturam exprimitur, cuius differentiae explicatio addita praecipuas in tenuitate ossium, eorumdem incuruatione varia, pectoris et peluis mutatione conspicuas, notas affert, de ossium vero structura se alibi acturum esse monet Cl. Auctor. Finem huic parti imponunt repetitae icones ex ALBINO, quod illae, ut notum est, fundamentum descriptionis musculorum constituunt. p. 2.

Secunda pars osteogeniam dilucidat, hinc foetus diuersae aetatis primo, reliqua ossa separatim secundo loco pertractat, ut ossea puncta et epiphyses in conspectum veniant. De genesi ossium interim adhuc sic statuit, ut ex gelatu, quem ab initio referunt, sensim duriora et cartilaginea fiant, tandemque in osseam duritiem conuertantur. p. 80.

Tertia pars de cartilaginibus tractat seu *chondrographia* et eas partes, quae per omnem vitam plerumque cartilagineae supersunt, explicat, ut laryngis, auriculae, aliasque. p. 110.

Quarta deinde, quae ligamenta et musculorum adhaesiones in recentibus ossibus indicare debebat, cum ligamenta a WEITBRECHTO sufficienter descripta prostent, in specialioribus tabulis *clausira musculosa ossa versus* (*les emplacemens des muscles sur les os*) tantum proponit. Illi nimirum musculi, qui immediate ossium superficiei adcrescunt, per lineares figuras proponuntur. p. 116.

Quintam

p. 126. *Quintam* tandem *partem* de articulationibus hic intactam relinquit Cl. Auctor, quod easdem cum glandulis, ligamentis, tendinibusque alibi fusius pertractare se velle constituerit. Delineationes figurarum, quamuis non eo, quo ab ALBINO, ex quo haud paucus earum numerus desumtus est, factum est, nitore se commendent, tyronibus tamen et iis, quibus, ut pretiosa sibi magni ALBINI opera comparare queant, datum non est, partium verum situm, habitumque perspicuum reddere poterunt.

II.

Myographie ou description des muscles du corps humain. Par M. TARIN, Medecin. à Paris, chez Briasson. 1753. 4. pl. 21½. tab. aen. 29. ex quibus nouem priores duplicatae sunt.

Hoc est:

Myographia seu descriptio musculorum corporis humani.

Vtilissima carnium corporis humani peruestigatio, diu saepeque instituta, earum numerum non tantum multum auxit, sed nexum etiam actionemque studiosius illustrauit, ut singulare eas recensendi studium doctrinam anatomes peculiarem constituat. Noluit tamen, quae ad generalem descriptionem, structuram diuisionemque pertinent, copiosius hic exponere Cl. Auctor, cum de his argumentis alibi iam ab eo dictum sit, sed meram haec myographia musculorum recensionem, tabulis additis innixam, continet. Imitatus autem est methodum, ab Ill. ALBINO seruatam, quo an melius quidquam de musculis dictum sit aeque ac figuris illustratum, utique dubitamus, proponendo nimirum primo omnium mu-

sculo-

ſculorum compagem, deinde vero demonſtrando ſingulos eosdem ſeparatim: hac tamen intercedente differentia, ut Albinianas tabulas ad tertiam magnitudinis partem imminutas, exhiberet. Tabulae itaque nouem priores, tum quae lineis tantum circumſcribuntur, tum quae umbra, ut vocant artifices, interdiſtinguuntur, eaedem ſunt ac ALBINI, et explicatio earundem, ſicut et reliquarum omnium latino atque gallico idiomate additur. Reliquae autem tabulae partes, a ſe inuicem reſolutas, earundemque muſculos, iuxta ſe collocatos, ſiſtunt, inter quarum figuras quaedam ab Albinianis recedunt, quod omnium in minori, qua uſus eſt Noſter, forma delineatio clara dari non poterat, qui ea propter maioris paulo exempli repetitionem requirebant. Nouas etiam quasdam figuras adiecit Cl. Auctor, ex quibus notamus muſculorum faciei, oculi, dorſique icones, nec non partium naturalium viri, illas enim feminae a SANTORINO huc traductas eſſe obſeruamus. Hae omnes primam partem conſtituunt, ſecunda unius cuiuscunque partis muſculos ſeparatim exhibet, in quibus preſſo pede ALBINVM ſequutus eſt Cl. TARIN. Sed muſculorum, in figuris conſpiciendorum, explicationem eam dedit, ut cohaerente ſermone notatis ſimul in iconibus deprehendendis litteris plenam eorum hiſtoriam tradiderit, et ſic omnem muſculoſum hominem cognitum reddiderit. Eodem itaque ſtudio, ſi reliquae pertractatae anatomes doctrinae a Noſtro fuerint, quod ille in animo habet, ſenſim totius ſcientiae progreſſus uno intuitu comprehendere iucundum aeque ac utile eſt futurum.

III.

Plantae ſelectae quarum imagines ad exemplaria naturalia Londini in hortis curioſorum nutrita manu artificioſa pinxit GEORG. DIONYS. EHRET Germanus, collegit nominibus notisque illuſtrauit CHRISTOPH. IACOB. TREW, M. D. Norib. in aes incidit et viuis coloribus repraeſentauit IO. IAC. HAID, Auguſtanus. Decuria IV. 1754. fol. reg. text. pl. I. tab. aen. IO.

Cum praecedentes ſplendidi huius operis decurias et indicauerimus et laudauerimus*, quartam quoque hanc decuriam, quae et elegantia et raritate conſpicuas plantas ſiſtit, rei herbariae cultoribus commendamus et praeter nomina non nullas obſeruationes circa plantas hic expoſitas addimus. Exhibetur vero Tab. XXXI. *Cereus gracilis, ſcandens, ramoſus, plerumque ſexangularis, flore ingenti atque fragranti, calyce aureo, corolla argentea fructu e carneo luteſcente*, et Tab. XXXII. partes fructificationis, flos ſcilicet apertus, marceſcens per medium diſſectus cum ſtaminibus et ſtylo, fructus maturus integer et diſſectus, ſemina earumque progerminandi ratio nitide adumbrantur. Eſt vero idem cereus, cuius ampliorem deſcriptionem partiumque delineationem alibi iam exhibuit Cl. TREWIVS **. Tab. XXXIII. *Magnolia maximo flore foliis ſubtus ferrugineis.* RAND. Hort. Chelſ. p. 132. Tab. XXXIV. *Hura* LINN. Hort. Cliff. p. 486.

* vid. Comment. noſtr. Vol. I. Part. II. p. 330. ubi Decuria I et II. et Vol. II. Part. I. p. 49. ubi Decuria III. indicantur.

** In Actis Acad. Caeſ. N. C. Vol. IX. in append. pag. 175. Icones coloribus illuſtratas beneuole quoque nobiscum communicauit.

p. 486. tab. 34. Tab. XXXV. et *Hurae* et *Magnoliae* partes fructificationis. Et illius quidem fructus *Baruce* nomine a CLVSIO aliisque descriptae fuerunt, generis vero descriptionem hic exhibitam et iconibus illustratam, subiungimus. Prouenit flos masculinus et femininus in eadem stirpe, et *stamineus quidem siue masculinus* iulum conicum squamatum, squamas intricatas concauas subrotundas, unifloras ostendit, corolla destituitur, sub singulis squamis vero prodit corpusculum ouatum in extremo bifidum coloratum, duobus vel tribus antherarum ordinibus ornatum, antherae ipsae minutissimae sunt. *Flos pistillatus seu femininus* perianthium breue, monophyllum, canaliculatum, truncatum, integerrimum, corollam vero nullam ostendit; ouarium subrotundum sulcatum, stylus magnus infundibuliformis coloratus, corollam mentiens, tubus oblongus cylindraceus, stigmata plura foliacea in limbum orbiculatum collecta. Pericarpium est nux globosa depressa angulosa, ex multis capsulis, communi inuolucro colligatis, composita; singulae capsulae biualues sunt valuis lunulatis ligneis, inferius elastice dissilientibus; semen nucleum sistit solitarium fere orbicularem, compressum, magnum, coloratum. In *magnoliae* icone et spatha florem inuoluens, et conus cum staminibus additis, et conus maturus cum seminibus, per filum ex inuolucris seminis propendentibus, delineantur, plura non addimus, cum perianthii et styli natura his ipsis iconibus nondum satis declarentur. Tab. XXXVI. *Acacia non spinosa flore albo foliorum pinnis latiusculis, glabris, siliquis longis, planis* HOVST. Cat. MSt. Hort. Chelf. Tab. XXXVII. *Yucca foliis lanceolatis, acuminatis, integerrimis, margine filamentosis.* GRONOV Flor. Virgin. Part. II. p. 152. Tab. XXXVIII. Fig. I. *Ledum floribus bullatis, confertim in summis caulibus nascentibus, foliis ex oblongo lanceolatis integerrimis glabris.* Fig. 2. *Ledum floribus bullatis fasciculatim*

ex

ex alis foliorum oppoſitis naſcentibus, foliis lanceolatis integerrimis glabris. Hae binae ſpecies ad nouum *kalmiae* genus pertinent, quod LINNAEVS praecipue ob nectaria cornuta e petalo extus prominentia corollam ambientia definiuit* et prior quidem ſpecies *kalmia foliis ouatis corymbis terminalibus*, altera vero *kalmia foliis ſublanceolatis corymbis lateralibus* appellantur. Tab. XXXIX. *Lilio gladiolus bifolius et biflorus foliis quadrangulis.* Ad *gladiolum* accedit haec planta in eo tantum diuerſa quod corolla liliacea inſtructa ſit, hinc ampliori deſcribitur definitione, quam tamen non addimus, corolla enim, cum irregularis ſit, licet a *gladiolo* quodammodo diuerſa, nouum genus non exigere videtur. Tab. XL. *Meriana flore rubello* ad *gladiolum* quoque accedit, omnibus partibus fructificationis, in limbo floris regulari differentia quidem inſignis poſita eſt, cum tamen tubus leuiter flexus irregularitatem quandam floris indicare videatur, ab iis, qui genera multiplicare recuſant, ad *gladiolum* forte referri poterit.

* vid. eius diſſertatio qua noua plantarum genera ſiſtuntur. Upſaliae. 1751. 4 gen. 1079. p. 18. et Species plantarum Tom. I. Holmiae 1753. 8. mai. pag. 39.

IV.

D. IOH. HENR. POTT *zweyte Fortſetzung derer chymiſchen Unterſuchungen, welche von der* Lithogeognoſie, *oder Erkänntniß und Bearbeitung derer Steine und Erden in Anwendung derſelben zu Bereitung feuerfeſter Gefäße und Tiegel ſpecieller handeln, nebſt Tabellen über alle drey Theile. Berlin, bey Chriſtian Friedrich Voſs, 1754. 4. pl. 19. praefat. pl. 2. 1 Kupfertafel.*

Hoc eſt:

D. IOH. HENR. POTT Continuatio ſecunda diſquiſitionum chemicarum ad lithogeognoſiam ſpectantium etc.

Cum primam lithogeognoſiae continuationem, a Cl. Auctore 1751 editam, et ita totius ſuſcepti laboris breuem delineationem exhibuerimus*, ſecundae etiam huius continuationis breuiſſimis mentionem iniicere haud dubitamus. In praefatione nimirum obiectiones non nullae, a variis ſcriptoribus Cl. Auctori motae, diluuntur. Signa externa corporum mineralium, in commodum hiſtoriae naturalis obſeruanda et ordinanda, ſe nunquam plane reieciſſe, monet: urget tamen examen docimaſticum omnino neceſſarium eſſe, partim, ut uſus corporum magis pateat, partim, ut fallaciae, ex ſuperficiei externae examine oriundae, euitentur. Ad vehementem ignis gradum, lapides et terras mutantem, nec intrinſecam mixtionem oſtendentem, et lapides, in igne docimaſtico perſiſtentes, igne ſolari concentrato ſoluendos, quod attinet, diuerſam quidem Cl. Auctor fieri poſſe

* vid. Comment. noſtr. Vol. I. Part. III. p. 404.

poſſe mutationem concedit; inde tamen unum eundemque lapidem uno ignis gradu in calcem, altero in vitrum mutari poſſe, negat. Hinc etiam aſſertum, ſilices et terras, eo pertinentes, nec acido ſolui, nec in calcem mutari poſſe, contra obiectiones defendit, et in experiundo fallacias irrepere declarat v. c. ſi terrae ſilicinae alcali addito funduntur, vel terrae mixtae eliguntur.

p. 1. Germanica poſt ea elaboratio tentaminis, de praeparatione vaſorum, quae vehementiſſimum ignis gradum ferunt et corpora, in fuſione conſtituta, fatis coercent, cuius verſio gallica alibi exhibita fuit*, hic proponitur. Egregia haec diſquiſitio, in qua perficienda Cl. Auctor annos decem impendit, citato loco a nobis indicata iam eſt, quare rationem tabularum, opuſculo noſtro annexarum, breuibus declarabimus verbis.

Labores Cl. Auctoris in lapidibus et terris, chemice diſquirendis, ſuſcepti, et nuper mortuo duci Aurelianenſi aliisque chemiae indagatoribus, in Gallia degentibus, ita attentione digna viſa fuerunt, ut et lithogeognoſiam in gallicam linguam transferrent, praecipue vero tabulas, quibus mixtiones terrarum et lapidum, nec non mutationes docimaſticae declarantur, excerptas ſiſterent **. Has itaque tabulas Noſter ex gallica in germanicam linguam tranſtulit, non nulla correxit et quasdam nouas, ex prima et altera continuatione lithogeognoſiae decerptas, addidit.

p. 34. Quae in lithogeognoſia ipſa, ut primo opuſculo, propo-

* Hiſt. de l'acad. des ſciences de Berlin ad an. 1750. à Berlin 1752. 4to. vid. Comment. noſtr. Vol. II. Part. III. p. 431.

** Lithogeognoſie ou examen chymique des pierres et des terres en general etc. par Mſr. I. H. POTT, à Paris 1753. 12. et continuation de la lithogeognoſie pyrotechnique etc. par Mſr. I. H. POTT, à Paris, 1753. 12.

proponuntur, ad quatuor tractationes redeunt: Prima terras et lapides alcalinae et calcareae indolis, in experimentis cum creta inſtitutis, exemplo ſiſtit. His omnibus commune eſt, ut cum acidis efferuescant, hinc cum ſalibus reliquis, vitris, terris vitrescentibus et argillaceis ita componuntur, ut in prima ſerie corpus natiuum vel arte factum, cum creta compoſitum, in altera proportio cretae et corporis appoſiti, in tertia effectus, num ſcilicet fluat, an non fluat, in quarta, pellucidum fiat productum, an ſemiopacum, an opacum, in quinta color, in ſexta conſiſtentia dura aut friabilis, in ſeptima pagina, in octaua linea libri, in quo haec fuſius deſcribuntur, addatur, et ita index accuratiſſimus rerum propoſitarum exponatur. Secunda tractatio de gypſeis terris et lapi- p. 48.
dibus, exemplo alabaſtri calcinati, agit, his omnibus commune eſt, ut in acidis non ſoluantur, et hae iterum cum variis corporibus natiuis et arte productis componantur. Simili ratione tertia tractatio terras argillaceas p. 64.
diſquirit, quae ſine addito corpore quodam funduntur, igne indureſcunt et in acidis non ſoluuntur. Quarta p. 76.
tractatio de terris vitreſcentibus agit et in arena alba et ſilice exempla eligit. Hae terrae in acidis non ſoluuntur, in igne friabiles fiunt, attamen nec in calcem, nec in gypſum mutantur, chalybi attritae ſcintillas emittunt, per ſe tamen in vitrum fundi nequeunt.

Simili ratione in tabulas diſponuntur experi- p. 92.
menta, ex prima lithogeognoſiae continuatione excerpta, de ſteatite veterum ſiue creta hiſpanica; haec naturae producta in acidis non ſoluuntur, igne vero indurantur. His ſuccedit talcum, in primis moſco- p. 104.
uiticum, lapis topaſius ſaxonicus, ante inſtituta experimenta calcinatus.

Tabulae, ex ſecunda continuatione excerptae, p. 116.
quae praeparationem vaſorum fuſoriorum illuſtrant, in prima ſerie corpora commixta, in ſecunda proportionem, in tertia productum, poſt indurationem

igne praeſtitam, in quartą paginam, in quinta linea̅m huius libelli ſiſtunt. Experimentis vero expoſita corpora ſunt; Argilla alba lota, quae optima eſt, cum ſabulo, argilla uſta, vitro vulgari, calcibus plumbi, ferri limatura, terris alcalinis, oſſibus calcinatis, gypſo, talco, alumine plumoſo, et aliis componitur, et quo modo maſſa ad vaſa praeparanda prodeat, indicatur. In fine tabula uniuerſalis additur, in qua ſimplicium terrarum et lapidum mutationes, in praecipuis, ſiccis aeque ac humidis, menſtruis, igne applicato productae, ita declarantur, quo cum ignotis et incertis comparari queant.

Icone addita furnus deſcribitur, in quo experimenta, hactenus declarata, commode inſtitui poſſunt. Cinerarium cylindricum, cuius portae tubus applicari poteſt, per quem aer frigidus intrat, ſuperimpoſitum habet focum oualem, ſegmento ſuperiore et inferiori ablato, ſuperiori imponitur operculum, conuexum, in tubum continuatum, cui alius tubus applicari poteſt, longius in caminum extendendus. Omnia ex lamina ferri formantur, quae intus maſſa, ex aequalibus partibus argillae albae recentis et exuſtae, mediante ſanguine bouino impaſtatae, conſtante incruſtantur. In hoc furno intra bihorium duriſſimi lapides fundi poſſunt.

V.

Dissertation qui a remporté le Prix proposé par l'Academie Royale des sciences et belles lettres de Prusse sur le principe de l'action des muscles, avec les pieces qui ont concouru. A Berlin chez Haude et Spener &c. 1754. 4. pl. 29, tab. aen. 4.

Hoc est:

Dissertatio, quae praemium solutioni quaestionis de principio actionis musculorum ab Academia regia scientiarum et elegantiorum litterarum Borussica propositum reportauit, una cum aliis scriptionibus ad certamen admissis.

Academia regia, quae Berolini floret, praemium illi proposuerat, qui optime enodaturus esset has quaestiones: 1) an in neruis, qui musculos cum cerebro connectunt, fluidum insit, quo musculi in actione constituti inflentur? 2) quaenam sit natura, et quae sint proprietates huius fluidi? 3) quo modo hoc fluidum efficere possit, ut musculus in puncto fere temporis agat vel agere cesset? Ex scriptionibus, de hoc argumento academiae exhibitis, quatuor ad certamen ea admisit, hoc in volumine editas, atque inter has, quod nuper * iam indicauimus, praemio affecit dissertationem a Cl. CLAVDIO NICOLAO LE CAT elaboratam.

Haec ergo dissertatio, Gallico sermone scripta, primum in hoc volumine locum tenet. Diuisa est tribus sectionibus. In primo articulo Auctor id potissimum agit, ut ostendat, quanquam motus musculorum praecipue a connexione eorum cum cerebro per neruos pendeat, tamen in ea neque unicam, ne-

* vid. Comment. nostr. Vol. II. p. 545.

que proximam rationem motus muſculorum eſſe ponendam. Quia enim corda, quibusdam animantibus exſciſſa, diu ſalire, et animalia quaedam, vel capite abſciſſo, vel cerebro exemto, aliquot horas ſenſum motumque retinere viſa ſunt: proximam motus muſculorum rationem, ſeu cum effectu una exiſtentem, non eſſe in cerebri cum muſculis per neruos concatenatione, pro certo habet. Dein ad functionem muſculorum non neruos tantum, ſed et arterias ſanguinem aduehentes, tanquam cauſas generales requiri, iam olim STENONIS et VIEVSSENIVS experimentis docuerunt, quibus Auctor habendam omnino eſſe fidem, quam non nulli illis denegarunt,
p. 7. propria experientia didicit. Canes enim duo, quibus Cl. Auctor aortam ſupra iliacarum exorſum ligauerat, pedes poſticos aegre trahebant, neque eis aliter, ac nos artubus gelu conſtrictis, uti poterant, et quamuis igni admouerentur, ut bene calefierent, tamen motus horum pedum inde facilior non reddebatur, quin potius in altero cane, octaua parte horae elapſa, in altero poſt tertiam horae partem, artus illi penitus paralytici, imo ſenſu deſtituti videbantur; inſtituta autem poſt mortem horum animalium ſectio docebat, ligatura conſtrictas fuiſſe aortam, venamque cauam, cum parua meſocoli portione, in illo quidem cane ſine ullo notabili neruo, in hoc autem cum ramo plexus meſenterici poſterioris, qui cum muſculis crurum nullum nexum habet. Licet vero ex his appareat, ſanguinis per arterias affluxum ne-
p. 9. 10. ceſſarium eſſe ad motum muſculorum: tamen Auctor ſimul monet, neque hanc rationem motus eſſe proximam, vel cum quouis ſingulari motu una exiſtentem; propter ea quod canes illi aliquamdiu, poſtquam arteriae erant ligatae, pedum poſticorum non nullum uſum habuerunt, et ranae anguillaeque, corde adeo priuatae, diu adhuc ſe ſe mouere poſſunt.

In

In ſecundo articulo Cl. Auctor annititur, ut demonſtret, neruos, fluidi cuiusdam ope, muſculorum actionibus inſeruire. Rationem ſic concludit: ut nerui apti ſint, ad motum muſculorum efficiendum, id aut ſolidae neruorum ſubſtantiae tribuendum eſt, aut fluido per ipſos decurrenti; atqui non ſolidae ipſorum ſubſtantiae (quo loco contra eos, qui neruos pro chordis intenſis et vibrantibus habent, notis armis pugnat); ergo fluido nerueo. Quod idem ulterius declarat, et confirmat per experimenta BELLINI et FERREINII, a ſe repetita. Ligato neruo phrenico, p. 14. vidit diaphragma paralyſi correptum, idque rurſus in motum concitauit, quando neruum vel inter digitos, ſiue a ligatura verſus diaphragma, ſiue ab hoc verſus illam, ſtrinxit, vel acu pupugit. Quod, ſicuti per hypotheſin chordarum elaſticarum explicari nequit, ita manifeſto arguit fluidum, in neruo inter muſculum et ligaturam ſtagnans.

Ad ſecundam quaeſtionem Cl. Auctor in tertio articulo ſic reſpondet. Fluidum nerueum neque ſan- p. 16. guis eſt rubicundus, quod nemo affirmauerit; neque pars eius ſeroſa vel aquoſa, quum nec veriſimile ſit, meram aquam eſſe ſenſus motusque inſtrumentum, nec medulla cerebri, in qua fluidum nerueum haud dubie ſecernitur et percolatur, ullam habeat ſimilitudinem cum aliis organis, ſerum ſecernentibus; neque oleoſa aut ſulphurea ſanguinis pars, quam natura non niſi adipis bilisque generationi deſtinauit, quum oleoſa partibus neruoſis inimica deprehendantur; nec ſpiritus volatiles, ex ſanguine extracti, quippe qui neruos exſiccaturi, eorumque texturam deſtructuri eſſent, id, quod ex effectis ſpiritus volatilis ſalis ammoniaci in organo odoratus Auctor colligit; neque aer, qui, quum ne quidem per membranarum poros, aquam et oleum transmittentes, poſſit peruadere, multo minus per vaſa ſecretoria cerebri et neruos viam inueniret, quique vi ſua elaſtica tam teneris vaſis

exitiosus foret; neque ignis elementaris, quippe cuius particulae crassiores sunt, quam ut nerueum fluidum constituere possint, et cuius in oeconomia animali functio haud alia esse videtur, nisi ut fluidorum in corpore condensationem impediat; neque electrica materia (ex qua aeque ac vi attractrice hodie non
p. 18. pauci omnium phaenomenorum rationem reddere, sed Auctoris iudicio admodum inepte, sustinent,) quum haec materia, ex igni sulphureisque et phosphoricis particulis mista ipso igni crassior sit, eiusque propagatio per ligaturam, quae fluidi neruei cursum sistit, impediri nequeat; nec materia lucis, quum non probabile sit, quidquam, quod sensus nostros afficiat, eiusdem esse generis cum eo, quod in organis sensuum afficitur a rebus sensilibus (media enim, per quae rerum sensibilium impressiones ad neruos propagantur, totidem sunt, quot sensus, fluidum autem in omnibus neruis unius eiusdemque generis esse credibile est), quumque, si fluidum nerueum et lux ad idem, aut pene idem genus referenda essent, ea pars imaginis in oculo formatae, quae centro nerui optici * excipitur, sensu aeque, imo magis, perciperetur, quam reliquae imaginis partes, in quibus radii lucis fluidum nerueum haud absque medio percutiunt. Sed quid tandem est fluidum nerueum?
p. 41. Est, inquit, fluidum adeo subtile, ut sensibus percipi possit nullis, quum inter infinite multas species, ad genus materiei pertinentes, pro summa seu prima sit habendum, ideoque in rerum creatarum serie et continuatione proximum sit animae incorporeae. Hoc fluidum, ex Cl. Auctoris sententia, est spiritus uniuer-

* Hoc centrum vel medium nerui optici Cl. Auctor pro parte medullari nerui habet: quum tamen constet, arteriolam illud centrum occupare; quae ergo vera causa est, sensum eius puncti imaginis, quod in medio loco insertionis nerui optici situm est, impediens.

uniuerſalis viuificans, per omnes alias res corporeas ſparſus, praecipue tamen in ſeminibus plantarum, atque ouis et ſemine animalium obuius; et ab animantibus, quae auras vitales carpunt, in pulmonibus ex aere in eos irruente colligitur. Scilicet ſpiritus huius vitalis cum ſanguine commiſtionem primarium eſſe pulmonum uſum (refrigeratione ſanguinis ſecundario exiſtente,) tribus rationibus * Auctor euincere ſtudet; primo, quod animali recens nato, arteria aſpera ligata, vel ſterno reſciſſo, ſtatim eripitur vita, licet in eo foramen ouale et tubus arterioſus ſanguini adhuc pateant; ſecundo, quod huic animali, modo enecto, vita redditur, ſimulatque in pulmones eius aer iniicitur; tertio, quod, quum ſanguis, teſtante HOOKII experimento, per collapſos etiam pulmones tam libere, quam per inflatos, poſſit fluere, reſpiratio haud videtur neceſſaria ad ſanguinis circulationem. p. 22. p. 24.

Verum enim vero ne quis ſuſpicetur, hunc ſpiritum vitalem, ob ipſam nimiam ſuam ſubtilitatem

* Quanquam peruetuſtam hanc opinionem reiicere non audemus: tamen eam his rationibus euinci non intelligimus. Prima enim per ſe nihil roboris habet: omnia redeunt ad explicationem phaenomeni; aliter vero illud explicandum eſſe, ſuadere videtur multiplex experientia de foetibus, illaeſis inuolucris ſuis in lucem editis, vel ex utero matrum iam mortuarum exſciſſis, qui aliquot horas vixerunt ſine reſpiratione, item MERYI experimentum in teſtudinibus captum, quae ſine aeris hauſtu integros menſes vitam duxerunt. Secundae rationi forſan haud adeo multum ipſe Cl. Auctor tribuiſſet, ſi meminiſſet experimenti Haleſiani, quod eſt CXL. in libro *Vegetable Staticks*. Tertio experimentum HOOKII nihil hic ad rem facere putamus. Ab eo enim, quod fit in collapſis pulmonibus, non integris, ſed pertuſis ac mutilatis, per quos perpetuo aer traiicitur, non valet conſequentia ad id, quod collapſi quidem, ſed integri et aeri occluſi, ad ſanguinis circulationem facere poſſunt. Vid. *Philoſoph. Transactions*, N. 28.

non poſſe pro fluido nerueo haberi, quippe quem neque nerui ligatura in curſu ſuo remorari, neque ulla in corpore animali vaſa continere et vehere poſſe
p. 25. videantur: Auctor, WILLISIO accedens, contendit, hunc ſubtiliſſimum ſpiritum in neruis coniunctum eſſe miſtumque cum lympha neruea, atque ab hac retineri in cauo neruorum. Eſſe autem aliquam in neruis lympham, probat tam per experientiam MALPIGHII, qui magnum neruum, in brachio hominis viui diſciſſum, copiam lymphae exſudare vidit, quam per GLISSONII ac VIEVSSENII conſenſum. Eis qui obiiciunt, GRAAFIVM e maximis quoque neruis ne guttulam quidem liquoris exprimere potuiſſe, reſpondet, pluris eſſe unum teſtem oculatum affirmantem, quam decem negantes. Quod vero in ſectione nerui ne per optima quidem miſcroſcopia cernantur orificia tubulorum, globulos iſtius lymphae, quae tamen viſcida ſit neceſſe eſt, transmittentium, id par-
p. 28. tim inde eſſe arbitratur, quod in neruo diſſecto orificiorum illorum diametri adeo minuuntur, ut collapſa orificia illa oculum etiam armatum fallant, partim ab ipſa tenuitate globulorum huius liquoris quamuis gelatinoſi. Nam viſcidorum liquorum, certo gradu caloris, ut ut mediocri, extenuatorum partes ad modum ſubtiles eſſe, ipſisque particulis aquae, quae et microſcopia effugiunt, exiliores, hinc * conſtare dicit, quod videmus, oleum per dolia ſe penetrare, quae aquam et vinum ſic continent, ut nullam horum liquorum guttulam transmittant. Et non eſſe incredibilem lymphae illius gelatinoſae per tam anguſtos neruorum tubulos tranſitum, colligit inde, quod liquor glutinoſus, nomine ſucci lapidifici cognitus, per minimas ſaxorum fiſſuras peruadit, ante quam

* Quantum valeat hoc argumentum, intelligent, qui veram phaenomeni huius rationem non ignorant, quam dudum demonſtrauit magnus BOERHAAVIVS in *Elem. Chemiae* Tomo I. p. 467. edit. Lipſ.

quam collectus ſtalactites, lapides, gemmas conformat, quodque balſama, ex arborum vulneribus manantia, nec non tenaciſſima gummata, et terebinthinae aliaeque reſinae, per lignorum maxime compactorum vaſa, vaſis minimis in noſtro corpore anguſtiora, ad magnam altitudinem aſcendunt ſine impulſu potentiae, quae illi, qua noſtri corporis ſucci mouentur, par ſit. Iam ſimilem liquorem, in vaſis eum deuehentibus ſubtiliſſimum et liquidiſſimum, extra ea autem in gelatinam glutenue abeuntem, humano etiam eſſe corpori, pluribus rationibus contendit. Nimirum 1) anatomicis notum eſt, talem lym- p. 29.
pham in ventriculis cerebri reperiri, et MALPIGHIVS e vulnere cerebri magnam huius lymphae copiam exire vidit, quod et Cl. Auctor in ſimili vulnere animaduertit. 2) Si tumor ſpinae bifidae aperitur, lympha effluit, quae ex ſpinali medulla prouenit, et tumorem illum effecit, diſtendendo membranas, quae medullae ſpinali ibi, ubi canalis oſſeus vertebrarum mancus eſt, aut omnino deficit, pro inuolucris ſunt; hinc ſubitanea morte infans exſtinguitur, ſicuti et lentam herniae huius ſpinalis detumeſcentiam mors certa ſequitur. 3) Exſtirpato tumore, qui ex carcinomate, quo apophyſes ſpinoſae imarum vertebrarum lumborum, ac partes quaedam vaginae medullae ſpinalis deſtructae erant, ortus fuerat, vidit Cl. Auctor prodigioſam lymphae copiam per denſiſſima vulneris ligamenta manare, qua effuſione aegrotus poſt biduum periit. 4) Similem effuſionem lymphae nerueae obſeruauit in cranio viri vegeti et robuſti, quam poſt triduum mors ſubſecuta eſt; et huius viri capite poſt mortem diſſecto, cerebrum ſine conſiſtentia quaſi liquefactum reperiit. 5) Ex tumore in dorſo infantis, in quod acus uſque ad medullam ſpinalem infixa fuerat, lympham ſubinde vidit effluere ſimilem illi, quam ſpina bifida ſuppeditat; infans maraſmo erat correptus. 6) Prouocat ad chirurgorum experien-

rientiam, quibus notum eſt, amputationem partium, multis neruis praeditarum, ſaepe comitari lymphae nerueae effuſionem. 7) Lymphàm eandem oſtendit in liquore ſeminali, quippe cuius abundantia cum robore et alacritate animalis, nimia autem iactura cum virium infractione coniuncta eſt. 8) Neque aliud Cl. Auctori eſſe videtur mucoſus ille liquor, qui circa papillas nerueas, in tunicis villoſis, in glandulis viſcerum, deprehenditur, cum ab irritatione neruorum in his partibus copioſior ſit huius lentoris affluxus. 9) A priori tandem, quod aiunt, lympham nerueam demonſtrari arbitratur, partim cerebri neruorumque nutritione et incremento, quod totius corporis incremento analogum eſt, et ſanguini certe, qui in ſubſtantia cerebri et neruorum haud reperiri poteſt, non debetur, partim atrophia membri, ob neruos in eo male affectos, aut obſtructos, paralytici, quamuis illud ſat ſanguinis ab arteriis recipiat.

Quibus fuſius diſputatis, concludit, fluidum nerueum conſtare lympha glutinoſa nutritia, et ſpiri-
p. 35. tu vitali. Haec duo fluida ubique in uniuerſo adunari credit mechanica quadam neceſſitate, quam per ſimilitudinem inter figuras particularum ſpiritus et pororum lymphae paucis explicat; hinc aliquid fluidi neruei iam quidem ineſſe in chylo ex alimentis, quae aſſumſimus, parato; at maximam tamen purioris ſpiritus vitalis copiam admiſceri lymphae illi gelatinoſae, quam ſanguis contineat, tunc, cum ſanguis per pulmones traiiciatur, quippe per quorum veſiculas ſpiritus vitalis, cuius plenus ſit aer, percoletur; deinde, quia lympha haec, ſpiritui vitali iuncta, ubi ad cerebrum peruenerit, inueniat ibi fibras et ſuccos naturae ſuae conuenientes et analogos, partem ipſius puriſſimam in cerebrum tranſire, et ex ea denique in hoc viſcere parari ipſiſſimum fluidum nerueum, quod vi arteriarum pellatur tandem in neruos, et per uniuerſum corpus diſtribuatur, vitae et nutritionis gratia.

tia. Cui ſententiae ut plus affundat lucis, modump. 36.
deſcribit, quo abſolui exiſtimat vegetationem plantae, cuius bulbus aquae purae, in vitrea ampulla, impoſitus eſt. In hac, inquit, aqua eſt parum glutinis uniuerſalis, et aliqua pinguium terrearum particularum copia; bulbo autem per texturam ſuam facultas eſt, ex ea aqua particulas maxime viſcidas et nutritias quaſi ſeligendi; et quia ſubſtantia fibroſa bulbi, aeque ac aliorum ſeminum, compoſita eſt e maſſulis viſcoſis, ſpiritu ſeminali, qui generi plantae eſt proprius, grauidatis, aqua fibris bulbi hauſta mutatur ab his maſſulis in ſimilia elementa, quem ad modum parum fermenti magnam maſſam fermentat. Proinde Cl. Auctori cerebrum idem eſſe videtur in regno animalium, quod in plantarum regno bulbus eſt vel nucleus foecundus.

Ceterum, quum per hanc fluidi neruei naturam p. 37.
ſolam neque motus neque ſenſus penitus poſſit explicari, neceſſe eſſe retur, ut dicamus, illud animae incorporeae et cogitanti intime eſſe iunctum, quae, cum ſingulas eius particulas, quas quantumue velit, impellere vel ſiſtere poſſit, harum ope quaslibet corporis ſui partes moueat, et, cum viciſſim ipſa ab impreſſionibus, in fluido nerueo a rebus externis ſenſilibus factis, affici queat, res corporeas ſentiat *.

Super

* Si, quod aliunde certo conſtat, anima cogitans omnis materiae ideoque et extenſionis expers eſt, fluidum autem, utcunque ſubtile, naturaliter moueri ab ente non extenſo nequit: ſane intelligi non poſſe nobis videntur, qui, cum animae immaterialitatem concedant, (quod et Cl. Auctor facit) ſtatuunt tamen ſpiritus animales ab ea impelli phyſice et commoueri. Nec viciſſim ſcitius, quam vulgus, loquuntur, qui in eius modi anima ſenſus affirmant effici phyſica fluidi neruei in eam actione. Si philoſophos ridemus, qui in phyſicis qualitates occultas crepant: cur noſmet ipſos, in phyſiologicis ad animam tanquam cauſam

Supereſt tertia quaeſtio, ad quam enodandam Auctor in extremo huius diſſertationis articulo pergit. Hoc labore ut rite defungatur, ante omnia ſtructuram muſculorum exponit. Faſciculorum, in quos natura quaſi colligauit fibras motrices muſculi, et qui ſinguli membraneis vaginis veſtiti ſunt, tres ordines diſtinguit. Tertii ordinis faſciculum diſſoluere potuit in fibras, quarum diametri tertiam vel quartam duntaxat partem diametri ſubtilis capilli aequant.
p. 40. Haſce fibras ſaepius curioſe explorauit per microſcopia, quae ſibi ait eſſe tam excellentia, ut nullis forte in uniuerſa Europa microſcopiis ſint ſecunda, et figuras earum fibrarum exacte delineauit, quae hic
p. 41. quoque aeri inciſae habentur in tabula tertia. Cunctae autem obſeruationes Auctoris in hoc conſpirant, ut eius modi fibra motrix ſit habenda pro cylindro cauo, cuius ſuperficies compoſita eſt e filis ſubtiliſſimis, cauum autem repletum contextu cellulari ſeu ſpongioſo, qualis fere in capillo apparet oculo ar-
p. 42. mato, vel in penna nudo. Faſciculus componitur ex ingenti numero talium fibrarum, ad ſe inuicem quidem fere parallelarum, ſimul tamen undatim criſparum, per innumera fila transuerſa, in retis modum diſpoſita colligatarum, et per crebras anaſtomoſes inter ſe commiſſarum, vel adeo alicubi confuſarum, ut ergo fibrarum contextus haud ſecus ſe habeat, ac contextus cellularum, quae in cauis ipſarum ſunt. In arterias muſculorum iniecta aqua, vel oleo terebinthinae, adipe ſuilla miſto, et cinnabaris colore infecto, vidit quidem muſculos paullum inflari atque

cauſam phyſicam prouocando, philoſophis viciſſim ridendos praebere, quam ignorantiam noſtram fateri, malumus? Haud dedecet medicum, in iis acquieſcere, quae de commercio animae cum corpore indubia experientiae fide conſtant, modum vero, quo illud commercium exercetur, metaphyſicorum diſputationibus relinquere.

que indurari, ſed in fibris eorum nihil liquorum illorum per microſcopia deprehendere potuit, quin potius hae fibrae pellucidae manſerunt, neque colorem duxerunt. Fila, quibus fibrae muſculorum irretiuntur et colligantur, viſa ſunt Auctori prouenire ex arteriarum, venarum, neruorumque ramificationibus: idemque coniicit, neruos in muſculum intrantes exuere partes tunicarum ſuarum exteriorum, quas a dura meninge habent; et tunicas, a primis quidem p. 43.
nerui ramis relictas, una cum membranis cellularibus vicinis, maxime perioſtei, efficere inuolucrum externum uniuerſi muſculi; ramorum autem ex primis ramis emiſſorum exuuias formare inuolucra faſciculorum primi ordinis, ramorum tertii ordinis exuuias inuolucra faſciculorum ſecundi ordinis, et ſic porro, tandem ultimum filum nerui, quod non eſt niſi tubulus e tenui meninge exortus et productus, ramificationibus ſuis irretire fibras motrices, et in ipſarum caua per frequentes anaſtomoſes hiare. Quod ad vaſa ſanguifera attinet, Auctor pro veriſimili habet, ea non ſolum ſuperficiem fibrarum motricium cingere, ſed etiam in earum caua effundere lympham ſpirituoſam, lymphae nerueae ſimilem, ut ut minus forte ſubtilem, cuius ſententiae rationes petit ab analogia. Capillum enim, cuius interiora ſimilia ſunt fibrae motricis interioribus, non ſolum ſuccum nutritium, ſed non nunquam adeo ſanguinem rubicundum accipere ab arteriis, docent partim eius incrementa, partim phaenomena plicae ſic dictae Polonicae; et ex humidis pulmonum exſpirationibus, ac pituitae exſcreatione manifeſtum eſt, vaſa ſanguifera, quibus veſiculae bronchiorum, cellulis in cauo fibrae muſculi ſimiles, circumdantur, varios humores in eas effundere; neque dubium eſt, in corpora cauernoſa penis, quorum textura contextui ſpongioſo fibrae motricis affinis eſt, ſanguinem ex arteriis exprimi, qui per venas reſorbeatur. De tendinibus atque aponeu-

neuroſibus, quae, ut omnibus notum eſt, non ſunt,
niſi continuationes fibrarum motricium compacta-
p. 44. rum, notat Cl. Auctor cum DVVERNEY, eas nullibi
ipſis oſſibus, ſed perioſteo tantum inſeri et infigi, et
ſicubi in adultis corporibus perioſteum ſub tendine
compareat nullum, eius rei cauſam eſſe, quod ibi
p. 45. perioſteum iam tendinis duritiem induerit. Tandem
de uniuerſis muſculis ſentit, eorum fibras originem
non a neruis ducere, cum hi nimis graciles ſint,
quam ut tantae molis partibus materiam praebere
poſſint, et inſertio eorum in quosdam muſculos, v.
gr. oculi, a principio muſculi adeo diſtet, ut eos in
muſculum, iam factum intrare euidens ſit, ſed a du-
ra meninge oriri, quippe quae ſe ſe diuidat in tenuia
fila, quae amplificata et ramulis neruorum ac vaſo-
rum ſanguiferorum adunata carnem muſculi compo-
nant. Nam non perioſtei ſolum e meninge duri
ortum dudum ab HAVERSIO, demonſtratum eſſe
conſtat, ſed et muſculos ipſos haud aliam habere ori-
ginem ex obſeruatione eorum in embryonibus, et ex
contemplatione muſculorum oculi in adultis etiam
corporibus patere, affirmat Cl. Auctor, quippe qui
muſculi ex interiore lamina eius partis durae menin-
gis, quam neruus opticus ſub ingreſſum in orbitam
exuit, gignantur, exteriore lamina perioſtei in orbi-
p. 46. ta munere fungente. Muſculi ergo e lamina durae
meningis formationem ſic explicat, ut dicat, laminae
illius fibras, quae antea tam arcte fuerint compactae,
ut non niſi fluidum, ſenſuum functioni deſtinatum,
transmittere poſſent, poſt ea partim in latitudinem
ſe laxare, et vaſa ſanguifera in interſtitia ſua admitte-
re, partim caua ſua extendere, ut larga copia ſucci
neruei in ea influere, et ingens multitudo minima-
rum arteriarum, venarum, ac neruorum reticulatim
per ea diſponi poſſit.

His de fabrica muſculorum praemiſſis, enarratis-
que phaenomenis ſat notis contractionis et relaxatio-
nis

nis musculorum, Cl. Auctor praecipuas hypotheses, pro motu musculorum explanando inuentas, refutat. Primo contra eos, qui supponunt minimos arteria- p. 49.
rum ramulos fibras motrices, quibus circumuoluuntur, apertas tenere et peruias fluido nerueo, monet, tantum abesse, ut hac hypothesi id, quod velint, explicent, ut potius hac ratione fibras constringi et fluido nerueo imperuias reddi necesse sit. Deinde p. 50.
his, qui sumunt, sanguinem a spiritibus animalibus fermentescere, duo opponit, quae ex eorum sententia fluunt, experientiae contraria, quorum alterum est, quod si sanguis a spiritu animali rarefactus contractionem musculi efficeret, omnes nostri corporis musculi semper et ubique sic se hãbituri essent, ut in tetano, quum fibrae musculorum semper aliquid sanguinis in se habeant, id, quod e guttis sanguinis, quas cor ex anguilla exsciſſum in qualibet systole exprimit, clarum esse putat; alterum, quod in hac hypothesi fieri nequeat, ut musculum vehementer contractum subito, et quandocunque velimus, relaxemus, cum fermentatio omnis certum temporis spatium sibi postulet, quo absoluatur, ideoque ante temporis huius finem musculus animae imperio obedire non possit. Tertio sententiam, quae sumit in con- p. 51.
tractione musculi sanguinem cum impetu ex arteriis eiici in fibras motrices, et in his retineri constrictione, quam vasa patiantur a contractione fibrarum neruearum, ipsis circumplicatarum, reiicit propter ea, quod partim ipsi repugnat pallor, in omni musculo valde contracto obseruabilis, partim frustra in auxilium trahuntur vasa sanguifera, si iam ipsa filamenta neruorum vi polleant se se contrahendi, partim idem contra hanc sententiam, ac contra praecedentem valet, nempe subitanea mutatio et morae et intensitatis contractionis pro arbitrio animae, quippe quam fieri non posse, si tam crassum fluidum, quale sanguis est, proxima causa esset intumescentiae musculi, satis do-

cere videtur membri virilis erecti aduersus animae im-
p. 52. perium contumacia. Denique eorum hypotheſin, qui fibras motrices e veſiculis componi credunt, etſi eam ceteris anteponat, tamen veretur Cl. Auctor ſuam facere, ob triplicem rationem, primo, quod neque in hac hypotheſi contractio muſculi ſatis promta haberi poſſe videtur; ſecundo quod, cum pro ſubitanea muſculi contracti remiſſione neceſſe ſit, ut ſingulae veſiculae tubulos, per quos fluidum ex iis elabi poſſit, habeant aequalis amplitudinis cum tubulis, per quos in illas defertur, fieri omnino nequit, ut veſiculae inflentur, quippe mox per illos elabente tanta fluidi copia, quanta per hos influxerit; tertio, quod in hac hypotheſi ponderis, a muſculo contracto eleuandi, reniſus a ſolo impetu fluidi neruei vincendus eſt, qui tantus non eſſe poſſe videtur, quantus ad reniſum ingentium ponderum, quae vir robuſtus tol-
p. 54. lere poteſt, ſuperandum requiritur. Ceterum affirmat Auctor, omnes, qui adhuc contractionem muſculorum a fluido nerueo effici docuerunt, in hoc falſos eſſe, quod ſumſerint, ſingulam actionem muſculi eſſe a ſingulo influxu ſpirituum animalium ex cerebro in muſculum, et intenſitatem huius actionis pendere ab impetu eius influxus; repugnare enim huic hypotheſi phaenomena motus animalium capite vel cerebro priuatorum, item cordis exſciſſi.

p. 55. Iam itaque ipſius Auctoris ſyſtema de motu muſculorum videamus. Fibra muſculi eſt tubus, cuius latera fabricata ſunt ex infinite multis filis inter ſe connexis, et cuius cauum diuiſum eſt in permultas cellulas figurae circiter rhomboidalis; laminae, quae has cellulas formant, prodeunt ex eis, quae latera formant, filis, et inter ſe, aeque ac fibrae diuerſae in eodem faſciſculo, committuntur. Per hanc fabricam apta eſt fibra muſculi ad inſignem contractionem ſeu diminutionem longitudinis ſuae, coniunctam cum intumeſcentia ſeu amplificatione in latitudinem, quae

eſt

eſt a plenitudine fibrae. Dubitare tamen videtur Cl. Auctor, utrum fibrae motricis fabrica talis ſit, qualem modo diximus, an potius ſimilis texturae funiculi cannabini; quum ex hac contractio muſculi a fluido, inter fila contorta ſe ſe inſinuante, aeque bene poſſit explicari. Vtcunque ſit, omnis fibra motrix, p. 56.
imo omnis pars corporis, quae neruis eſt inſtructa, imbuta ſemper eſt fluido, quod conſtat lympha nerueа cum ſpiritibus animalibus miſta, quorum ſingulae particulae adunatae ſunt animae, ſentiendi et volendi facultate praeditae. Hoc fluidum per omnes iſtas partes diſtribuitur a cauſis generalibus circulationis, quas inter proxima eſt pulſus cerebri. Quum et ſenſus internus doceat, animam nunquam eſſe otioſam, nec vel ipſo in ſomno ab omni actione prorſus ceſſare; et phyſici demonſtrent, ſubtiliſſima fluida eſſe in perpetua agitatione: fluidum nerueum in muſculis corporis viui perpetuo agat, neceſſe eſt. At- p. 57.
qui fluidum omne agitatum ſe ſe expandit in maius ſpatium: ergo nerueum fluidum in corpore viuo rarius eſſe debet, quam in exſtincto; ideoque etiam fibrae motrices in illo magis tument, quam in hoc, ſeu vim habent quandam elaſticam vitalem, vel tonum naturalem. Copia fluidi neruei, a qua hic tonus muſculi in corpore viuo pendet, mediocris quidem eſt, attamen ſimul idonea contractioni muſculi efficiendae, quatenus ea maioris adhuc rarefactionis ſiue expanſionis capax eſt; et actu contrahitur muſculus ab iſta mediocri fluidi copia, ſimul ac voluntas animae, quae etiamſi ſpatium occupet nullum, tamen potentia per uniuerſum corpus ſuum extenditur, huic fluido in muſculo ſtagnanti motum expanſiuum imprimit. Ex quo intelligitur, quo modo cor ex thorace exemtum tremere, et animal, cui caput truncatum eſt, membra ſua aliquamdiu mouere poſſit. Et p. 58.
multum veri ſimilitudinis huic explicationi (ſic Auctor ſentit) accedit a *lege parſimoniae*, quam natura con-

ſtanter obſeruat; quum haec hypotheſis cauſam proximam, quae muſculos contrahit, non ex cerebro per longos viarum anfractus arceſſat, ſed in ipſo hoc organo iam praeſentem ſiſtat, atque eidem minimas in effectum impenſas facere permittat, quippe quae duntaxat in hoc conſiſtunt, ut cuiusque globuli eius lymphae nerueae, qua muſculus imbutus eſt, diameter extendatur per lineolam milleſima parte diametri capilli minorem. Porro cauſa generalis adiuuans motum muſculorum eſt ſanguis arteriarum, quatenus partim e minimis earum ramulis in fibras motrices effunditur lympha, ſpiritu animali praegnans, quae cum ſubtiliori lympha neruea commiſta hanc ad maiorem expanſionem diſponit, partim per circulationem ſanguinis in muſculo conſeruatur calor neceſſa-
p. 59. rius ad hoc, ut lympha neruea gelatinoſa tam fluida maneat, quam quidem eſſe debet ad functiones ſuas. Quem ad modum enim hoc poſterius veriſimile intelligitur inde, quod nos membris frigore torpidis uti non poſſumus: ſic etiam prior ille uſus affluxus ſanguinis ad muſculos certus et principalis videtur propter ea, quod animalia prae nobis robore valentia, veluti aſinus et bos, minus cerebrum, ſed maiores pulmones et plus ſanguinis, quam homines, habent, et contra, quae vix ullo robore indigent animantia, veluti cochleae, lumbrici, polypi, corpus habent ex-
p. 60. ſangue, et ſolius lymphae nerueae plenum. Idem confirmari videtur CHIRACI experimento, qui cani cerebrum, cerebellum et medullam oblongatam exſcidit, et, poſtquam canis omni vita ſic priuatus erat, non cordi ſolum, ſed et ceteris muſculis motum reddidit, pulmones canis inflando, et ſic nouos ſpiritus animales, ut videtur, ſanguini arteriarum ſuppeditando.

Phaenomena motum muſculorum comitantia ſic explicantur. Primo muſculus contractus, quamuis intumuerit, ſpatium maius quam antea non occupat,

pat, quia magna ſatis copia ſanguinis per contractionem muſculi ex interſtitiis fibrarum expellitur, et in venis verſus cor recedere cogitur, id, quod cum ex pallore muſculi contracti, tum per experientiam eorum, qui currunt, et chirurgorum, qui, ut ſanguis e vena in brachio ſecta exſultet, muſculos illud brachium veſtientes moueri iubent, cognoſcitur. Secundo p. 61. quem ad modum mira celeritas, qua muſculi contractio decretum animae ſequitur, per unionem animae cum ſingulis particulis ſpirituum animalium in toto corpore, et per exiguitatem expanſionis ſingulorum globulorum lymphae nerueae, in muſculo contrahendo iam praeſentis, explicatur: ita muſculi relaxationem ſtatim fieri poſſe, quam primum anima illam voluerit, intelligitur e virtute, qua omnes particulae homogeneae cuiuscunque materiei praeditae ſunt, ſe mutuo attrahendi; quum per hanc virtutem fluidum nerueum priſtinam denſitatem ſtatim recuperet, animae in illud actione ceſſante. Tertio contractionem muſculi nunc magis, nunc minus validam eſſe, ut ut remiſſio muſculi ſemper ſit eadem, inde intelligitur, quod haec effectus eſt cauſae mechanicae, vis nempe attractricis, quae nullo non tempore eadem vi agit, illa vero cauſae liberae, quae pro arbitrio, vel reniſus ſuperandi exigentia, intentius vel remiſſius operari poteſt. Quarto corrugationis muſculi contracti ratio in promtu eſt. Nam, quia laminae cellularum in cauo fibrae motricis ſunt productiones filorum, quae latera fibrae componunt: expanſis illis cellulis, neceſſe eſt ut puncta, ubi laminae iſtae cum lateribus fibrae cohaerent, verſus axem fibrae introrſum trahantur, ceterae autem partes laterum extrorſum urgeantur a fluido ſemet expandente. Cui rationi accedit haec, quod vaſa ſanguifera, per muſculum omnem diſperſa, a fibrarum intumeſcentia ſinuentur. Quinto, muſculum contrahit aqua tepida in arteriam iniecta, partim lympham

ſpirituoſam ex arteriarum extremis in fibras motrices pellendo, partim et impulſu et calore irritando principium actiuum; quem ad modum idem fit pungendo muſculum, vel aquam calidam ſuper illum effun-
p. 62. dendo. Sexto, quoniam lympha neruea aliquamdiu in muſculo remanet, ante quam venis lymphaticis ſui generis reſorbetur, vel per tranſpirationem diſſipatur, motusque muſculi ſimul ab actione animae tam voluntaria, quam naturali in fluidum nerueum pendet: intelligitur, qui fieri poſſit, ut cor pulſet e thorace exemtum, ut animalia capite priuata artus ſuos aliquamdiu moueant, utque animantia quaedam ſic mutilata aliis longe diutius et fortius ſe agitent, veluti anguillae, viperaeque, quibus lympham nerueam admodum viſcidam, tenacem, et vix perſpirabilem eſſe, ex temporis, quo famem tolerare poſſunt, longinquitate, colligitur. Septimo, cur ſenſus, cui aliquis inſeruit neruus in plexu vel ganglio quodam terminatus, haud pereat, neque confundatur cum aliis ſenſibus, explicatur in hoc ſyſtemate ex eo, quod ſenſus ſit in ipſo organo, ubi anima per impreſſiones, quas fluidum nerueum ibi patitur, immediate afficitur, quae affectio, ob continuitatem extenſionis potentiae animae, ad cerebrum etiam, tanquam ad ſedem huius potentiae principalem, ſtatim propagatur.
p. 64. Tandem octauo, neceſſe eſſe, ut nimium motum muſculorum debilitas et laſſitudo ſequatur, perſpicuum eſt in hoc ſyſtemate: cum debilitas intelligatur eſſe a diſſipatione ſtuidi neruei per tranſpirationem, quam frequens muſculorum contractio auget, circulationem ſanguinis accelerando; laſſitudo autem ſit a nimis repetita et violenta diſtenſione veſicularum in fibris motricibus.

Enarrauimus Cl. LE CAT ſyſtema de motu muſculorum; ſed iudicium de eo lectoribus integrum relinquimus. Dubitationes enim noſtras de hoc ſyſtemate, in quo ut multa ſint docte, veriſimiliter atque inge-

ingenioſe conſtituta et explanata, quaedam tamen et obſcura et nimis incerta nobis quidem videntur, hoc loco exponere, neque ratio inſtituti permittit, neque copia rerum, quas adhuc recenſendas nobis offert hoc volumen.

Progredimur ergo ad aliam, gallica etiam lingua exaratam, diſſertationem de mechaniſmo motus muſculorum. Huius Auctor contendit, fluidum nerueum magnam partem conſtare ex fluido electrico. Confirmationi huius ſententiae praemittit varia de ſtructura muſculorum, et de phaenomenis motus eorundem, ex quibus quaedam tantum excerpenda nobis eſſe iudicamus. Contractionem muſculi elaſti- p. 76.
cam diſtinguit a vitali; illa non pendet a voluntate, et in recenti cadauere etiam animaduertitur, e. gr. quum muſculus buccinator dexter, diſciſſo ſiniſtro, ſe ſe contrahit, et labra verſus ſe trahit. Quare de motu cordis ranae exſciſſi Cl. Auctor iudicat, aut eſſe illum ab elaſtica fibrarum carnearum vi, per impreſſiones externas, veluti aeris frigidi, vel humoris tranſpirantis, excitata, aut membris diſcerpti animalis non eſſe negandam omnem vitam, id quod certe de polypis conſtat. Corpus animale automaton eſſe, p. 79.
Auctor iure negare poſſe ſibi videtur, propter ea quod multas actiones in eo animaduertimus, quae ex impreſſionibus in illud extrinſecus factis mechanica neceſſitate conſequi, atque illis proportionatae eſſe haud videntur, veluti vehementes motus, quos minae improuiſae, vel geſtus aut dictum reuerentiae aduerſus nos contrarium, vel rei, quam metuimus, conſpectus in nobis excitare ſolent. Verum aequo iure poſſit quis negare, horologium pulſans eſſe automaton, ubi ignarus ſtructurae horologii viderit per ſtrepantem illam et diuturnam pulſationem, quae horam duodecimam indicat, conſequi exiguam eleuationem lamellae, leuiſſimo digiti impulſu factam. Repetens GLISSONII experimentum Cl. Auctor p. 81.

animaduertit, musculum initio quidem contractionis minus spatium occupare, quam ante contractionem, sed paullo post redire ad eandem, et mox post ea ad maiorem magnitudinem expandi, aqua interea altius et altius assurgente. Quod fieri putat retentione sanguinis in ramis arteriarum ob praeclusam ipsi in venas compressas viam; quum obseruauerit, sanguinem e brachio missum parcius fluere, quando manus in pugnum fortius contracta fuerit, et in hoc statu diu-
p. 82. tius manserit. In corpore viuo musculum contractum pallidum fieri negat, experientia fultus; attamen concedit, cor anguillae, tanquam musculum cauum et pellucidum, in systole pallescere, quia sanguis ex ipsius cauo nunc expulsus est, qui cor rubicundum reddiderat in diastole. Vim, quacum se contrahunt fasciculi musculi deltoidis, quando horizontaliter tenetur extensum brachium, et onustam pondere 15 librarum de mediis digitis dependente, Auctor iuxta BORELLVM aestimat aequalem * ponderi 1400 li-
p. 91. brarum. Nouissimo experimento constare dicit, si quadrupedi viuo aorta sub renibus obstringatur, alligando eam ad bacillum, ita ut ne ullum filum neruum in ligaturam implicetur, animal, consuto post ea ventris vulnere, pedum posticorum usum diu retinere, atque illi sensum motumque in his artubus
p. 92. non nisi longo tempore elapso perire. Musculi contractionem non effici affluxu lymphae nerueae per tubulos neruorum in vesiculas fibrarum motricium, pluribus rationibus et physicis et mathematicis annititur demonstrare. Hinc lymphae nerueae praeter notas eius functiones, ut scilicet neruis nutrimentum det atque incrementum, arduum illud munus mouendi musculos imponi non posse persuasus, fluidum ele-

* At enim vero hic calculus non accuratus esse videtur, vel ob hanc solam rationem, quoniam ceterorum musculorum, qui cum deltoide ad eleuationem brachii conspirant, nulla ratio habita est.

electricum huic muneri praeficit. Cuius sententiae confirmandae causa primo docet fluidum electricum cum in plerisque rebus corporeis, tum vel maxime in corpore animalis viui semper abundare, licet in eo non semper sit volatile et expansum, quale est, quando animal electrificatur, sed saepius fixum, deinde fluidum electricum non omnibus rebus aeque fortiter adhaerere, et per filum ferreum, variis sustentaculis, herbis adeo madidis vel palis, impositum sic propagari, ut potius anfractum fili capiat, quam ex eo in sustentacula illa diuertat; ex quo perspicitur, fieri posse, ut quibusdam corporis nostri partibus fluidum electricum magis adhaereat, quam ceteris, et si quidem bilis specifice grauior urina, hepati, quod est renum substantia grauius, urina vero specifice grauior quam saliua, renibus, quorum substantia specifice grauior est quam substantia parotidum, adhaeret, non absurdum est cerebrum attribuere fluido electrico, cui hoc fluidum subtilissimum ex aere in sanguinem delatum adhaereat fortissime, et in quo ergo percoletur seu secernatur. Praeter ea, quum fluidum electricum non solum constare videatur e particulis inter se heterogeneis, sed etiam habere sibi admixtas moleculas sulphureas proprias substantiae plantarum, vel animalium, vel metallorum, per quae illud transit, adeo ut nullibi tam purum sit, quam in aere; sumit Auctor, fluidi electrici puri, quod se se ex aere in sanguinem nostrum insinuauerit, particulas in cerebro admisceri moleculis crassioribus et minus quidem agilibus, sed quae adhaereant facilius filamentis neruorum, et agitatae decurrant per eorum poros sine ulla in vicinas corporis partes aberratione (nisi forte in casu magnae et praeternaturalis expansionis). Hoc mixtum e fluido electrico puro et subtilibus quibusdam particulis sanguinis sulphureis, est id quod Cl. Auctor fluidum nerueum appellat. Talis fluidi cursum ligatura nerui sisti posse retur, etsi fluidum

p. 96.

p. 98.

p. 99.

p. 100.

p. 101.

electricum purum etiam ligatum neruum peruadere libere poſſit. Quia fluidi electrici celeritas ſecundum experimenta Cl. LE MONNIER circiter quadruplo maior eſt quam celeritas ſoni, et magna affinitas lucis cum fluido electrico, huius fluidi celeritatem multo adhuc maiorem eſſe, perſuadet: aptum illud fluidum eſſe videtur ad motum muſculorum efficiendum.

p. 103. Hoc fluido, ſed fixo, ſemper imbutos eſſe omnes neruos, ita ut in ſingulo neruo illud formet columnam continuam valde elaſticam, ponens Auctor, ſenſum rei extrema filamenta neruorum tangentis excitatum in cerebro explicat per experimentum in filo electrificato captum, cuius altero extremo tacto conſtat alterum extremum ſtatim ſic affici, ut materia electrica in hoc extremo mutationem aliquam ſubeat;

p. 104. et ſumens praeter ea in fluido nerueo particulas diuerſa elaſticitate praditas, ſeu diuerſimode vibrantes (quod a ratione non eſt alienum, quum tales heterogeneae particulae in luce per experimenta Newtoniana ſint oſtenſae, et in aere etiam ſonoro iuxta Cl. MAIRANI demonſtrationes reperiantur) ex lege propagationis vibrationum in tali fluido, ſecundum quam vibrationes certarum particularum non niſi cum particulis homogeneis ſeu eiusdem toni communicantur, rationem reddit, cur diuerſarum rerum ſenſilium diuerſus in ſenſorio communi excitetur ſenſus. Ad motum autem quod attinet, contractionem, et cum ea coniunctam corrugationem muſculi ſatis feliciter imitatus eſt in filorum faſciculo, quae non ſolum in utraque extremitate, ſed etiam in locis intermediis colligauerat filis transuerſis; quippe ubi hunc faſciculum electrificauit, vidit fila in ſingulis internodiis a ſe inuicem ſeparari et incuruari, unde colligit, ſi internodia eſſent infinite parua, fore, ut ſuperficies faſciculi affectaret easdem plicas vel rugas, quales in muſculo contracto conſpiciuntur. Et quia fluidum nerueum perpetuo replet fibras nerueas, quas tandem

dem cum fibris motricibus confundi ponit, neceſſe eſſe ait, ut quam primum huic fluido alicubi motus imprimatur nouus, conſequatur expanſio muſculi in latitudinem, ſeu contractio in longitudine, eodem p. 106.
fere temporis puncto, partim ob permagnam velocitatem, qua ipſa materia electrica fluere eſt demonſtrata, partim quia materia electrica fluens ſecum rapit per tubulos nerueos alterum illud craſſius fluidum, cui admixta eſt, ſicuti in Cl. IALLABERTI experimentis fluxus aquae e tubis capillaribus per electrificationem acceleratur. Id autem quod motum primo imprimat, eſſe animam credit, etſi, quo modo hoc fieri poſſit a ſubſtantia incorporea, ſe neſcire fateatur; eandem animam exquiſite ſcire fingit, in quodnam praeciſe filamentum nerueum ſibi ſit agendum, quo hoc vel illud membrum ſic et non aliter moueatur, et propter ea neruorum tubulos inde ab origine ſua uſque ad organon, eorum ope mouendum, ſingulares, ſeu ramificationibus deſtitutos eſſe ſcribit, ne motus, quem anima certo muſculo impertire voluerit, in alios deriuetur. Ceterum fluidum electricum haud ineptum eſſe motui producendo, cuius vis tan- p. 109.
ta ſit, quanta in motu muſculorum ſupra per calculum fuit deprehenſa, inde concludit Auctor, quod vidit, muſculum bicipitem brachii, per viginti quinque annos paralytici, ſemet contrahere, quum ex eo electrica ſcintilla eliceretur, et animalia haud parua fulmine electrico enecari, diſruptis eorum vaſis et muſculis; poſſe autem motum ab electricitate ortum in muſculis pro arbitrio intendi, vel remitti, vel in puncto temporis exſtingui, clarum eſſe putat e multis experimentis cum machina electrificante inſtitutis, qua rapidius mota, fila electrificata magis diuaricare coguntur, et qua inhibita, fila illa ſtatim in ſe mutuo recidunt. Tandem Auctor variis, quae ſyſtemati ſuo opponi poſſunt, dubiis, remotis, non diſſimulat, eſſe adhuc in eo non nulla magis enodanda, quae

forſan

forſan enodatius proponere potuiſſet, niſi graui morbo fuiſſet impeditus.

p. 112. Hanc diſſertationem excipit Cl. LE CAT commentariolus, quem illuſtris academia ſcientiarum, cui illum Auctor, poſtquam ſe praemium reportaſſe comperit, miſit, diſſertationi priori ob argumenti aliquam affinitatem ſubiungere decreuit. Nam Cl. Auctor in diſſertatione ſua ſcripſerat texturam perioſtei et durae meningis adeo ſubtilem eſſe, ut nullum fluidum admittat, praeter id, quod pro ſenſuum inſtrumento habendum ſit. Iam ne quis neget vel tale fluidum has membranas peruadere, quo negato pars aliqua fundamenti, quod LE CAT ſuo ſyſtemati ſubiecit, corrueret; operam hic dat Cl. Auctor, ut utrique meningi cerebri, perioſteo, et reliquis, membranis,
p. 113. ligamentis, et tendinibus ſenſum aſſerat. Prouocat primo ad quotidianam experientiam, quae docet, meninges cerebri laeſas vel irritatas cauſa qualibet externa febrim, ſtuporem, delirium afferre. Secundo ex hiſtoria Academiae Scientiarum Pariſinae et ex propria amicorumue experientia adducit aliquot exempla hominum, qui ab oſſiculis, ſub cranio natis, vel a fractura cranii reſiduis, perpetuos dolores capitis, imo non nunquam conuulſiones, et adeo mortem perpeſſi ſunt; inter hos nominatim ruſticus eſt, qui, quum utramque cranii tabulam pluribus in locis perforatam haberet, et duram meningem ſub illis foraminibus gangraenoſam, cerebro tamen prorſus illaeſo, a capitis doloribus perpetuo per quindecim annos
p. 114. vexatus iisdem tandem ſuccubuit. Iam ſi laeſiones durae meningis letalia ſymptomata comitantur, etſi fluida illa, a quibus vita pendet, non fuerint intercepta, neceſſe eſſe putat, ut fluidum vitale per dolores et hinc ortos ſpaſmos meningis fuerit corruptum; meningem ergo ſenſilem eſſe concludit. Verum enim vero quia his adhuc obiici poſſet, letalia illa ſymptomata orta eſſe ex cerebri, meningibus adeo vicini,

vicini, laesionibus, cum laesione meningum coniunctis: non solum duas obseruationes enarrat, quae sistunt homines, sola laesione durae meningis in orbitis oculorum enectos, sed etiam affirmat, morbi illius rarioris, qui in rigore omnium musculorum seu tetano uniuersali consistit, causam, quam plerique cerebri corruptioni attribuunt, in inflammatione et suppuratione meningis tenuis a se deprehensam esse sectione capitum trium virorum, hoc morbo extinctorum, in quorum cerebro nihil morbosi potuit reperire. Hac occasione theoriam tetani uniuersalis proponit ex hypothesi sua, quod tam papillae nerueae in organis sensus, quam fibrae motrices in musculis sint productiones meningis tenuis, deriuatam; et in usus chirurgicos notat, signum inflammationis durae meningis esse, stuporem vel sopórem et paucitatem conuulsionum; tenuis autem meningis inflammationem dignosci per somnum leuem, et delirium crebris et violentis agitationibus coniunctum. Porro aliud argumentum pro meningum sensibilitate petit a dolore, quo exquisitissimo afficiuntur tunica adnata et membranae oculi, ab alieno corpore vel minimo lacessitae; Ill. autem HALLERI et Cl. ZINNII experimentis ad contrariam sententiam probandam quidquam roboris inesse negat, propter ea partim quod quaedam experimenta a se in canibus capta contraria sint illis, quae Cl. ZINNIVS exposuit, partim quod ex animalium brutorum motibus et clamore de sensu ipsorum nihil certi colligi possit, quum ipse Auctor saepius viderit canes, quibus cutis et musculi dissecabantur, nullius, sed cerebro contrectato, grauissimi doloris signa dedisse, et contra in experimento quinto Cl. ZINNII canis oleum vitrioli non solum in dura meninge sed et in carne circumiecta patienter et sine dolore ferre visus fuerit. Quum itaque ex solis hominibus disci posse videatur, quid in quaque corporis parte dolorem pariat: refert Cl. LE

p. 115.
p. 117.
p. 120.
p. 121.
p. 122.
p. 124.

CAT experimentum a ſemet ipſo captum in homine, cui oſſa temporale et coronale fracta erant, quod vulnus cum ipſius cerebri quidem laeſione, nullatenus autem cum mentis alienatione, coniunctum erat. Ex hac obſeruatione ab Auctore fuſe et accurate enarrata apparet, utramque meningem natura ſua eſſe admodum ſenſibilem, et ut ſenſus ſigna non edant, id tunc demum accidere, quando aut forti contuſione ſint ſtupefactae, aut ab aeris, medicamentorum, inſtrumentorumue impreſſionibus intermortuae, aut proxime in cartilaginem vel os euaſurae. Denique aſſerta meningibus ſua ſenſibilitate, perioſteo etiam et reliquis membranis una cum tendinibus ac ligamentis ſenſum eſſe, Auctor et per obſeruationes ſingulares, et prouocando ad vulgarem experientiam, confirmat; et Cl. CASTELLO, qui ſaepius ſe acus per tendines traieciſſe ſine ſignis doloris dicit, reſpondet, in his ſingularibus exemplis tendines forſan non amplius in ſtatu naturali fuiſſe, ſed ob contuſionem ſtupidos vel ad oſſificationem pronos.

p. 127.

p. 128.

Sequitur latine ſcripta diſſertatio, cuius Auctor proxime accedit ad ſententiam in praecedenti diſſertatione anonymi propoſitam. Scilicet fluidum nerueum arbitratur conſtare ex inflammabili materia, haud tali, qualem e plantis chemicus parat, ſed electricae ſi non ſimili, tamen haud multum abſimili, quae cum ſubtiliſſima corporis noſtri lympha commiſta ſit. Rationes, quibus hoc veriſimile reddat, ſequentes adducit: quod fluidum nerueum aeque ac materia electrica ſubito ſtatimque operetur, ſimul ac cauſa mouens agere incipiat, iterumque ſubito ac in eodem momento, quo cauſa mouens agere ceſſet, ad quietem redigatur *; quod membra paralytica ſuum motum

p. 9.

* Quae hic ſumuntur, ſine limitatione concedi non poſſe arbitramur. Omnes norunt, qui in electricitatis experimentis ſunt verſati, materiam electricam ſaepe

motum et ſenſum electricitatis ope recuperent, commota, quae in illis fixa erat, materia electrica; et quod liquidi neruei defectus cum fluidi electrici in corpore defectu ſemper coniunctus videatur, quia membra paralytica initio electrificationis, et digiti pedum occallati ac rigidi nunquam ſcintillas electricas edunt, aut ſaltim debiliſſimas, homines etiam phlegmatici, vires fractas habentes, difficilius electrici redduntur. Ad tertiam vero Ill. Academiae quaeſtionem reſpondet his verbis: *Quando ſpiritus dato tempore in maiori copia per advehentes nerui fiſtulas ad muſculum adueniunt, ſiue id a ſtimuli vi in ipſo neruo, ſiue a cauſa in cerebro nata, ſiue ab imperante anima fiat, tunc muſculus contrahitur. Quando vero haecce celeritas in motu ſpirituum remittit, et neruus aut nerui eam duntaxat adducunt copiam, quae cum muſculo in aequilibrio eſt, tunc idem muſculus iterum quieſcit. Quies autem et contractio ideo cum maxima celeritate alternant, quia ſpiritus de electrica materia, in ſanguine praeſente, et ab eo intra encephalum ſeparata, facti ſunt.* p. 24. Ceterum monet Cl. Auctor, ſe p. 27. nolle affirmare, fluidum neruеum in muſculos omnes et ſemper a cerebro deriuari, quin potius ſibi perſuaſum eſſe, in muſculis etiam aliquos ſpiritus animales praeparari, ſaltem in iis, qui ad functiones vitales pertineant: hoc enim non ſolum non eſſe impoſſibile, quum, ſicut ex arteriis, quarum magna in quouis muſculo copia deprehenditur, ſanguinem vehentibus prodeunt lymphaticae, ita ex his lymphaticis adhuc minores arteriae, ſpiritus vehentes, exoriri poſſint, quales in cerebro dari conſtet; ſed idem etiam experientia confirmari, quia in foetibus, cerebro deſtitutis, vitales tamen motus cordis et inteſtinorum obſeruati ſunt, et laeſo, obſtructo, vel inflammato

ſaepe hora una vel adeo pluſculis horis, poſtquam rotatio machinae electricae ceſſauit, in motu adhuc eſſe et energian ſuam exhibere.

p. 28. mato cerebro motus vitales non delentur. Irritabilitatis etiam partium carnearum rationem reddi posse putat ex eius modi mechanismo, quo spiritus in illis separari possint: quum, neruo quodam solicitato, musculus, in quem ille inseritur, in motum cieatur, aliae autem corporis partes, fibris carneis carentes, iuxta Ill. HALLERI eiusque discipulorum experimenta, irritabiles non sint deprehensae.

Extremas huius voluminis partes occupat dissertatio, germanica lingua conscripta, et in tria capita diuisa, in quibus responsiones ad totidem quaestiones ab Ill. Academia Scientiarum Berolinensi propositas exhibentur. In primo capite Cl. Auctor, existere fluidum nerueum, demonstrat e cerebri neruorumque structura. Nimirum corticem cerebri, cerebelli et medullae spinalis plenum esse arteriarum lymphaticarum, quae sint arteriarum serosarum, et arteriis sanguiferis tenuis meningis ortarum, continuationes, probat per iniectionem in arteras cere-
p. 15. bri, RVYSCHII methodo factam, qua non nunquam notabilem partem substantiae corticalis cerebri repleri semet ipsum expertum esse scribit. Deinde arterias illas lymphaticas non desinere in corticali substantia, neque extremitates suas clausas habere, inde colligit, quod alioquin ob perpetuum sanguinis arteriarum impulsum vasa ista rumperentur, si lymphae, quam vehunt, ulterior progressus non concederetur; vasa enim reducentia, si qua dentur, omni lymphae, quae in arterias illas lymphaticas penetrauerit, retro
p. 19. vehendae sufficere negat *. Ex quibus omnibus concludit, fibras, quae ex cortice cerebri in medullarem sub-

* Argumentum, quo inductus Auctor illud negat, hoc est, quod in cerebri iniectione materia iniecta initio quidem corticem cerebri intumescere paululum cogat, sed, continuata iniectione, subtilia vasa disrumpat. Num hoc argumentum idoneum sit, videant lectores.

ſubſtantiam cerebri et neruorum propagantur, eſſe productiones arteriolarum, lympham vehentium, ipſasque adhuc cauas eſſe, et per omnem nerui longitudinem cauas manere, ſimili argumento declarat. Quod quum fieri non poſſe videatur, niſi fluido quodam plenae ſemper ſint, quod latera horum tubulorum collabi non patiatur: fluidum nerueum exiſtere concludit. In capite ſecundo Auctor de natura fluidi neruei docet, illud, etſi e lympha oriatur et ſecernatur, ab hac tamen diuerſum eſſe, praeſertim ſubtilitate, quae omnem ſenſum effugiat; hinc fieri non poſſe, ut indoles particularum, e quibus ſuccus nerueus componitur, ab ullo homine cognoſcatur; neque etiam hoc neceſſe eſſe ad ſequentem quaeſtionem enodandam, quum ſufficiat, phaenomenis docentibus, noſſe, fluidum nerueum eſſe ſubtiliſſimum, non tamen valde elaſticum (quia alioquin in animi paſſionibus vehementioribus nerui ab illius vi elaſtica rumperentur), celerrime mobile, attamen haud ſemper in celerrimo, quem habere poſſit, motu conſtitutum eſſe, ſed minori, eaque uniformi, celeritate in ſtatu naturali per neruos propelli. Tertio in capite Cl. Auctor, praemiſſa muſculi anatome, phaenomena recenſet motus muſculorum, inter quae illud, quod muſculus contractus maius ſpatium non occupet, pro ficto habet; quoniam maſſeterem, quum, dentibus inferioribus ad ſuperiores iam appreſſis, breuior fieri nequeat, tamen continuato mordendi niſu adhuc magis intumeſcere in ſemet ipſo ſaepius expertus eſt. Similiter negat muſculos a contractione palleſcere, et contrarium huius ſententiae in orbiculari, ſeu ſphincttere oris, patere oculis affirmat. Denique rem ipſam aggreſſus, oſtendere conatur cauſam efficientem contractionis muſculorum non eſſe ſanguinem (licet eum pro cauſa, ſine qua contractio illa non eſſe poſſit, habendum eſſe concedat), ſed ſolum fluidum nerueum, quod agat fibras motrices elaſticas magis irritando,

p. 49.

p. 51.

quam quidem illud in ſtatu quietis muſculi fieri ſolet, et maiorem illam irritationem fieri a copioſiori vel celeriori influxu fluidi neruei, quo cetera in fibris motricibus praeſentia fluida expandantur, aeque ac particulis ignis, in maiori copia liquori cuidam admiſtis, liquorem illum expandi videmus.

VI.

Hamburgiſches Magazin, oder geſammlete Schriften zum Unterricht und Vergnügen aus der Naturforſchung und den angenehmen Wiſſenſchaften überhaupt. XIter Band. Hamburg bey G. C. Grund, und Leipzig bey A. H. Holle, 1753. 8. 1 Alph. 18 Bogen, und 3 Kupfertafeln.

Hoc eſt:

Promtuarium Hamburgenſe ſiue collectio ſcriptorum, inſtitutionis et oblectamenti cauſa ex phyſica et humanioribus literis collectorum etc. Tom. XI.

p. 3. *Part. I. n. 1. de medicamentis, quae certas corporis humani partes prae aliis facile afficiunt et quaenam ſit huius effectus cauſa*, Auctore Cl. BOISSIER *. Eſt haec tractatio, qua Auctor ab academia Burdegalenſi praemium deportauit, ex lingua gallica in germanicam translata ab I. A. V.

p. 70. *No. 2. Commentarii Academiae Scientiarum Imper. Petropolitanae Tom. XIII. ad ann. 1741-1743* recenſentur.

p. 131. *Part. II. n. 2.* GEORG. WILHELM. STELLERI *deſcriptio Manati.* Latino ſermone elaborata legitur in

* vid. Commentar. noſtr. Vol. IV. Part. I. p. 167.

in nouis Commentariis Petropolitan. Tom. II. pag. 289 ſeq.*

N. 3. Hiſtoria capitis Babyrouſſae tradita a Cl. BERGEN. p. 188. Eſt Babyrouſſa animal quadrupes adhuc incognitum, nec a zoologis ſatis deſcriptum, quod in inſulis Moluccenſibus deprehenditur. Ipſum hoc animal magnitudinem cerui minoris, et pilos breues e nigro cinereos habere dicitur. Mas dentibus incuruatis, ex maxilla inferiori, et duobus eodem modo ex ſuperiori porrectis, inſtructum eſt. Quoad caput et os ad ſuum genus accedit, oculis paruis, auribus breuibus gaudet, et inſuper eſt velox atque ferum, quod flumina magna celerrime transnatat. Hoc vero pro monſtro, uti varii volunt, haberi non poteſt, quoniam eius ſexus uterque mas et femina datur. Neque Babyrouſſam cum ſuibus ad unum genus plenarie referri poſſe ſtatuit Auctor, licet ex notitiae certae defectu genus eius determinari nequeat. Id, quod ut eo clarius demonſtret Auctor, oſſa capitis Babyrouſſae et apri accuratius inter ſe comparauit magnamque eorum differentiam inuenit. Ipſa huius animalis oſſa capitis in tabula adiecta delineata ſunt.

Part. III. n. 2. GEORG. WILHELM. STELLERI *deſcriptio urſi marini* ex nou. Commentar. Petropolitan. Tom. II. p. 338. translata, cui in tabula addita eſt huius animalis icon.** p. 264.

No. 3. Commentarii Academiae Scientiar. Imper. Petropolitan. Tom. XIV. ad ann. 1745. 1746. recenſentur ***. p. 303.

Part. IV. no. 1. D. H. G. HOPPII *ſymptomatum hypochondriacorum explicatio continuata.* Symptoma- p. 339.

* ibid. Vol. II. Part. III. p. 579 ſeq.
** ibid. loc. cit.
*** vid. Promtuarium Hamburgenſe Tom. VIII. Part. VI. Commentar. noſtr. Vol. II. Part. I. p. 70.

ta hypochondriaca a ſpiſſis craſſisque humoribus, per abdominis vaſa difficulter circulantibus, alio loco iam explicauit Cl. Auctor *. Sanguinis haec ſpiſſitudo in hypochondriacis a debilibus abdominis viſceribus facile generatur, quippe quae liquores digerentes minus bonos praeparant, digeſtionem imperfectam efficiunt, crudumque chylum elaborant, qui deinde craſſas viſcidasque partes ſimul ad ſanguinem transducit. Eadem vero ſanguinis ſpiſſitudo forte non in omnibus eadem ſymptomata producit, ſed poſſunt illa ex ſero nimis ſpiſſo et tenaci oriri, id, quod tranſpiratio inſenſibilis, in plurimis hypochondriacis impedita, oſtendit. Quatenus ergo hi humores ſpiſſi ad hunc illumque locum pelluntur, eatenus haec vel illa ſymptomata producunt, quae, excretione in primis ſudoris excip. 346. tata, tolluntur, uti Auctor in ſuo ipſius corpore expertus eſt, quippe qui ſola, equitatione continuata et ſudore, paroxyſmo ſaeuiente, excitato, mala ſua optime leniuit. His ipſis certe remediis et animi tranquillitate aequabilis humorum motus conſeruatur et reſtituitur, qui in hypochondriacis adeo neceſſarius eſt.

p. 349. *No. 2.* IOH. THEODOR. KLEIN *tentamen methodi oſtracologicae ſiue diſpoſitio naturalis cochlidum et concharum in ſuas claſſes, genera et ſpecies, iconibus ſingulorum generum aeri inciſis illuſtrata*, recenſetur **.

p. 356. *No. 3. Infantis praeternaturaliter obeſi dimenſio* Auctore A. G. KAESTNERO. Infans haec puella valde obeſa, anno 1715. die 2. martii Iſenaci nata eſt. Caput eius magnum, multis longioribusque pilis obſitum, mammaeque tantae erant, ac in muliere viginti annorum. Cibos non adeo copioſos aſſumebat, cereuiſiam triticeam fermentatam bibebat. Eadem haec puella nundinis paſchalibus Lipſienſibus 1753. Lipſiae a no-

* conf. Commentar. noſtr. Vol. II. P. II. p. 307.

** ibid. Vol. III. P. II. p. 274.

a nobis visa est, sed et hic subitanea morte obiit. Post mortem infans tota 82 libras, integumenta vero cum pinguedine 51. libras ponderabant. Eiusdem corporis admodum crassi partium omnium accurata dimensio ad pedem Parisinum a Cl. Auctore instituta fuit et hic sollicite lectoribus communicatur. Anatomica eius descriptio forte alia occasione innotescet.

No. 4. Remedia frumenta in tabulatis illaesa conseruandi Auctore LANGVET inueniuntur. Petita haec et translata sunt ex diario, *Iournal oeconomique* dicto, per I. A. V. p. 364.

No. 5. Demonstratio, qua ex periodica aeris mutatione redeunte tempestatis praesagium impossibile esse, ostenditur. Est etiam haec tractatio ex diario, *Iournal oeconomique*, translata per I. A. V. p. 370.

No. 6. Noui Commentarii Academiae Scientiar. Imper. Petropolit. Tom. II. ad ann. 1749. recensentur *. p. 380.

No. 7. Cautelae et regulae in morbis dolorosis adhibendae Auctore IOH. AVG. VNZERO. Morborum, qui cum dolore coniuncti sunt, cura sollicite et magna cum attentione instituenda est. Ipsa autem haec ex doloris differentia varia, nec a solis opiatis desumi debet. Dolor ex Cl. Auctoris distinctione triplex, modo ut morbus ipse, modo ut causa aliorum morborum, modo ut symptoma siue effectus morbi, considerandus est. Dolor, ut morbus consideratus, iuxta hasce regulas sequentes erit curandus: Primum, pars dolens est tollenda. Non vero uniuersaliter haec regula est assumenda, sed e reliquis circumstantiis et effectibus inde oriundis determinanda, ad quod accurata corporis humani partium earumque actionum cognitio necessario requiritur. Secundo, omnes illi motus, qui ad sensum doloris percipiendum necessarii sunt, supprimantur, vel tertio tantum mitigentur et temperentur. Hanc motuum suppressionem p. 398. p. 405.

* ibid. Vol. II. P. III. p. 501.

praeſtant illa remedia, quae ſomnum adeoque inſenſibilitatem inducunt. Communiſſima quidem haec curandi via eſt, quam natura ipſa demonſtrat, ſed periculoſiſſima, ſiquidem horum remediorum naturam nondum ſatis cognoſcimus, eaque ipſa totam animam omnibus ſuis facultatibus priuant, omnesque ſenſus, qui tamen intacti eſſent relinquendi, ſimul tollunt.
p. 409. Mitigatio motuum omnes ſenſus ſimul debilitat adeoque et eos, qui non eſſent debilitandi. Remedia, quae ad hunc effectum producendum adhiberi ſolent, anodyna, temperantia ſiue antiſpasmodica nominantur, ad quae referuntur non ſolum ea, quae in quibusdam tantum partibus leuamen afferunt, ſed in primis etiam omnia opiata, quae vel ex natura ſua, vel ex parua doſi data, leniter agunt, quae ultima tamen ſuſpecta et timenda ſunt, quoniam vires vitae
p. 412. ſenſim eneruant. Quarto omnis ſenſatio parti dolenti adimatur, id, quod e. g. per neruum alicuius partis ligatum perficitur. Talia vero remedia, quae id praeſtare poſſunt, difficillime inueniri poterunt. Interim non plane dubitandum eſt de iis remediis, quae in certo quodam dolore certam et ſubitaneam opem adferunt, uti v. c. ſemen cardui mariae in dolore pleuritico. Quinto parti dolenti non omnis ſenſatio, ſed tantum ille vehemens motus, qui dolorem excitat, ſupprimendus eſt. Haec via optima et tutiſſima eſſe videtur, et qua ratione antiſpasmodica ſic dicta, e. g. emollientia, in contractionibus neruorum leniendis, et
p. 417. opium externe cum aliis applicatum agere ſolent. His praemiſſis nunc Cl. Auctor remedia dolorem ſedantia adhibendi regulas et uſum oſtendere annititur. Ad tres claſſes generales omnia haec remedia referri poſſunt, quarum prima, quae hactenus diiudicata fuit, eo reſpicit, ut pars dolens ad percipiendum dolorem inepta reddatur, altera, ut cauſae doloris tollantur, tertia, ut idem, aliis ſenſationibus contrariis ſimul excitatis, cohibeatur et ſufflaminetur. Sexto ergo, quod primam

primam in hac classe regulam constituit, causae doloris tollantur. In quibusdam tantum casibus haec cautela applicanda erit et eo respiciendum, per quaenam remedia et per quasnam vias materia dolorem faciens eliminanda sit. Quod cum agere velit medicus, materiae peccantis naturam, eius sedem, remediorum adhibendorum efficaciam nosse debet, quae methodus rationalis tuta et optima cum difficilis sit, a paucis medicis attenditur. Septimo causa doloris est destruenda, licet eliminetur, nec ne. Sic leniuntur dolores ab acrimonia orti, ipsa acrimonia correcta. Ad utrumque tamen simul attendendum est. Octauo, p. 422.
in dolore sedando ipsius causae imminuendae sunt. Haec methodus dolorem non quidem radicitus, interim tamen successiue aufert et naturalis est. Sic dolor capitis in febre acuta vehemens, a sanguine validius moto ortus, temperantibus tutissime sedatur. No- p. 424.
no materia dolorem faciens ita coercenda, ne partes sensiles attingat, id, quod in eo casu fieri debet, ubi materia peccans neque eliminari neque imminui potest, sic in dolore dysenterico intestina absterſa unguinosis illiniuntur, sic dolor in superficie corporis tegumentis superimpositis sedatur. In tertia classe decimo remedia anodyna ea continentur, quae dolorem indirecte sistunt, excitando alium dolorem fortiorem, quam prior erat. Sic pro hoc scopo vesicatoria, setacea aliaque applicantur. Contrarius vero dolor non nisi in summo malo et in partibus externis caute et circumspecte excitandus est. Vndecimo multae sensationes aliae simul excitentur, quae vero per se cum doloris abigendi vehementia non conueniunt, coniunctim vero ratione efficaciae superant. Duodecimo p. 430.
tandem plures aliae repraesentationes viuidae in anima aegroti producendae sunt, quibus dolores non adeo vehementes leniuntur.

p. 452. *Part. V. n. 1. Deſcriptio beſtiae marinae a* DAMPIERO *ſub nomine Leonis marini traditae ex nouor. Commentar. Acad. Scient. Imper. Petropolit. Tom. II. ad ann. 1749. p. 360 ſeq.* translata deprehenditur *.

p. 460. *Num. 2. Deſcriptio lutrae marinae, an lutra marina* MARGGRAVII, *Icya ſiue Carigueibeiu Braſilienſium? Ruthenis Bobr Kamtſchatzkoi, Itelmannis Kaiko.* Translata ex Commentariis Petropolitan. l. c. p. 367 ſeq. per I. D. T.**

p. 505. *Num. 4.* D. H. G. HOPPII *animaduerſiones continuatae de virtute ſulphuris antimonii aurati.* De virtute ſulphuris antimonii aurati, quam Cl. VNZERVS in hoc promtuario *** olim comprobare anniſus eſt, adhuc ulterius dubitare pergit Cl. HOPPIVS **** autumatque rationes probandi a ſola experientia deſumtas non ſufficere, quoniam fallaces ſint ſaepiusque repetitae eſſe debeant. Conuulſiones, a vermibus ortae, non propter vim medicamenti anodynam cohibitae fuiſſe videntur, ſed quod vermes tanquam conuulſionum cauſae hoc remedio enecati fuerunt. Ergo hoc remedium virtutem ſuam praedicatam improprie exercet. Quando enim humores ſpiſſos et impuros reſoluit et educit e corpore, ſpasmique ab his orti ceſſant, omnino eius vis anodyna, ſed ſenſu improprio erit concedenda. Huius ſulphuris virtutem euacuandi in febribus ſe obſeruaſſe quidem concedit, interim tamen ipſa virtus, tam ex ſua partium conſtituentium mixtione, quam ex morborum natura et cognitione certius adhuc erit determinanda.

Part.

* vid. Commentar. noſtr. l. c. p. 515.

** ibid. l. c.

*** vid. Promtuar. Hamburgenſ. Vol. V. Part. IV. p. 356. et Commentar. noſtr. Vol. II. Part. I. p. 67.

**** Commentar. noſtr. Vol. II. Part. III. p. 478.

Part. VI. n. 1. De volatilitate argenti in ſchiſto Mansfeldenſi tractatio continuata, in qua animaduerſiones in aduerſarii cuiusdam monita continentur *. p. 563.

Alcali minerale, in ſchiſto Mansfeldenſi contentum, in mixtione naturali aliquam in argentum, quod in hoc minerali compoſito reperitur, efficaciam habere adſerit Cl. Auctor anonymus. Quod adſertum, experimentis ſuperſtructum, ab alio quodam auctore anonymo oppugnatur, contra quem ſe ſe defendit in hac tractatione Noſter, et ad varias oppoſitiones reſpondet. In hoc ſchiſto Auctor itaque aduerſario ſuo demonſtrat, parum ſulphuris adeſſe, quod adeoque terram martialem copioſam conſumere nequeat: In illo ſchiſto nec ferrum ineſſe pernegat, illud omnino adeſſe. Plumbum in ſchiſto latere non negatur; illud vero ſublimatum album, in uſto ſchiſto cognitum, falſo pro floribus plumbi et plumbi vitriolo, ab acido ſulphuris adroſo, ſemper haberi, et immerito arſenici zincique flores excludi; nec pondus auctum ab arſenici admixtione dependere, cum illud toſtione abigatur. Argentum ſchiſti auri particulas non continere, licet in eodem obſeruatae fuerint; ſed potius plumbo Goslarienſi, in fuſione adhibito, adſcribendas eſſe Noſter docet. Nec in eodem ſtanni et mercurii veſtigia deprehenduntur.

Plurima quidem ſemimetalla et mineralia argentum volatile reddunt, ſed in varia mixtione compoſita eius ſolutionem et volatilitatem maiorem producunt. Schiſtum, hoc contuſum et in retorta igne tractatum, primum exhibet phlegma, deinde ſpiritum acriorem, odoris ſulphurei et ad hepar ſulphuris accedentis, in quo alcali ſimul haeret, poſt ea ſub auctiore ignis gradu petroleum et tandem parum acidi ſulphuris impuri. Ex quibus apparet, non eam p. 581.

* vid. Promtuar. Hamburg. Vol. IX. P. VI. p. 613. et Commentar. noſtr. Vol. II. P. I. p. 61. & P III. p. 483.

quantitatem ſalis acidi et ſulphuris crudi in ſchiſto contineri, quam aduerſarius adeſſe affirmat. Phlegma ſalinum productum ſatis forte eſſe ad argentum adrodendum, odor, qui ex unione alcali cum ſulphure oritur, indicat. Eadem haec alcali cum ſulphure unio una cum arſenico accedente argenti volatilitatem efficit. Terras ſchiſti non calcareas, ſed vitreſcibiles eſſe, concedit Noſter, quatenus eae ex metallica mixtione diiudicantur, id, quod de baſi terrea intima non
p. 583. valet. Cuprum in ſchiſto contentum minime ex colore externo, ſed ignis ope detegitur.

p. 590. *N. 2. Epiſtola ad Cl.* KAESTNERVM de circulis ſiue annis, in diuerſis lignis inuentis, auctore SCHOBERO. Circulos illos, in lignis repertos, ipſius arboris annos indicare, ex obſeruatione venatoris cuiusdam periti confirmat Auctor. Didicerat enim venator, cum ex ramorum numero, tum ex circulis arborum annos cognoſci. Quouis enim anno in iuniore in primis pino nouus ramus excreſcit: id adſertum cum arbore, cuius aetatem viginti duorum annorum certo ſciebat, comprobauit; hac enim caeſa, Noſter viginti ramos et viginti duos circulos diſtincte obſeruauit. Et in ipſis ramis eorum anni ex circulis videri poterunt.

No. 5. Relatio de lumine perpetuo, nouiter detecto, Auctore A. G. K. Continetur haec relatio in epiſtola Principis cuiusdam Neapolitani SEVERI ad Cl. NOLLET data. Praeter opinionem hic princeps, cum variis operationibus chemicis occupatus eſſet, materiam quandam, in vitro contentam, flammam auream, pellucidam, perpetuam, alere obſeruauit. Qualis vero naturae ſit haecce materies, reticet adhuc SEVERVS, eandem vero ex oſſibus animalis inter terreſtria nobilioris, variis aliis rebus additis, oriri tamen fatetur. Ab eadem hac materia flammas in coemeteriis aliisque locis viſas deducit princeps monetque ſalia, ex corporis noſtri partibus extracta, ſeparata

et

et depurata, flammas concipere, ad quae refert etiam lumen ſuum perpetuum.

VII.

Diſſertatio inauguralis ſiſtens experimenta circa varia venena in viuis animalibus inſtituta, quam proponit Auctor IOANNES ADRIANVS THEODORVS SPROEGEL. Gottingae, 1753. 4. pl. 11½. ſine dedic. et app.

Commentariis noſtris ſummam huius diſſertationis inſerturos nos eſſe alio iam tempore promiſimus, quum muneris in Cl. eius Auctorem delati mentionem iniiceremus *, eoque nunc lubentius datam fidem liberamus, quo grauius atque utilius argumentum, de quo illa exponit, et quo ſtudioſius illud quoque pertractatum eſſe intelligimus. Cum variis venenis, vario etiam modo, diuerſis animalibus applicatis, Cl. Auctor inſtituit experimenta, quorum effectus inde obſeruatos fideliter recenſet, non nulla, quum in iisdem ſimul animantibus caperentur, interſpargens experimenta, reſpirationis mechaniſmum, motum cerebri atque venarum, et variam partium corporis animalis irritabilitatem illuſtrantia; id, quod in tranſitu ſaltem dictum eſſe volumus, iis nempe omnibus inſigni illorum numero ſimilibus viſis, quae ex inſtituto, ad confirmanda de his rebus doctrinae noſtrae capita, Gottingae in primis ſuſcepta, inque aliis diſſertationibus huc uſque ibidem editis, fuſe ſatis enarrata ſunt.

Tribus in *ſectionibus* omnem ſuarum obſeruationum Cl. Auctor proponit numerum, inque earum *prima*, illa, quae ex vegetabili, in *altera*, quae ex minerali regno experimentis ſuis adhibuit venena, cum ipſorum effectibus deſcribit, in *tertia* tandem ea ſubiun-

* vid. Comment. noſtr. Vol. II. P. IV. p. 721.

ſubiungens, quae obſeruauit, dum varia in venam viui animalis iugularem externam mediante ſiphone iniiceret; quibus omnibus ſua de his obſeruatis phaenomenis immiſcet ratiocinia. Vnum et ſexaginta ex iis, quae Cl. Auctor ſuſcepit, tentamina continet haec diſſertatio, ex quibus, ne nimis longi ſimus, primaria excerpere conſtituimus.

p. 4. Notionem veneni generalem RICHARDVS MEAD omnium optime ita definire dicitur, ut illud omne hoc nomine inſigniri poſſe aſſerat, quod *parua copia datum, animalium vitae contrarium ſit, eamque vel deſtruat, vel certe funeſtos effectus producat.* Licet autem ſymptomata, a venenorum vi orta, valde inter ſe conueniant, eaque gradu ſaltem inter ſe differre videantur: *plantae* tamen diuidi poterunt in *coroſiuas* et *narcoticas*, illas, quae guſtu acres ſunt et primas vias corrodendo inflammant; has vero, quae, cerebri vaſa conſtringendo, ſtuporem et ſomnum letalem efficiunt. Iis tamen mineralia venena ideo fortiora eſſe videntur, quod ipſis ſingulare ineſt pondus ſpecificum et inſignis minimarum particularum ſoliditas.

p. 6. Radicis *napelli* recentis drachma ſemis conciſa et cum lacte miſta, et in os felis trium menſium intruſa, anxietates, vomitus, conuulſiones ſummamque corporis debilitatem in eo animali excitauit, quod inde tamen conualuit; poſt aliquod autem tempus a maiore illius veneni copia eadem paſſum ſymptomata, inter diriſſimas conuulſiones, altero poſt aſſumtum venenum die, ſuccubuit, corpore toto rigidiſſimo facto, ventriculo tamen et reliquis viſceribus ſanis, ſanguine autem fluido et fere diſſoluto, et veſica urinaria
p. 10. conſtricta deprehenſis. Puluis radicis *anthorae* nullam feli noxam attulit. Alia vero felis a ſucci lacteſcentis decerptis *tithymali*, qui *Cataputia* dicitur, foliis ſponte exſtillantis, ſcrupulo ſtatim ſuccuſſa, conuulſa, difficulter reſpirans, aluum depoſuit, vomuit, et con-

conualuit. Alia porro eaque iunior a ſucco *tithymali, cypariſſias* vocatur MATTHIOLO, nullum malum perpeſſa fuit. Succus *cicutae aquaticae*, e foliis et floribus expreſſus, cuniculo et cani datus, nullum produxit effectum; e radice vero ſola deſumtus, vomitus et tremores, ipſius autem radicis puluis, modo copioſum ſaliuae viſcidae effluxum excitarunt. Tempore potius vernali, quam auctumnali, nec in parua copia aſſumta, vim ſuam fortiter exſerere cicuta dicitur. *Daturae* ſeminis drachmam unam, ab imperito pharmacopoeo pro nigellae ſemine datam, occidiſſe quandam feminam, obſeruauit Ill. HALLERVS. Baccarum *phytolaccae americanae* ſuccus, in os canis ingeſtus, praeter tremores leuesque conuulſiones, ipſi nihil mali attulit. Debiles quoque effectus eius plantae ſuccum praeſtitiſſe aduerſus cancrum Cl. Auctor vidit, contra quem morbum tamen Angli nuper eum valde laudauerant *. Cum *opio* deinde in diuerſis animalibus varia Noſter cepit experimenta, quorum decem recenſet, illo nimirum octies crudo ſiue in ſubſtantia, bis vero in reſina, ſpiritu vini extracta, largiter dato. Phaenomena inde obſeruata in quam plurimis inter ſe conueniunt: ſpuma nimirum copioſa ex ore profluens, vomitus vel certe vomendi conatus, tremores, extremorum vacillatio ſummaque infirmitas, ſomnolentia et interdum vera dormitio, ſtupor, et partium corporis irritabilitatis vel ſenſibilitatis imminutio vel vera ſaepius deſtructio, ita, ut etiam motus ventriculi et inteſtinorum periſtalticus penitus fuerit deletus. In aliquo cane moloſſo vomitus quidem ſubſecutus fuit: is tamen, catalepticus quaſi factus, per biduum valde aegrotauit, tertio autem die conualuit. In ſtatu morbi omnem fere irritabilitatem amiſiſſe viſus fuit, eiusque oculi ne ullam quidem iridis vim contractilem in experimento, ideo inſtituto, adeſſe docuerunt. Adducta ſimul legitur obſeruatio Ill.

p. 14. p. 19. p. 22. p. 24. p. 25. p. 33. p. 41.

* vid. Comment. noſtr. Vol. I. P. II. p. 334.

Ill. HALLERI in virgine quadam capta, quae incauta
ſatis decem opii grana deuorans in altum ſomnum
quadraginta octo horarum inciderat; per vomitum ta-
men, mechanice excitatum, reſuſcitata, mortique
proxima viſa, conſeruata fuerat.

p. 42. *Mercurius ſublimatus corroſiuus*, cum lacte fel-
datus, multum quidem ſpumae ex ore ipſius proli-
cuit; ſine aliis tamen ſymptomatibus intra quinque
horae minuta eam enecuit, oeſophago vehementiſſi-
me, ventriculo autem paulo minus, conſtricto, eius
tamen villoſa tunica inflammata, motuque inteſtino-
p. 47. rum periſtaltico validiſſimo, repertis. Eadem, prae-
ter ventriculi, pabulo ante datum illud venenum re-
pleti, inflammationem, apparuerunt in cuniculo ma-
p. 44. re vetulo. Canis autem, qui aliorum iam venenо-
rum vi hactenus reſtiterat, decem illius mercurii gra-
na, in carnis fruſto abſconditi, deuorauit, illico euomuit
iterumque appetiit, anxius inde factus altera vice vo-
mitu reiecit iſtam carnem, tertiaque nihilo minus vi-
ce eam deuorans, vehementiſſimis ſub conatibus rur-
ſus euomuit, alteroque die vegetus fuit. Eidem de-
nique alio tempore maior adhuc illius mercurii copia
cum aqua fontana ingeſta, ſummas mouit anxieta-
tes atque vomituritiones. Quapropter, ut actio ven-
triculi ſub illis conatibus adeo vehementibus obſerua-
ri poſſet, cultro anatomico ſubiectus fuit, ſed fruſtra;
quum, muſculis abdominalibus diſſectis, vomitus ceſ-
ſarent, ita, ut in illorum actione, ventriculum pre-
mente, maxima ad excitandos vomitus vis haerere vi-
deatur. In hoc animali oeſophagus non conſtrictus,
p. 50. ventriculus autem valde inflammatus fuit. *Arſenicum*
crudum album in omnibus animantibus miras anxieta-
tes, vomitus, ſummamque ventriculi inflammatio-
nem effecit. Abdomine tamen viui animalis diſſecto,
ventriculus quidem valde ſe contrahere perrexit; vo-
p. 53. mitus vero non ulterius rediit. Inter ventriculi vil-
los magna arſenici copia inuenta fuit, ſanguine e
vaſis

vaſis ſuis miſſo et in grumos collecto, circumdata, *Cadmia natiua* ſeu *cobaltum*, arſenici minera, feli et canibus praeter vomitus nihil mali attulit. Quum vero alia vice os canis firmiſſime ligatum eſſet, ideoque venenum vomitu reiici non poſſet, is vehementer conuulſus inflammatione ventriculi et inteſtinorum periit. Maculae etiam liuidae, ſubnigrae, in illius non nullis locis, ſanguinis, extra vaſa diſciſſa et eroſa miſſi, teſtes, repertae fuerunt. p. 54.

Ex obſeruatione Ill. HALLERI puella, porrigine laborans, Gottingae miſere ideo mortua eſt, quod iſtis capitis ulceribus, ut ea ſanaret, cobalti puluerem inſperſit mater, morte inde poſt paucas horas accelerata. Quo exemplo commotus, Noſter ſequens in cane ſcabioſo fecit experimentum. Illius enim dorſo, pilis antea deraſis, et ore canis atque pedibus ligatis, leuia inflixit vulnuſcula, quibus *arſenici cryſtallini albi* drachmam unam indidit. Animal inde valde conuulſum et eadem ſymptomata paſſum, ac ſi intus ſumſiſſet venenum, poſt quinque horas animam exſpirauit. Apertum cadauer ventriculum, inteſtina, pleuram, pulmones, valde inflammata cum ſanguine extrauaſato oſtendit. Eiusdem tentaminis bis repetiti iidem fuerunt euentus. p. 61.

Tertia ſectio ea continet experimenta, in quibus animalium venam iugularem externam, remotis integumentis, eiusque parte, verſus caput excurrente, antea ligata, incidit, et varia dein, mediante ſiphone, in eam immiſit Cl. Auctor, quos inde ortos effectus cum illis nunc comparat tentaminibus, quae, ſimili modo ſuſcepta, leguntur in *tranſactionibus philoſophicis anglicanis* *, et apud 10. FREINDIVM **; de quibus tamen omnibus, propter inſignem effectuum diuerſitatem, parum concludi poſſe, ipſe Noſter fatetur. p. 69.

* Vol. XXVII. Numb. 335. p. 493.

** Emmenolog. p. 167. Oxon. 1703.

p. 70. tetur. En primaria! ab infusis *laudani liquidi* SYDENHAMI drachmis sex post semihoram humi prostratus canis mortui instar, per integram horam sensus motusque expers, procubuit. Dein expergefactus, temulentus quasi incessit, altero autem die conualuit. Alius vero canis, similia perpessus, per tres dies elanguidus manens, quarto demum absque aliis symptomatibus, praeter summum ciborum fastidium,
p. 72. occubuit. Notamus simul iam alibi quidem notam, hic tamen confirmatam, experientiam, qua neruo octaui paris, venam iugularem comitante, una cum vena illa unius lateris ligato, vocem valde imminutam, eam vero penitus sublatam fuisse legimus ab eo-
p. 74. dem neruo in utroque latere ligato. *Sacchari saturni*, in calida soluti, drachmis duabus immissis, protinus mors adfuit; toto venarum systemate sanguine valde repleto, sanguine in pulmonum superficie tota ubique extrauasato, iis ipsis aere quidem vacuis, sed sanguine turgidissimis et inde ruberrimis, hepate et intestinis nigricantibus, cordis ventriculo dextro ab aterrimo sanguine vehementer distento, sinistro au-
p. 76. tem vacuo obseruatis. *Spiritus vini rectificatus* tremorem, palpitationem cordis, arteriarum pulsationum intermissiones et temulentiam; *rectificatissimus* autem repentinam mortem, et sanguinem in venis pulmonalibus, cauis et reliquis omnibus, valde co-
p. 79. actum effecerunt. *Acetum vini destillatum* subitanea morte canem molossum interemit, sanguine paulum rubriore, nec nihil fluidiore viso Quum tam subita mors ab aceto alias non euenerit; aer, cuius ingressus in venam semper impediri non potest, eam forte
p. 80. produxit. Aer enim inflatus citae et fere momentaneae mortis causa fuit, sique maior eius copia inflata fuerit, non cor solum nimis distendit, sed et pulmonum cellulas disrupit, inque eorum superficie sub bullularum forma apparuit. Sanguis tamen, ut alii auctores se vidisse dicunt, non coagulatus, sed naturali

rali fluidior, deprehenſus fuit. *Sal ammoniacum* in aqua ſolutum conuulſiones quidem per horam dimidiam durantes, ſed nihil caeteroquin damni fecit. *Spiritus ſalis crudi*, niſi aqua nimis dilutus fuerit, illico enecauit canem, eiusque ſanguinem in venarum ſyſtemate admodum coegit. *Sal tartari* in ſimplici aqua ſolutum tremores et conuulſiones, *oleum* autem eius *per deliquium* dictum protinus mortem, ſanguinemque venoſum valde coactum reddiderunt. Haec ſunt primaria, quae Cl. Auctor ſolerter omnino inſtituit tentamina. Quam cauti vero eſſe debeamus, dum ab effectibus venenorum, in animalibus brutis obſeruatis, ad corpus humanum concludere velimus, is ipſe bene monet. Experimenta de animalibus capiendi ſic dictis venenatis ipſi defuit occaſio. Operam interim venenorum perſcrutandae naturae in poſterum quoque tempus ſe daturum eſſe promittit, quem ut ſibi propoſitum conſequendi finem otium et occaſionem poſſit nanciſci, optamus.

p. 82.
p. 85.
p. 87.

VIII.

Diſſertatio phyſico-medica inauguralis de vermibus inteſtinalibus hominum, quam proponit GVALTHERVS VAN DOEVEREN. Lugduni Batauorum, apud Cornelium de Pecker. 1753. 4. mai. pl. 11½.

Pathologiam animatam non nullis medicis dictam, ſiue doctrinam de vermibus, in corpore humano nidulantibus, a multis quidem medicis iisque rerum naturae ſagaciſſimis inueſtigatam, attamen ita nondum expoſitam eſſe conſtat, ut in hac re nihil amplius deſiderari queat. Inter inutiles itaque labores minime referendum erit illud Cl. Auctoris ſtudium, quo ſingulari induſtria omnia, quae de hoc argumento ab optimis auctoribus detecta vel ſcripta,

et ab ipſomet etiam obſeruata fuerunt, colligere, inter ſe comparare, et ex iis demum omnibus ea inferre voluerit, quae a veritate propiora et ad difficillimam hancce doctrinam clariorem reddendam apta eſſe videantur.

p. 3. *Prima* igitur diſſertationis *ſectio de vermibus corporis humani in genere, et variis, quas occupant, partibus: in ſpecie etiam de vermibus partium externarum, eorumque origine* exponit. Nullam fere tum internam, tum externam corporis eſſe partem, in qua vermes non deprehenſi fuerint, permulta, ab attentis obſeruatoribus notata, comprobant ſatis exempla. Nec perpendenti, quot animalcula minima iisque adhuc minora ipſorum ouula in aere volitent, difficulter erit intellectu, haec in variis corporis externis partibus haerere, ibique excludi et creſcere poſſe, indeque fieri, ut certa alicuius ſpeciei conſtantia in his vermibus haud obſeruetur; id, quod etiam hiſtoria muſcarum, ichneumonis et equinae dictarum, porro etiam pediculi humani, quippe ab iis aliorum animalium diuerſiſſimi, teredines Iamaicanis, et dracunculus ſeu vena medinenſis Afris infeſtae, aliaque eius generis animalcula declarant.

p. 8. *Sectio altera de vermibus inteſtinalibus in genere: in ſpecie de aſcaridibus, de lumbricis teretibus, et de taenia; horum natura, origine, etc.* agit. In canali inteſtinorum frequentius, ac in alia corporis parte generari vermes, notum eſt. Vti vero ad alios morbos, ſic et ad ſuſcipiendos vermes certa in quibusdam hominibus datur diſpoſitio, eaque etiam ad certas eorum ſpecies in diuerſis hominum aetatibus varia, ita, ut infantes lumbricis teretibus, taeniae autem adulti magis ſint obnoxii: quae forte ſingularis diſpoſitio in cauſa eſt, cur non uniuerſalia contra hos fugandos hoſtes dentur remedia? Quamuis ii autem variae formae variique caloris, inſuperque alia varii generis animalcula in corporibus humanis non numquam

quam occurrant: *aſcarides* tamen, *lumbrici teretes* et p. 10.
lati, qui poſteriores ut plurimum *taeniae* appellantur, ut reliquis omnibus frequentiores, ſic et hominibus magis proprii, ideoque non nullis quoque auctoribus *humani* dicti, conſiderari merentur. Num iis cum Cl. LINNAEO * quartum genus, *faſciolam* is vocat, annumerandum ſit, in medio relinquitur. De *aſcaridibus* multa aſſerere, eorum paruitas et teneritudo impediunt. Sunt, qui ad horum vermium claſſem referre velint alios, cucurbitinos dictos: ſed absque ullis vel certe firmis argumentis id faciunt. Hi enim cucurbitini non ſingulares vermes, nec quidquam aliud eſſe videntur, quam articuli taeniarum, ſiue portiones quaedam ab iis abruptae, quae, licet iam excretae fuerint, per tempus adhuc viuere ſeque mouere pergunt. Eorum igitur excretio inter ſigna praeſentis taeniae indubitata referri poterit. Nec de p. 12.
lumbricorum teretium, licet omnium ſint frequentiſſimi, genere et ortu multa dici poſſunt, quae omni dubio maiora ſint. Certum tamen haberi poterit, teretem humanum ab illo vulgari terreſtri differre, nec, uti Cl. LINNAEVS exiſtimat, horum vermium unam eandemque eſſe ſpeciem. Praeter annulum denſiorem, craſſiorem, eleuatum, ephippium quaſi referentem, in uno extremo illius tantum terreſtris conſpicuum, in omnibus quidem externis partibus ambo inter ſe conueniunt: internam autem eorum fabricam quam maxime a ſe inuicem diſcrepare, Cll. REDI et VALLISNIERII experimenta, a Noſtro etiam confirmata, probant. Humani itaque a terreſtribus ſuam petere nequeunt originem, uti non nulli autumant: ſed ad hanc explicandam ea, quae de taeniarum generatione dicentur, mutatis mutandis, applicari poterunt.

Ad *taeniarum* itaque exponendam hiſtoriam Cl. p. 15
Auctor progreditur, in eaque, quantum demum fieri

* Amoenit. Academ. Vol. II. Diſſ. de taenia.

poteſt, indaganda multus, magnoque ſane ſtudio occupatus eſt. Licet variae horrendi huius vermium generis ſint ſpecies, nec leuis partium et figurae eorum diuerſitas; ab omnibus tamen aliis hac deſcriptione diſtinguitur taenia, quod ea nempe ſit *vermis ſimplex*, ex aliis nimirum haud compoſitus, *reptilis*, *albus ſeu albo flauus*, *membranaceus*, *latus*, *planus*, *articulatus*, *in immenſam ſaepe longitudinem excreſcens*, *plerumque in animalium inteſtinis degens*. Quum ipſa deſcriptionis huius ulterior explicatio cum illa, quam Cl. BONNET ante paucos annos dedit *, admodum conueniat, illa nunc adducenda ſuperſedemus.

p. 18. Pergit deinde Cl. Auctor, variaque ad oeconomiam huius vermis pertinentia, in decem ideo propoſitis quaeſtionibus eruere et illuſtrare ſatagit; in quarum *prima de origine vermium inteſtinalium*, *in primis taeniae*, *in noſtro corpore*, *variisque auctorum*

p. 19. *ſuper hac ſententiis* paulo diutius moratur. Ex antiquiſſima veterum ſententia, eo generationis modo, quam illi appellarunt *aequiuocam*, omnes oriuntur vermes ex aliorum corporum facta corruptione atque putredine. Sed opinio vix audita corruit, nulli nimirum fundamento innixa, nullaque ratione confirmata. Vermes enim, et alia inſecta aeque perfecta, et artificioſe conſtructa ſunt, ac maiora animalia.

p. 20. *Secunda* opinio de archaeo, aut ſimili quodam nomine inſignita, facultate certa, formatrice, ex corruptis itidem humoribus noua animalcula effingente, ad eadem pertinet figmenta. Alii et inter hos potiſſimum recentiores auctores, *aequiuocam* veterum generationem explodentes, alteram tantum ab illis *uniuocam* dictam, ſiue ex congreſſu maris atque feminae eius-

* vid. Memoires de mathematique et de phyſique préſentés à l'academie royale des ſcience, par divers ſçavans et lûs dans ſes aſſemblées. à Paris, 1750. 4 Tom. I. p. 478. et Comment. noſtr. Vol. I. P. I. p. 37.

eiusdem ſpeciei ideoque ex ſemine animali factam, defenſuri, in ouulis quidem, extra noſtrum corpus volitantibus, et in hoc deinde inductis ibique excluſis, vermium quaerebant originem, exiſtimantes tamen, eos tum demum humanorum faciem induere. Quis vero ex una animalium ſpecie, mutabili quidem, eam tamen in aliam prorſus fieri metamorphoſin obſeruauit, ut animalia nouae ſpeciei inde prouenirent? Ex p. 21.
quarta porro aliorum opinione vermes generi humano ſunt connati ſeu congeniti. Sed et huius, quibus probari dicitur, argumenta firmo talo non ſtant. Ea inde enata eſſe videtur ſententia, quod eiusdem auctores vermes humanos extra hominum corpus nondum obſeruatos fuiſſe crediderint. *Quinta* proprie p. 23.
quidem non originem vermium, ſed FRISCHII hypotheſin * concernit, qua omnes vermes humanos unum modo genus conſtituere, et reliquos laruas ſaltem ſiue nymphas eſſe dixerat taeniarum, ſuo tempore excludendarum; quae tamen opinio ulterius nondum confirmata ſatis eſt. *Sexta* tandem, ad p. 24.
quam, ut reliquis probabiliorem, Cl. Auctor etiam accedit, eo redit, ut inteſtinales vermes eodem modo, uti iam ſupra de externis dictum fuit, ex ouis vel animalculis ſuae atque iam determinatae ſpeciei oriri, haecque extrinſecus in noſtrum corpus, mediante victu, aere, alioue modo venire, ibique nutrimentum, ſibique conuenientem forte nidum inuenientes, in huius ſuae iterum ſpeciei vermes, aſcaridem, teretem aut taeniam excreſcere dicantur. 1) Aerem enim, aquam et terram ouulis et animalculis diuerſi generis ſcatere, docuerunt microſcopia. Quot vero modi ſunt, quibus omnibus ea corpus noſtrum ingredi poſſunt. 2) In infantibus, quamdiu ſolum lac maternum ipſorum eſt nutrimentum, rariſſime, ſi umquam, inueniuntur vermes. 3) Dantur vero in aliis animalibus, in primis in piſcibus, uti et in ca-

 nibus,

* vid. Miſcellan. Berolin. 4. Contin. II. anno 1710. p. 46.

nibus, quae multis ſaepe nutriuntur alimentis, quibus ipſi homines veſci ſolent. 4) Frequentiſſima inſuper eorum ſedes eſt in ventriculo et inteſtinis, in nimirum locis, in quae cuncta, ab homine ingeſta, primum veniunt ibique aliquamdiu morantur. 5) Ex analogia petere liceat argumentum. Dantur animalia, quae in aliorum animantium corporibus ſua deponunt ouula, quae ibi exſoluuntur, v. c. ichneumon. Cur non igitur credere liceat, dari etiam poſſe talia, quae corpus humanum pro optimo ſuo nido habeant? 6) Obſeruatae porro ſunt conſtitutiones epidemicae verminoſae, ab auctoribus fide dignis annotatae, magnam vermium copiam extrinſecus in corpus ingreſſam fuiſſe teſtantes. 7) Vermes, ut morbum ſingularem, non nullis populis eſſe vere endemium, certiſſima confirmat experientia. Nonne id eam forte ob cauſam, quod tales incolae eo in primis victu utantur, cui potiſſimum vermes inſunt? v. c. Inter Batauos atque Ruſſos frequens eſt taenia; qui vero populi copioſe veſcuntur piſcibus, in quorum variis ſpeciebus ſaepe reperiuntur taeniae. 8) Ex eadem cauſa fieri videtur, ut variae vermium ſpecies varias hominum aetates et varias quoque nationes
p. 29. prae aliis frequenter inuadant. Obiectiones deinde, quas contra hanc ſuam ſententiam eiusque argumenta moueri poſſe ſuſpicatur, ſtudioſe diſquirit Cl. Auctor, eique prae reliquis maiorem veritatis ſpeciem ineſſe probat.

p. 37. *An plures una dentur taeniae ſpecies?* in *ſecunda quaeſtione* indagat; omnes tamen auctorum hac de re diſſenſus ſe dirimere non poſſe, fatetur. Tres interim a ſe diſtinguendas vermis huius ſpecies ipſi videre contigit; binas priores ex hominibus; tertiam ex cane deſumtas. Ex illis una fuit articulis breuioribus, lineas circiter quinque latis, unamque vel unam cum dimidia longis, ſine oſculis marginalibus, cum papillis autem in ſuperficie plana occurrentibus; altera

tera vero articulis inaequalibus quidem, illis tamen multo longioribus, maximam partem excedentibus unum pollicem, cum oſculis marginalibus, ſine tranſparentibus tamen inteſtinulis, ſeu ſpina Cl. ANDRYO dicta. Tertiam, quam in hominibus quoque deprehendi Cl. LINNAEVS aſſerit, in cane tantum inuenit Noſter, in varias partes diuiſam, duos interdum pollices longas, articulorum in modum ſe recipientes.

An taenia ſemper unica et ſolitaria eſt in ſubiecto, quod ea laborat? Veteres medici id crediderunt fere omnes, hincque Gallis voce inde recepta et uſitata ſatis *ſolitaire* appellatur taenia. Contrarium vero euincit recentiorum in primis experientia. Notari potiſſimum meretur obſeruatio Cl. DOZY, medici Leydenſis, qui mercurialium ope purgantium tres ſimul taenias ex ancilla quadam expulit, easque integras, id, quod valde rarum eſſe conſtat, quum vix non ſemper a poſteriori extremo truncati eiiciantur. In media nimirum ſui parte ampliores, in utraque autem extrema mucronatae erant, et in qua tenuiore ſpecies quaedam capitis ad microſcopium apparebat. Non absque ratione *ſpeciem* tantum *capitis* dicit Cl. Auctor. *Quaeſtionem* enim quartam: *An capite gaudeat taenia? an abſque eo viuat in noſtro corpore?* ita ſoluit, ut, licet non nulli caput ſe obſeruaſſe aſſerant; de eius tamen exiſtentia adhuc dubitare, idque, quod illi caput appellarunt, os, ſeu potius oſcula, quum plura eſſe videantur, appellare malit. p. 39. p. 40.

Si quis porro quaerat: *An taenia tantum occupare ſoleat inteſtina craſſa, non vero tenuia?* is, niſi experientiae contradicere audeat, taeniam aeque ac lumbricum teretem tenuia frequentius obſidere concedet. Nec de aſcaridibus, in recto quidem inteſtino ut plurimum haerentibus, conſtat, nonne etiam in inteſtinis tenuibus excludantur? p. 42.

Difficilior autem eſt quaeſtio ſexta? *An taenia eſt ſimplex ſuae ſpeciei vermis, an catena plurimorum vermicu-* p. 43.

miculorum inter ſe cohaerentium, aſcaridum nempe ſeu cucurbitinorum? Illam veterum opinionem, qua taenia cucurbitinorum cohaerentium ſaltem eſſe dicitur catena, non nulli ex recentioribus adoptarunt eamque inde potiſſimum probare voluerunt, quod articuli taeniae, licet iam ſint abſciſſi, ſatis tamen alacriter adhuc viuere pergant, et quod relicta taeniae pars cito repullulet. Quod utrumque tamen argumentum exemplo aliorum vermium aquaticorum, et po-
p. 46. lypi in primis, Cl. Auctor eneruat. Qua occaſione ſimul adducit, ſe a Cl. HERRENSCHWAND, medico iam Pariſino, accepiſſe, quod is ipſe obſeruauerit, filum ſeu extremitatem tenuiorem taeniae eo breuius eſſe in ratione totius animalculi, quo diutius in corpore haeſerit, indicio ſatis probabili, taeniam ex hoc filo excreſcere, ex eoque partes abruptas reſtitui, articulis minoribus ſenſim euolutis. Anatomica tandem vermis diſquiſitio, taeniam unicum et ſimplicem eſſe vermem ſuae ſpeciei, demonſtrat quam euidentiſſime. Praeter alia enim obſeruata, canalis ille, ſub externa taeniae membrana per longitudinem recta excurrens, per articulorum nodos haud intercipi deprehenſus fuit, et interna quoque animalculi ſubſtantia globuloſa et vaſculoſa per omnem ipſius longitudinem contigua apparuit.

p. 47. *Septimae quaeſtionis* ſolutionem: *Quo modo* ſcilicet *taenia in noſtro corpore enutriatur?* in medio reliquit Cl. Auctor, licet eam ſaltem per os, in filoſa ſui parte conſpicuum, attrahere nutrimentum a vero propius ipſi eſſe videatur. Num ea vero etiam, praeter chylum, ſugat ſanguinem, ſufficienti experientia deſtitutus, pro certo aſſerere non vult.

p. 48. *Octauo* dein veriſimili ratione exponit Noſter: *Cur adeo difficulter ex corpore noſtro expellatur taenia?* Putat nimirum, obſeruationibus adiutus, ipſum vermem haud fluctuare in tubo inteſtinali, ſed filoſam ſuam extremitatem infigere et radicis inſtar quaſi firmare

mare inter illius membranas, idque facere eo maiore niſu, quo crebrius varia ingerantur remedia ipſi contraria; quo fieri poterit, ut, magna eius parte abrupta et expulſa, tenue illud tamen extremum, quod caput non nullis dicitur, remaneat, ex qua, radice quaſi terrae commiſſa, noua deinde propullulabit taeniola. Niſi enim iſtud ſimul expellatur, vix curari aegros poſſe, obſeruationes practicae teſtantur. An ergo fortiſſima dari debent purgantia? Famoſum Cl. HERRENSCHWANDII remedium tale eſſe videtur, quo ſpecifico e matrona quadam Leydenſi expulſa quidem fuit taenia, ſed tantis cum turbis in toto eius corpore obortis, ut incommoda adhuc iam inde perſentiſcat ipſa taenia forte longe peiora.

Ad binas ultimas etiam quaeſtiones ſatis caute et probabiliter tantum reſpondet Cl. Auctor. *Quo modo enim in noſtro corpore abrupta taenia iterum accreſcit?* Eodem, quo alius vermis aquaticus zoophytus; quo ſe ſe polypus diſſectus, quo cancer ablatam chelam, reſtituit. *Quo modo tandem taenia ſe propagat? An ouipara eſt, an viuipara, in noſtro corpore?* Illud vix determinari poterit. Extra corpus forte cum per articulos, tum per oua; in eo ipſo autem forte ſe ſe non multiplicat. Lumbricum teretem quod attinet, eum eſſe viuiparum, recentiorum auctorum obſeruationes docere videntur.

p. 50.

p. 51.

In *tertia* denique diſſertationis *ſectione* de *vermium inteſtinalium cauſis, effectibus, diagnoſi, prognoſi et curatione* Cl. Auctor agit, de quibus tamen omnibus, quum ſuper his longe minus, quam phyſica vermium hiſtoria, diſſentiant auctores, neque nos recenſionis limites excedamus, parum modo dicturi ſumus. Ex animalculis ſuae atque iam determinatae ſpeciei vel eorum ouulis, extrinſecus in corpus delatis, oriri vermes, ſupra dictum fuit. Saepius ea vero in corpore enecari, vel ex eo ſtatim eliminari, quam euolui, videntur. Quaenam igitur erunt cauſae, eo-

p. 53.

rum euolutioni, incremento et remorae fauentes! Sunt eae: debilitas corporis, praeſertim primarum viarum, pituitae porro tenacis atque viſcoſae praeſentia, tandemque putredo, ut omnium vermium, facilius excludendorum, conueniens nidus. Omnes igitur cauſae proegumenae et procatarcticae, quae has tres modo memoratas conditiones vel faciunt vel augent, vermibus quoque dare poſſunt occaſionem.

p. 56. De puluere lumbricorum, ut remedio anthelmintico a multis medicis propoſito, dicitur, quod eum immediatam vermium cauſam fieri poſſe, tantum non

p. 60. omnes hodierni ſcriptores perhibeant. Praeter alia, ab obſeruatoribus tradita, exempla, quod vermes perterebrare queant inteſtina, eorum aliquod valde

p. 63. memorabile Cl. Auctor et vidit et enarrat. Puerum, chorea S. Viti laborantem, per anthelmintica libera-

p. 69. uit a ſuo malo Cl. GAVBIVS. Curationis vermium tres explicantur indicationes: nidum ſcilicet eorum deſtruere, eosque ipſos enecare; occiſos deinde, vel certe e latibulis ſuis dimotos, expellere; tandemque ſymptomata vel a vermibus adhuc praeſentibus oriunda, vel ab illis expulſis relicta, mitigare, quantumque demum fieri poteſt, tollere. Plurima, ex anthelminticorum claſſe depromta, Cl. Auctor diiudicat remedia, inter quae de ſpecifico RICHARDI MEAD, ex ſtanno raſo et corallijs rubris parato*, narrat, non nullis aegris illud datum fuiſſe Lugduni, absque ſperato effectu; ipſoque mercurio, vermibus quippe, ſub quacunque demum forma dato, ſemper exitiali, nec tutius neque melius ſe inueniſſe affirmat anthelminticum; ſimulque de Cl. HERRENSCHWANDII ſpecifico iterum monet, nec ſemper illud tutum eſſe, nec omnes taeniarum ſpecies expellere, adeo ut Auctor illius ipſe faſſus ſit, contra illam taeniae ſpeciem,

* Monita et praecepta medica. Londini, 1751. 8. pag. 116. et Commentar. noſtr. Vol. I. P. IV. p. 516.

ciem, quae articulos longiores alteroque facilius ſeparabiles habet, id non pari virtute pollere.

Sub finem denique diſſertationis quinquaginta theſes, maximam partem ad artem obſtetriciam pertinentes Cl. Auctor ſubnectit, quibus vero iam enarrandis locus non ſuppetit. p. 79.

IX.

GERARDI L. B. VAN SWIETEN, Auguſtiſſ. Imperator. et Imperatric. a Conſiliis, Archiat. Com. Bibliothecae Auguſtae Praefecti, Inclyt. Facult. Medic. Vienn. Praeſidis perpetui, nec non Academiae Reg. Scient. et Chirurg. Pariſ. Inſtitut. Bononienſ. Literar. incognitor. Membri, Commentaria in HERMANNI BOERHAAVE Aphoriſmos de cognoſcendis et curandis morbis. Tomus tertius. Lugduni Batavorum. Apud Iohannem et Hermannum Verbeek. 1753. 4. mai. alph. 3. pl. 17.

Si cuius umquam auctoris, immortalis certe BOERHAAVII, opera erant digniſſima, quae ſummos in arte noſtra viros, HALLERVM atque SWIETENIVM, nanciſcerentur commentatores, quippe quos habuiſſe diſcipulos, ipſe, ſi viueret, BOERHAAVIVS adhuc iam ſibi gratularetur. Medicorum in primis neminem ſane fore confidimus, cui Ill. SWIETENII commentaria huc uſque fuerint incognita, et quin eorum tomos priores ſummo cum fructu perlegerit. Cuius igitur nos omnes auida huc uſque tenuerat expectatio, is nunc prodiit illorum tomus tertius, illis binis et argumenti grauitate et perſpicuitate ſimillimus. Id enim, quod in illis ſemper admirati fuimus, in hoc etiam praeſtitum eſſe deprehendimus laeti,

laeti, nimirum ingenii non ſolum acumen, rerum explicatarum ubertatem atque ſoliditatem, obſeruationum, quas vocant clinicas, numerum inſignem, ſtudioſum optimorum auctorum, in primis veterum graecorum, lectionem, ac oris romani elegantiam; ſed et, qua in re potiſſimum omnibus cuiuscunque argumenti ſcriptoribus ſemper erit, quod imitentur, exemplo Ill. Auctor, quam maxime naturalem cogitandi methodum atque ordinem, ita, ut temet ipſum, dum illum legis, cogitare crederes.

Iam antea quidem in aphoriſmos BOERHAAVII habuimus commentarios. Is enim, quum prima vice, anno nimirum huius ſeculi decimo quinto, hunc valde egregium edidiſſet librum, ab eo tempore ſuis eum explicauerat auditoribus, qui verba praeceptoris, ſaepe non intellecta ſatis, in chartam coniecerant. Quo factum deinde fuit, ut lectiones illae, auctore earum inſcio, ideoque iisdem vitiis, quibus fugitiuo calamo exceptae fuerant, ſub titulo *praxeos medicae* ſiue *commentariorum in aphoriſmos* BOERHAAVII, in quinque voluminibus formae, octauae dictae, iterum iterumque in Belgio ederentur, *Patauii*, ut urbis, in qua euulgatus fuerit liber, nomine ficto prioribus editionibus, iis autem poſterioribus, *Vltraiecti*, praefixo. Qua occaſione nunc, ne quis tituli ſimilitudine in errorem ſe deduci patiatur, in tranſitu monemus, libellum BOERHAAVII *de materia medica et remediorum formulis ad ſingulos aphoriſmos digeſtum*, et ab auctore prima vice anno 1719 *Lugduni Batauorum* editum, tumque demum temporis ab ipſomet pro ſuo labore agnitum, iam antea anno 1716 *Londini* in forma duodecima dicta, ſed vitioſe ſatis, prodiiſſe, ſimili titulo *praxeos medicae* inſignitum. Ad commentarios vero quod attinet, quam ſaepe vitioſa in iis occurrat dictio; ingenii tamen auctoris excellentia ſatis ex eo elucet. Interim fieri non poterat, quin omnes, qui veri bonique intelligentes erant aeſtimatores,

tores, riuulos conſectari nollent, fontis eorum potius eſſent cupidiſſimi. Quis autem SWIETENIO melius ſitim hanc extinguere potuiſſet? Is enim, rara illa felicitate uſus, ut per viginti fere annorum ſpatium BOERHAAVII gauderet inſtitutionibus atque conſiliis, cunctaque, aphoriſmis ipſius illuſtrandis inſeruientia, ab ore illius acciperet, verum auctoris ſenſum pulcherrime callebat. Quibus ſi addere velis praeclaram SWIETENII doctrinam, et lectione optimorum auctorum, et longinquo uſu confirmatam, facile neminem fuiſſe intelliges, qui exarando huic operi magis eo fuerit idoneus.

Vniuerſalis etiam, quo exceptum illud fuit, doctorum virorum applauſus ſatis teſtatur, quam bene ipſorum is fecerit ſatis expectationi. Non multo enim poſt, quam primus horum commentariorum tomus anno 1742 et alter 1745 *Lugduni Batauorum* prodierat, ille non ſolum in eadem urbe 1745, ſed et utergue alibi, *Turini* ſcilicet 1745, *Pariſiis* eodem anno, *Venetiis* 1746, *Hildburghuſae* cum praefatione Cl. HAMBERGERI 1747, ibidemque altera vice hoc, quem agimus, anno 1754 cum tomo iam iam edito tertio, recuſi, quin et in alias huius aeui linguas translati fuerunt. Anglice enim verſi in forma, quam dicunt octauam, *Londini* ab anno 1745 prodire coeperunt, octo voluminibus comprehenſi, tabulis aeneis adiectis. Illa porro operis pars, quae morbos exponit chirurgicos, ſuperiori anno *Pariſiis* in duobus voluminibus duodecimae formae, gallice, eadem vero germanice eodem anno in tribus voluminibus formae octauae *Gedani* edita fuit. *Pariſiis* quoque, niſi fallimur, anno 1747 primus tomus totius operis gallice prodiit in forma quarta. Proxime porro omnes tres tomos, germanice verſos, *Viennae* editum iri, relatum legimus.

Ab initio, quum hoc opus ſuſciperet Ill. Auctor, tribus illud tomis abſoluere ſtatuerat; ideoque in eorum

rum primo, morbis ſimplicibus uniuerſalibus atque externis ſeu chirurgicis dictis explicatis, ſecundo febres cum eorum ſymptomatibus, ceterisque illis morbis internis, quibus perpetua comes ſolet eſſe febris acuta, comprehendere voluerat; tertio tandem tomo chronicos dictos morbos reſeruaturus. Telam vero, in altero volumine inceptam, et ad utramque peripneumoniam uſque expoſitam, laete deductam interrumpere olim coactus, nunc eam pertexere ſtrenue pergit. Quem ob indefeſſum laborem eo maiorem ei debet eruditorum orbis gratias, quo plura eaque grauiora munera ab Auguſtiſſima Imperatrice ipſi fuerunt demandata, multum omnino temporis, muſeo priuato deſtinati, expoſcentia. In eo igitur, quem iam indicauimus, commentariorum tomo tertio a *pleuritide* fecit initium, et ſequentes in ordine *aphoriſmorum* BOERHAAVII morbos ad *empyema* uſque illuſtrauit, reliquos omnes in quarto et ultimo tomo, ſimul ac modo per negotiorum multitudinem fieri poterit, edendo, expoſiturus. Laeti itaque ſpem, quam ipſe facit Ill. Auctor, arripimus atque fouemus, fore, ut, licet iam ſenectutis limen attigerit, pro corporis tamen robore adhuc firmo, nec imminuto mentis vigore, totum opus minori temporis interuallo abſoluere, ideoque datam fidem liberare queat.

Nunc vero ad lectionem ipſius libri noſtros ablegamus lectores. Compendium enim eius facere ipſa illius natura haud permittit; ſpeciminis autem loco aliqua tantum ex eo delibare velle, iniurioſe in lectores noſtros actum eſſe videretur, quos nempe ipſum perlegiſſe librum poenitere numquam poterit.

X.

Hiſtoire de l'academie royale des Sciences année MDCCXLIX. avec les memoires de mathematique et de phyſique pour la même année, tirés des regiſtres de cette academie. à Paris de l'imprimerie royale 1753. 4. mai. Hiſt. 1 alph. 1 pl. Mem. 3 alph. 2 pl. tab. 18.

Hoc eſt:

Hiſtoria academiae regiae ſcientiarum anni 1749, cum commentariis mathematicis et phyſicis, ad eundem annum pertinentibus etc.

Licet in hoc volumine omnia ferme notatu digna, quae in hiſtoria enumerantur, in commentariis ipſis plenius declarentur, pauca tamen, paſſim inſperſa, breuiter a nobis indicanda ſunt ante quam ad commentarios ipſos fuſius recenſendos progrediamur.

In obſeruationibus, ad phyſicam generalem perti- p. 27.
nentibus, occurrit:

1) Breuis deſcriptio partis eboris, a Cl. GEOFFROI oſtenſae, in quam globulus plumbeus penetrauerat, ita, ut effuſiones ſucci oſſifici, ſtalactitis inſtar formati, in loco, per quem tranſierant, perſpicerentur.

2) Ex relatione Ill. FOLKES, terrae motus, Londini 1749 d. 19 februarii et 19 martii ſine inſigni tamen urbis detrimento perceptus, breuiſſimis deſcribitur. Inter phaenomena, quae ſimul apparebant praecipua annotari meretur, piſces, in canali quodam contentos, ad pedem unum et ſemis extra aquam in auras proiectos fuiſſe.

3) Cl. HELLOT oſtendit fruſtum ligni, quod variis in locis pyrite ſulphureo ſcatebat, et in quo ſpicula

cula alba salina, gustu vitriolico conspicua efflorescebant. Pars ligni in gagatem durissimum, politurae aptum, conuersa erat, de reliquo frustum hoc omnes affectiones ligni veri sistebat. Inuentum fuit in comitatu Burgundiae in strato montis aurei viginti duorum pedum profundo.

p. 29. Exhibentur quoque recensiones sat amplae librorum, Ill. REAVMVR de artificiosa pullorum exclusione etc. et Cl. MAIRAN de glacie etc. Breuiter etiam indicatur libellus Cl. NOLLET, sistens disquisitiones de causis particularibus phaenomenorum electricorum, cuius praecipua capita commentariis nostris praecedentium annorum inserta sunt.

p. 104. Ad obseruationes anatomicas referuntur:

1) Iuuenis, qui pupillam excentricam, in superiori iridis parte positam, ostendebat, et inde iam de aliqua visus debilitate conquerebatur, post crebram librorum lectionem ex instanti in oculo dextro nubeculam obseruabat, visum magis magisque impedientem. Oculo accuratius examinato, praeter leuiorem inflammationem externam, in camera anteriori corpusculum fluctuans pellucidum conspiciebatur, quod lentem crystallinam antrorsum progressam referebat. Paulo post in oculo sinistro lens crystallina similem situs mutationem sustinebat. Inflammatione aptis remediis et vesicatorio in primis applicato dissipata, lentes in minus volumen contrahebantur, nec amplius pupillam obtegebant, quo facto aeger visum quodam modo exercere potuit, obiecta tamen sole illustrata tantum cum insigni molestia conspexit. Neglectis autem vesicatoriis, oculus dexter vehementi inflammatione, optimis remediis non cedente, afficiebatur; lens crystallina volumine augebatur, totam cameram anteriorem replebat et prorsus opaca reddebatur. Oculus sinister simili inflammatione non tentatus, in eo statu persistebat, ut aeger obiecta maiora, nisi nimis lucida

essent,

essent, distinguere, minora vero nullo modo visu percipere posset.

2) Ill. DE REAVMVR ouum ostendebat, cuius testa paruis corpusculis obsita erat, quae per microscopium visa ouula minima referebant, et intus quoque mucilagine, albumini ouorum simillima, scatebant.

3) Puella septennis nunc facta, quinto aetatis anno post variolas abscessum criticum abdominalem contraxerat, qui diu tectus, nec rite tractatus, tandem emplastris impositis ad duorum digitorum altitudinem supra cristam ilei dextram aperiebatur; magna itaque puris vi emissa, paulo post et flatus et excrementa erumpentia laesi intestini signa erant. Vlcus relictum, negligenter tractatum et non nisi linteo puro tectum, diu apertum manebat et fasciculus pilorum in eo obseruabatur, tandem tamen post septimum mensem naturae beneficio consolidabatur. Accidit vero, ut paulo post ex ano puellae fasciculus pilorum egrederetur, et extra orificium ani ad trium digitorum longitudinem excresceret, puellae ideo in aluo deponenda molestus. Cll. Viri COVRCELLES et DV HAMEL, qui hanc puellam viderunt, historia morbi percepta, suspicabantur, fasciculum hunc pilorum ex cute cicatrici abscessus vicina originem ducere, et per canalem intestinorum usque ad anum progredi, ita, ut fasciculus supra commemoratus in intestinum ingressus et calore loci fotus, incrementa ceperit, et cum excrementis tandem ad orificium ani deductus fuerit. Nec vana erat coniectura, saepius enim tracto ad anum fasciculo, in loco cicatricis agitatio et vera depressio obseruabantur. Plus quam dimidiam ulnam fasciculo adscribunt, et maiorem certe concedendam esse putamus, cum ex regione iliaca dextra per coli zonam ad anum usque extensa fuerit. Nullum aliud incommodum sentit puella, quam in deponenda aluo, a pilis ad anum agglutinatis et per applicata fomenta saepius emolliendis. Colligi inde

poteſt, pilos totius corporis eiusdem naturae eſſe, ut capillos, et cauſas acceſſorias vegetationem largiorem conciliare, id, quod in plantis, hac in re cum pilis comparandis, pro diuerſitate ſoli obſeruamus.

4) Nobilem quendam virum canis moloſſus mordebat et brachium dextrum ſpuma inquinabat, ſine ullo tamen vulnere, dolore etiam haud inſigni percepto. Poſt viginti et unum diem vir ille venationi corpus exercens ſyncopticus cadebat, ſpaſmis ſimul in facie conſpicuis, quibus diſſipatis ad ſe rediit, et poſt coenam placide per bihorium dormiuit, ſubito poſtea expergefactus clamoribus horrendis ſuos excitauit, qui eum proſtratum et conuulſionibus agitatum inuenerunt, ſed iterum ad ſe rediit, et poſt paucarum horarum interuallum et tertium et quartum paroxyſmum ſuſtinuit. Vehementia morbi remittente aeger ipſe adſtantes commonefecit, quo ſui curam haberent, ne durante paroxyſmo ab eo morderentur, et ipſe medico acceſſito Cl. LE COMTE medicamentum experientia comprobatum propoſuit. Medicus, qui aegrum ſermocinationibus fatigare, nolebat, liquores ſpirituoſos exhibendos proponebat, ſed aegrotus audita voce liquidi motus hydrophobis ſolennes experiebatur. Medicamentum ab aegro propoſitum erat puluis oſtrearum calcinatarum in hauſtu vini albi, quod illis, qui paroxyſmum nondum ſuſtinuerunt, ad drachmas quatuor, et in viginti quatuor horis iterum exhibetur; illis vero, qui paroxyſmum iam ſuſtinuerunt, omni quadrihorio quatuor drachmae cum tribus ouis recentibus, in boli formam redactae propinantur. Aegrotus noſter hoc medicamentum licet difficulter deglutiret, quinto tamen et interuallo ſedecim horarum octo aliis paroxyſmis exagitabatur, quorum acceſſum ipſe indicabat, et praeter conuulſiones reliqua hydrophoborum ſymptomata experiebatur, finito paroxyſmo ſyncope affectus. Remedium tamen non ſine fructu adhibitum fuiſſe videtur, inſul-

insultus enim morbi prorsus cessarunt, et quae relicta fuit motus voluntarii impotentia usu aquarum Plombierinarum prorsus dissipabatur.

Cl. MACQVER elementa chemiae theoreticae amplia recensione declarantur. p. 115.

Reliqua, quae in historia adducuntur, ad nos non spectant, et in commentariis ipsis maximam partem amplius pertractantur, nos ideo ad eos indicandos progredimur.

1) *Observationes thermometricas, in maximis Siberiae frigoribus institutas, sistit* DE L' ISLE. p. 1. Praemittit vero illis varia de thermometris et usu illorum. Ante quam illa innotescerent, solis effectibus in corpora varia dignosci frigus aut calor poterant. Ita anno Christi 859 congelatum mare adriaticum Cl. CALVISIVS refert, ut pedibus iri ex continente Venetias posset, alii, qui frigus id quinquennio serius ponunt, addunt curribus ferendis glaciem parem fuisse. Inter thermometra vetustissimum est, quod DE LA HIRE per artificem HVBIN ante plus, quam 60 annos fieri curauit, spiritu vini colorato plenum, globulum habens diametri circiter digitorum duorum, cylindrum longum pedes quatuor, amplum linea. Non maiori cura confectum est, quam ut summi gradus caloris et frigoris Parisiis obseruabiles definiri eo possint. Deinde ad Fahrenheitiana pergit. Gradum o frigore artificiali definiit FAHRENHEITIVS, mixturae ex glacie et sale ammoniaco aut vulgari, non indicatis dosibus. Is gradus longe est infra primam aquae congelationem; in Islandia, maximum frigus 1709. hoc frigore artificiali Fahrenheitiano maius fuit. Ipsius vero DE L' ISLE thermometra cum nota sint *,

* Verius ipse constructionem illorum exposuit in libro: *Memoires pour servir à l' histoires et au progres de l' Astronomie, de la geographie et de la physique.* Petropoli 1738. edito. p. 267 seqq.

id saltim ex eius dissertatione adducemus, primum spiritu confeciſſe quatuor magna thermometra Parisina, in quibus experimento definiit gradum aquae ebullientis, et cum, ad quem consistunt in cauea obseruatorii Parisiensis; interuallum diuisit in partes aequales centum; quae cum in Russiam adportare non posset, neque ibi similia illis conficere, cum deesset caueae profundae, temperaturae toto anno constantis, difficilius etiam thermometra spiritu vini repleta, ad aquae bullientis gradum ostendendum perficiantur, anno 1732. mercurialia elegit, neque opus habuit, ut praeter aquae ebullientis gradum, alium, velut in glaciem abeuntis obseruaret, sed toto volumine mercurii, in aquam ebullientem immissi, in 10000 aut 100000 partes diuiso, has partes pro gradibus accepit. Harum partium 100000 bis mille descendit mercurius, seu parte voluminis, quod in aqua bulliente habebat, quinquagesima condensatus est, frigore inter Petropolitana e vehementissimis uno Ianuarii 27, stilo nouo anni 1733. hor. 7. matut. Id frigus respondet gradibus 27. infra congelationem, in thermometro Reaumuriano, cum illud 1719 gradibus 15½ responderet. Neque frigori huic longius, quam per dimidium minutum faciem nudam exponere licebat, respiratione, si quis diutius esset cunctatus, cessatura, ipse DE L'ISLE gradus thermometrorum per vitreas tabulas fenestrae ex hypocausto bene calefacto conspexit. Aequale frigus iis in locis rediit annis 1740. 1747, maius vero adhuc ingruit exeunte 1748, respondens gradibus 30 Reaumurianis. Recensitis aliis frigoris vehementissimi exemplis, maximum memorat graduum 181. suorum et 70 Reaumurianorum 1735, ian. 16. st. n. hor. 6. mat. in medio Sibiriae, loco habitato et aequatori sesquigradu proximiore, quam est Petropolis, *Yeniseisk* nomen est. Petropolitanum vero frigus, eorum, quae adduximus, maximum, saepius in Sinae confiniis attingitur, inter-

interdum et ſuperatur, ut accidit Kirengae ſub latit. gr. 17½, maximis vero frigoribus Sibiricis reſpondent conſueta in freto HVDSONIS, Cl. MIDDLETONO teſte.

2) *Staticae et dynamicae nouum principium* exhibet *Marchio de* COVRTIVRON, *ad corpora viribus quibuscunque et lege quacunque animata pertinens.* Rédit ad maximum quoddam, in viribus viuis. p. 15.

3) *Experimenta electrica in hominibus paralyticis inſtituta a Cll. Viris*, MORAND *et* NOLLET *. Iam ſub initium anni 1746 paralyſin electricitatis ope tollere tentauerat Cl. NOLLET **, tum temporis autem, quo minus finem ſuum conſequeretur, impeditus. Interim quum ſe primum fuiſſe exiſtimaret, qui in hanc cogitationem inciderit, exterosque de felici huius experimentorum generis ſucceſſu gloriari intelligeret, ſuum, quod iam olim ceperat, conſilium exſecuturus, ab Illuſtriſſimo Comite D'ARGENSON petit, ut in militibus inualidis regiaque munificentia in noſocomio publico enutritis, noua ipſi facere liceret tentamina. Qua impetrata venia, quatuor ex viginti talibus aegris ſelegit, qui paralyſi, e diuerſis cauſis orta, olim tacti, eo morbo adhuc aegrotabant, et Cl. MORAND experimentorum ſocio adſcito, aliisque viris multis praeſentibus, multa ſummo cum ſtudio in iis cepit experimenta; quorum effectus inde obſeruatos, et per ſingulos dies ſedulo annotatos, eosque tamen ſaltem primarios, adducturi ſumus. Aegri illi paralytici per duas horas ante meridiem et poſt eam per alias duas aut tres experiebantur vim electricam, ſcintil- p. 28.

* lect. d. 21. auguſt. 1748.

** vid. Hiſtoire de l'Acad. des ſciences; l'année 1746. à Paris 1751, 4. Memoires. p. 1. et Commentar. noſtr. Vol. I. P. II. p. 270.

ſcintillis ex laeſis eorum membris prorſus nudis ab-
citis.

Menſe aprili 1748. experimentorum fiebat initi-
um in milite, qui ante duos iam annos ſimilia ſubie-
rat tentamina, iam vero in ipſo eorum nouorum cur-
ſu violenta febre et doloribus, totum corpus occu-
pantibus, correptus poſt breue tempus obiit. Quum
is autem ſumma prouectus aetate viribusque fractus
eſſet, nec aliquis inter electricitatis effectus ipſius-
que morbi naturam adeſſe nexus videretur: ab ulte-
riore ſua in reliquis aegris ſuſcipienda inueſtigatione
haud deterreri ſe patiebantur Viri Clariſſimi. Erat
itaque miles nouem et quadraginta annos natus, a
tribus inde annis poſt vulnus, dextro capitis latere in-
flictum, in toto corporis ſiniſtro latere paralyticus
erat, pollice illius manus rigido et ſine omni motu
voluntario, reliquis digitis ex parte tantum flexilibus
exiſtentibus. Is per ſex modo dies electrificabatur.
Iterum enim accurate examinatus, ſummam artu-
lorum ſuorum rigiditatem ſiue veram ancyloſin osten-
debat, hinc recuperandae ſanitatis ſpe prorſus ele-
iudicabatur excluſus.

p. 30. Tertius porro aeger viginti ſeptem annorum, ab
ignis vi, ſiniſtrum oculum olim laedente, totum cor-
poris latus dextrum habebat reſolutum, et inſuper ab
eo tempore totius faciei, praeſertim circa ſinus fron-
tales perpetuum experiebatur dolorem, manu digito-
que ſine omni motu, aegroque latere ſine omni ſen-
ſu, permanentibus. Statim ab experimentorum ex-
mordio digiti paulo flexiliores et ad motum diſpoſiti
magis fiebant, tertioque die maculae rubrae in cute
eiusque cute valde aſpera apparebant. Die in ſingul
ſexto omnibus in digitis motus ſolito valentiores ob-
ſeruabantur, auctiores deinde facti, tota manu per
diem et poſt ea per totum experimentorum tempus
p. 32. manteliis calidis obuoluta. A viceſimo ſecundo ten-
taminis die ad quinquageſimum uſque notum illud
experi-

experimentum, Leydenſe dictum, agebant Viri Clariſſimi in eodem aegro, qui ipſe ampullam aquâ plenam, cui immiſſum erat filum ferreum, tenebat manu ſua, indeque violentam ſatis experiebatur ſuccuſſionem in afflicto brachio eiusdemque potiſſimum lateris humero, quippe quae tanta erat, ut tota pars laeſa vehementer commoueretur, motusque extenſorii longe vehementiores eſſent ac ab illo ſimpliciori experimento, quo ſcintillae tantum eliciebantur. Ita vero agebatur experimentum, ut poſt illud Leydenſe ad alterum ſimplicius reuerterentur Viri Cll. tandemque illo Leydenſi iterum repetito finirent ſingula tentamina. A continuato tali experimentorum uſu aliquem acutae punctionis ſenſum, *des picotemens*, in afflicto humero et ſudorem in laeſis membris atque facie cum rubris in cute maculis atque veſiculis ſero refertis habebat aeger. Motus etiam ſatis erant vehementes, de quibus tamen illud bene monendum eſt, eos non niſi per ipſam vim electricam, tum illam ſimplicem, tum alteram fortiorem, per commotionem ſiue ſuccuſſionem dictam, excitatos tantum fuiſſe, ita, ut a voluntate aegri prorſus non, ſed ab applicata potius vi electrica, dependerent. Si enim v. c. ex muſculis digitorum flexoribus dictis elicerentur ſcintillae, tum quoque flectebantur digiti; contra vero extendebantur, extenſoribus muſculis electrificatis. Quo factum fuit, ut quaeſtio moueretur, an hi motus etiam ſenſus ope excitarentur? Quem in finem mortui hominis electrificabatur brachium, ex quo autem ſcintillae quidem leuiores prolici, ſed motus omnino nulli in eo produci poterant. Itaque conſtabat quidem, illos hominis paralytici motus non eſſe paſſiuos, ſed per ſenſum vere effectos: attamen, quum voluntarii motus redire nollent in aegro, hic tandem tragoediae pertaeſus, experimentis ulterius capiendis ſua praebere membra prorſus renuebat, licet caeteroquin per omnem eorum decurſum in nulla

corporis functione aliquam percepiſſet inde factam fuiſſe mutationem vel potius laeſionem.

p. 35. Vltimus tandem aeger hiſce experimentis adhibitus quadraginta octo annos natus, a ſeptendecim annis laborabat paralyſi, quae tamen, ſine praegreſſa apoplexia, a ſola tantum membrorum debilitate ortum ſuum duxerat. Ab initio per ſedecim dies ſimplici quidem tantum modo electrificatus, digitorum tamen inſigniores motus et maiorem partium offendebat calorem, quam illi reliqui aegri. Per ſecundam dici noctem dolor corripiebat eius brachium totum, et ſubſequente die in omni cubiti ambitu maculae rubrae et veſiculae ferosae inſigniores quam in altero aegro, de quo iam iam diximus, apparebant. Illa autem phaenomena magis fiebant conſpicua, quum in aegro tentaretur electrica commotio ſiue ſuccuſſio, quam, uti de altero iam aegro monuimus, cum illa ſimpliciore electrificatione deinde permutabant Viri Clariſſimi. Quamuis manu adhuc ſana ampullam teneret aeger, longe tamen fortius in paralytico, quam in ſano, brachio ſe ſuccuti dicebat. Similis quoque erat ratio motuum, ab ipſa electrificatione praeter aegri voluntatem in affectis membris excitatorum. Per quindecim ultimos dies experimentum Leydenſe ſolum continuabatur, quod effectus eius longe fortiores eſſent, quam ab illo ſimplici ſcintillas proliciendi modo. Per noctem etiam proxime inſecutam dolores atque punctionis potiſſimum ſenſum in laeſo brachio percipiebat aeger, omnibus fere vicibus ſatis valide concuſſus. Partium paralyticarum motus ut plurimum erant validi, dieque tricesimo octauo veſiculae aqua plenae in cubito in primis conſpiciebantur. Poſt tertium vero inde diem, qui tentaminis erat quadrageſimus primus, experimenta, in ſe ulterius capienda, aeger prorſus denegans, dimittebatur.

Quum

Quum electricitatis effectus admodum ſingulares ſint, eorumque ſaepe mutata facies a quam plurimis rebus dependeant circumſtantibus, ex enarrata experimentorum, quae ceperunt, hiſtoria, nec pro defendenda electricitate medicamentoſa, neque contra illam, aliquid ſe inferre velle, perhibent Viri Cll. Interim ſatis inde patere putant, quam cautus antea quilibet eſſe debeat, quam eius modi hiſtoriis, a variis auctoribus prolatis et ſaepe valde mirabilibus viſis, fidem habeant. Auctores, inquiunt illi, vix non omnes, qui ſuper hac re ſcripſerunt, electrificationem accelerare dicunt pulſuum ictus: In errorem ſe ſe autem duci paſſi ſunt, eam forte ob cauſam, quod homines puſillanimes, ab aſpectu apparatus electrici perterrefactos, ſuis adhibuerint experimentis: In his igitur talis omnino adeſſe potuit effectus: ſed in viris rerum phyſicarum gnaris animoque gaudentibus compoſito phaenomenon illud non occurrit: Cl. MORAND aliique viri in ſemet ipſis, ultra integras horas electrificatis, nullam pulſus ictuum mutationem obſeruare ullo modo potuerunt.

4) *Elementa theoriae ſolis ſub finem ſaeculi XV, ex* WALTHERI *obſeruationibus* definit *Abb.* DE LA CAILLE, hacque egregia in Germano aſtronomo collocata opera, laudibus illi tributis, multum videtur ad gloriam patriae noſtrae contuliſſe. p. 40.

5) *Electrometrum* deſcribitur, quod Eques D'ARCY et Cl. LE ROY communibus ſtudiis inuenerunt. Conſtat ampulla vitrea in aqua natante, gerente vero impoſitam ſibi virgam ferream, adiunctum ſibi habentem diſcum metallicum; tegitur vero vas, in quo natat ampulla, alio diſco maiore metallico. Igitur ſi omnia haec fiant electrica, ex notis corporum electricorum proprietatibus virga cum diſco ſuo minore a maiore illo vaſis operculo repellitur, et ampulla p. 63.

cum virga adſcendit. Huius ergo adſcenſus quantitates vim electricam definiuntur, et, ne obſeruator propius ad machinam accedens electricitatem illi ſubtrahat, conſpici poſſunt, umbris illarum in tabulam vitream proiectis. Non poteſt vero ſtructura et uſus ingenioſiſſimi inſtrumenti ſine figuris intelligi. Ea vero compertum eſt, auctam materiam maſſam, ſi ſuperficies maneat, nihil in attrahente vi electrica mutare, et alia multa patuerunt, magisque, ſi uſus diligentius excolatur, patebunt.

p. 75. 6) *De refractionibus aſtronomicis* ſecundum ſcriptum edit Cl. BOVGVER, primum iam 1739. prodierat. In eo ex obſeruationibus, in zona torrida habitis, quo modo varient refractiones, obſeruatore in aliis aliisque ſupra horizontem maris eleuationibus conſtituto, definit, et de tabulis illarum condendis diſſerit.

p. 113. 7) *Hiſtoria morborum epidemicorum una cum aeris viciſſitudinibus Pariſiis per annum 1749 obſeruatorum*, Auctore Cl. MALOVIN *. Quanam obſeruandi ratione utatur Cl. Auctor, iam alibi dictum fuit **. Vltimis binis ſuis commentariis de morbis epidemicis, per annum 1747 et 1748 Pariſiis graſſantibus, praemiſerat diſſertatiunculam de mirabilibus aeris elaſticitatis atque grauitatis in corpus humanum effectibus et de cauſa morborum popularium ſaepiſſime in illius intemperie quaerenda. Pergit nunc de eodem argumento aliqua proponere. Veteres, inquit, et ex illis potiſſimum ii, qui HIPPOCRATIS aetate et poſt hanc viuebant, grauis quidem atque elaſtici aeris effectus, horum vero cauſas non cognoſcebant. Quando itaque ille medicorum pater obſeruare commendat,

* lect. d. 13. febr. 1751.

** Commentar. noſtr. Vol. I. P. II. p. 280. et Vol. II. pag. 220 et 621.

dat, num aer plenus sit nosque magis vel minus repleat, ad grauitatis efficaciam respicit. Quodsi enim aer externus, corpus nostrum ambiens magis vel minus plenus sine densus est, aer, intra corporis vasa inclusus, in sui ipsius semper nitens expansionem, hinc que illi externo resistens, magis minusue comprimitur; deoque nosmet ipsi modo maiorem, modo minorem, si cum HIPPOCRATE loqui velimus, plenitudinis sensum percipimus. Eadem quoque loquendi ratione per ὄγκωσιν, *impetum facientia*, aeris elastici effectus denotat ille senex, quando nimirum aer in nostris humidis contentus et per eorum calorem expansus, contra vasa continentia nititur, hinc ab externo semper coercendus. Reliquas autem aeris virtutes, siccitatem nimirum, humiditatem, calorem atque frigus veteres aeque ac recentiores physici omnes intellexerunt. Interim, num aer humidus an siccus sit, omnium facillime percipitur; utrum vero calidus, an frigidus, leuis an grauis sit, iudicatu omnino est difficilius. Illae enim virtutes positiuae; hae vero magis relatiuae sunt, pro diuersa corporum constitutione. Tandem vero ipsius humiditatis aut siccitatis gradus accurate determinare, res omnium difficillima est. Quo tamen demum cunque modo se habeat aer, magna illius semper erit vis in corporis nostri valetudinem; id, quod exempla, ex ipsa morborum epidemicorum historia depromenda, comprobant.

Quamuis humidus valde, nec pro anni tempore frigidus satis fuerit mensis ianuarius: epidemici tamen morbi non occurrerunt. Aeris enim temperies una eademque fuit per totum mensem, ita, ut ea confirmetur obseruatio, ab aeris tantum subito factis mutationibus originem suam morbos trahere. In aegris tamen vix non omnibus singularis aliqua in sudorem fuit procliuitas. Aliorum aegrorum curam habuit Cl. BOUVART, febribus continuis iisque periculosis p. 116.

decum-

decumbentium, qui fere omnes bilioſa ſimul labo-
runt diarrhoea, ſanitati tamen reſtituti ſunt, eo
p. 118. fluxu per artem adiuto. Humida ſimulque frigi-
da valde februarii tempeſtas multis morbis catarrhoſis
dedit occaſionem. Morbus autem iis multo acutior
graſſatus fuit in regione ad Lutetiam, qui ut plu-
mum intra quatuor dierum, ſaepe etiam viginti qua-
tuor, quin et interdum quinque aut ſex horarum
ſpatium aegros e medio ſuſtulit. Inuaſit is cum fe-
bre, cuius ſymptomata omni temporis momento va-
riarunt. Plurimi ex aegris de vago laterum, ventri-
culi et renum dolore queſti ſunt, qui deinde illas par-
tes deſerens pectus oppreſſit atque poſt dimidiam ho-
ram mortem attulit. Non nullis acceſſit delirium
ſine capitis dolore: plurimi reiecerunt lumbricos ter-
tes: omnes vero miſerunt aquam colore et conſiſten-
tia ſyrupo capillorum veneris ſimilem cum flocculis
innatantibus, rubram magis et claram factam, ſi per
tempus fuerit repoſita, de ſcorbutica morbi indole
teſtantem. Pulſus vehementer fuit mutabilis. Intra
tria enim horae minuta violentus, illico euaneſcens,
mox caprizans, tum intermittens, tandemque celer
et frequens fuit. Aliis ab initio uuula relaxata fuit
ſine faucium inflammatione, cum reſpiratione tamen
valde moleſta. Venae ſectio morbi periculum immi-
nuit; et ii, qui euaſerunt, in tantam quidem inci-
derunt debilitatem, ut a morte propiores eſſe viderē-
p. 121. tur; ex improuiſo tamen ad ſe redierunt. Quam
graues noxae ex illa poſſint oriri conſuetudine, qua
demortuorum corpora intra urbes et in templis ſepe-
liuntur, ſatis memorabile confirmat exemplum a
Cl. Auctore enarratum. In templo enim aliquo ſtru-
bantur cadauera, eaque cum terra effoſſa in locum
paulo remotiorem deportabantur, alia vero adhuc ſe-
pelienda interim ſeponebantur in cella aliqua vicina
concamerata. Paulo poſt ad illum locum conueni-
bant liberi catechumeni dicti, quorum plurimi una

eodemque

eodemque tempore lipothymia corripiebantur, sui inscii, cum facie vehementer rubicunda facta, et violentis motibus circa medium corpus iisque convulsivis in eius extremitatibus observatis. Ad se redeuntes de dolore ventriculi sensuque alicuius ponderis ad fauces ascendentis querebantur, valde quidem aegri inde facti, sanitatem deinde tamen recuperantes. Alia vice idem contigit; tumque etiam homines adultiores aegrotarunt. Notati tamen adhuc meretur, ex pueris adolescentibus nullum, sed iuniores tantum, et porro ex adultis sequioris modo sexus homines, isto malo correptos fuisse. Praeter id iam enarratum aliud simile annotat Cl. Auctor exemplum. Mirum p. 125.
satis omnino est, eurum et aquilonem, reliquis ventis per mensem maium frequentiores, ad modum calidam secum tulisse aeris temperiem; quum eo tamen anno in regionibus septentrionalibus hiems subito fuerit asperior, et contra, austrum, quoties increbuit, omnium reliquorum eo mense fuisse frigidissimum. Morbi simul regnarunt et catarrhales pertinaces, et pectoris inflammatorii; qui hac igitur vice, p. 134.
licet alias a frigore potissimum oriri dicantur, ab austris ventis excitati fuerunt. Angina ista gangraenosa, de qua nosmet etiam saepe dicendi habuimus occasionem, hactenus non nisi infantes, vel certe homines iuniores aggressa fuerat. Eodem vero mense non nulli quoque ex adultis et omnium aetatum hominibus a diro isto malo affecti sunt. Morbi per mensem octobrem reliquis crebriores cutem occuparunt: hinc factum esse putat Cl. POUSSE, ut ii, qui per multos dies trichiis usi fuerant, propter sal iis admistum, scabie contaminarentur. Vehemens subitoque irruens in hoc mense frigus effecit pleuritides, in quibus, si consueta euanescerent symptomata et caput feriretur, cum fructu applicata fuerunt vesicatoria, tussim et lateris dolores reuocantia, morbo deinde per usitata illa remedia curato. Epidemicas illas

fuisse

fuisse coniicere licet ex eo, quod in non nullis
aliquot horas euanuerit febris, illico dein summo
p. 137. vi, in primis circa dies criticos recrudescens, ita-
mo eius anni mense diarrhoea, ab humore cacochy-
li orta, saeuiebat, cui in plurimis aegris accessit sin-
gularis febris, quae, si neglecta fuerit, in putridam
abiit. In omnibus fere aegris male affectae sunt fau-
ces, in aliis ab initio morbi, in aliis autem sub eius
finem. In aliis quoque antea dolor inuasit intestina,
qui deinde ad fauces translatus illa libera permisit,
nec eas numquam deserens aliam corporis partem oc-
cupauit. In aliis porro sui morbus cepit initium cum
oedemate faciei, quo euanescente ad fauces, tumque
ad pectoris unum latus, attamen sine pulmonum aut
pleurae aliqua laesione progressus fuit. Venae sectio,
decocta lenientia, aluumque ductia profuerunt, at
et tartarus emeticus, qui vix non semper in his aegris
per inferiora tantum euacuauit. Quamuis autem
flueret aluus, capitis tamen dolor et aliqua stupidi-
symptomata, febrem ab initio concomitantia, adhuc
p. 140. durauerunt. Morbilli, per plurimos huius anni men-
ses occurrentes, non periculosi quidem fuerunt, sed
per tamen difficulter prodeuntes tarde quoque abie-
runt, maculis istis pustularum saepe formam referen-
tibus. Pustulae quoque humorem subluteum conti-
nentes, in cute ortae, obscuros infimi ventris dolo-
res leuarunt, quippe qui infantes in primis tempore
hiemis corripuerant.

In nosocomium regium, *Hôtel-Dieu* dictum,
21082 aegri per totum hunc annum, et ex his plu-
rimi mense martio, pauciſſimi mense octobri, recepti
fuere. Mortuorum per totam urbem maximus fuit
numerus mense decembri, minimus februario; in
omnibus autem mensibus plures potioris, quam se-
quioris, sexus obierunt. Puerorum etiam, qui eo
anno nati fuerunt, insignior multitudo quam puella-
rum eam confirmat obseruationem, qua masculina
proles

proles semper illa feminina in Europa perhibetur esse numerosior.

8) *Constructionem nouae machinae pro filis sexitis a bombycum chrysalidibus separandis* describit Cl. DE VAVCANSON *. Praeparationes, quas fila haec, cum primum extrahuntur e chrysalidibus, recipiunt, enarrat. Pedemontanorum industria laudata, cum Galli plures hic errores committant, deinde instrumentum suum describit, cuius bonitatem experimentis captis confirmat. p. 142.

9) *Disquisitio de utilitate maioris numeri dentium canis carchariae.* Auctore Cl. HERISSANT **. Cum NICOLAO STENONE in dissectione capitis canis carchariae copiosa eius dentium quantitas fuerit detecta, praeter illos autem, qui margines maxillarum exornant, deprehensi plerique carne fungosa et molli obducti atque in illa sepulti fere, in eam ille deductus est opinionem, utilitatem, quam praebere possent, esse ad modum obscuram, in primis quod interiores toti non solum sint introrsum flexi, sed etiam maximam partem molles. Dedit ea propter Cl. Auctor operam, ut, accurate peruestigatis eius modi maxillis, vera aeque dentium structura ac in id, in quo continentur, subiectum redundans utilitas compareret. Dentes reliquorum animantium osseae maxillae fabricae inhaerent, ex eorum etiam alueolis, deperditis prioribus, alii, ab initio molles procedunt; aliter vero res se habet cum cane carcharia, in quo illi fortiori membranae, nullum habentes cum maxilla commercium, adcrescunt. Plures vero eorum ordines sic constituti sunt, vt alii dentes scilicet primi ordinis, et nunquam tecti carne fungosa, naturales p. 155.

* lecta a. d. 12. nou. 1749.

** lecta a. d. 18. iun. 1749.

les sint, reliqui ordines incuruati deliteſcant, poſſint tamen in priorum ſedem reſtitui, ſi quae illorum facta fuerit deperditio, dum a palato inclinati aſſurgunt et eriguntur. Quae quidem mutatio fieri poteſt celeriter, quod perfecti iam dentes ſunt illi abſconditi. His praeſuppoſitis elaborandum erat, ut demonſtretur, hanc mutationem certo contingere, cui ſcopo ſatisfacturus Noſter, proponit obſeruationes, ex variis ſpeciminibus collectas et in iconibus in tabulis
p. 157. tribus, ſeptima, octaua et nona exhibitas. Superioris itaque ac inferioris maxillae dentes, plani ſunt, triangulares, in ambitu crenati, latiores ſuperioris, profundius dentati inferioris. Deſinunt in apicem acutum, baſis craſſa eſt, firmiſſime innixa membranae, quae aliquando ſuper exteriorem maxillae marginem continuatur, in eo caſu, dum plures, ut putat Cl. Auctor, ex interioribus dentibus in exteriorum ſedem ſeceſſerint. Singulus ex altera parte conuexus eſt, planus ex altera, externae ſeries oblique poſitae ſunt, et ſine diſſectione cognoſcuntur, internae prorſus horizontaliter ſibi incumbunt, et reſecta fungoſa carne demum deteguntur. Senſim porro et ſucceſſiue fit eorum induratio, praecipue illorum, ad baſin poſitorum, quippe qui molles et intus, prout in reliquis animalibus eſſe ſolet, mucilaginoſa ſubſtantia repleti erant. Hinc per incrementum illis induratio conciliatur. Quaelibet maxilla in iuniori aetate in duas diuiditur partes, quae poſt inter ſe concreſcunt, ſuperior autem in poſteriori loco duobus terminatur condylis, quorum extremitas interna antrorſum, externa vero retrorſum ſpectat, utraque in cauitates inferioris maxillae glenoideas immittitur, ex quo conſequi dicit Noſter, dum aperit fauces carcharias, axem motus incidere in lineam, quae ab extremitate externa unius condyli ducitur ad oppoſitam, externam, ſimulque differentiam motus in maxilla hominis oſtendit, in quo axem mobilem inueniri aſſe-

rit,

rit in linea, quae procedat ab extremitate interna unius condyli ad internam alterius. Sed dentium in- p. 161.
uerſionem et erectionem fieri docet ſitus dentis mutatus; per naturam enim ſic poſiti ſunt, ut unius baſis alterius ab una parte contegat, deprehenduntur quidam ab utraque parte tecti; porro numerus imminutus, deinde varius inclinationis gradus, tandem veſtigia eorum, qui deciderunt vel deſtructi ſunt, in membrana adhuc conſpicienda, aliis nihilo minus in eorum locum reſtitutis. Retractio membranae iuuare videtur interiorum dentium ad exteriorem maxillae marginem acceſſum. Probabili ergo ratione fulciuit Noſter diſpoſitionem utiliſſimam dentium huius animalis.

10) *Deſcriptio ſingularium nidorum, ab erucis ef-* p. 163.
fictorum, Auctore Cl. GVETTARD *. Duplicis generis hic deſcripti nidi ſunt, alii enim unicum tantum in ſe continent vermem, alii vero magnum eorum numerum unius familiae comprehendunt; communicati hi fuerunt Cl. Auctori a Duce Aurelianenſi, qui ipſi etiam, ut deſcriptionem, quam a nemine iam datam fuiſſe obſeruaret, publicaret, dedit conſilium. Hinc pro ratione adnotatae differentiae in duas partes ſecedit diſquiſitio, ex qua praecipua tantum hic exponere poſſumus momenta, quod in nimis ſubtili deſcriptione, qua ſuae obſeruationis praeſtantiam confirmauit Cl. Auctor, cunctorum explanationem dare nequeamus. Prioris generis nidus, forma ſua cylindricus, ex tribus diuerſis planis conſtat, exterius eſt tela, ex filis ſericeis coagmentata, ſubſequens bacillorum diuerſorum compoſitione fit, et tertium denſam ſericeam membranam ſiſtit. Bacilli lignei ſunt, breues, extremis liberis, media parte adnexi, quorum exactam, nec eorum maculis neglectis, explicationem

* lecta a. d. 7. Mart. 1750.

tionem Noſter adducit; interior vero membrana extus albicans, intus glabra viſcidoque obducta viſitur, ex qua fila tenuia procedunt, retis inſtar intus poſitam chryſalidem comprehendentia, orificium internum a maſſa filamentoſa implicata obturatur. Chryſalis tandem, omni hoc artificioſo apparatu inuoluta, vix dimidiam magnitudinis nidi partem aequat, cuius capacitas a dictis praecipue bacillis maximopere augetur. His ſimul cautelis, per rete filamentoſum ſcilicet, chryſalis contra iniurias, a motu externo prouenientes, defenditur, et inſectorum noxiorum ingreſſus ob clauſum orificium arcetur, quod tamen impedire vix poterit egreſſum papilionis, qui facili remouebit opera contextum filorum, ab interiori parte non adeo firmiter ſibi iunctorum et cedentium.

p. 170. Appenditur hic nidus ramulo mediante anſa, quae ex variis iuxta ſe poſitis filis, ramo circumductis, conficitur, quorum coniunctio inferius per transuerſa filamenta corroboratur. Haec ſunt, quae diſſectio nidorum manifeſtat, modum, quo omnis haec conſtructio ſuſcipiatur ab eruca, non improbabilem adfert Cl. GVETTARD, quem eo deprehendimus opinione ſua accedere, ut omnium ſtratorum conformationem ſimul fieri credat, quem vero, ut lectores

p. 176. conſulant ipſum, neceſſe eſſe arbitramur. Ad poſterioris generis nidum itaque nos conuertimus, quem varias ob rationes cum priori conuenire deprehendimus. Adfigitur enim ramo arboris, terminatur inferius in canalem clauſum, interiusque, ut in altero, obturatur per telam. Figura eius inuerſo cono, anterius compreſſo, ſimilis eſt, et ante metamorphoſeos tempus iam efformari coeptus eſſe videtur, quod variis argumentis euincere ſatagit Noſter, denuo a veritate non alienam ſupponens agendi methodum. Quodſi poſt ea mutationis perferendae accedente tempore ingreſſae fuerint erucae, tunc interiorem telam, qua una iuxta alteram adhaeret, efformant aeque ac

inuoluentem denſiorem membranam, ad horizontem poſitam, et chryſalides euadunt, quarum mediae nauiculae, inferiores autem oui formam habent. Demonſtrat ergo Noſter neceſſitatem medii, inter has intercedentis ſpatii et facilitatem, quam poſt mutationem factam in egreſſu inuenturus eſt papilio. Sed, quod utriuſque formae, prout patet, inſectorum multiplex eſt conuenientia, non immerito quaeritur, an haec inſecta unius ſint generis, an diuerſi? ad quod, quo accuratius reſpondeat, ponit hanc regulam: Quaecunque inſecta poſt mutationem primae ſuae formae ad unum genus referri debent, illa in prima a ſe non differunt, et dum eorum deſcribimus genera, reſpiciendum eſt ad quoscunque ſtatus, per quos inſecto tranſeundum eſt. Conſiderandus itaque eſt papilio, chryſalis et eruca, atque breuiſſimis exinde Cl. Auctor partes eorum delineat, et per diuerſa ſpecimina cum laudabili induſtria declarat, qua ratione noua deſcriptionis methodus proponi poſſit. Recenſet ideo viginti et unum diſtinctum genus, quae propriis etiam nominibus inſigniuit, hisque ſpecies ſubiunxit, ex LISTERO, MERIANA, ALBINO, REAVMVRIOque collectas. Nos, quo conſtet, quanto ſtudio haſce differentias perſequutus ſit Noſter, relictis definitionibus partium, pauciſſimis principes notas generum adnotabimus. p. 183.

Genus I. Pemphides. Papilio antennis clauatis, lingua, *trompe*, ſpiralis, pedes duo anteriores, breues, villoſi, alae triangulares, venoſae, internis interius reuolutis. *Chryſalis* fuſiformis, poſterius longior, anterius emarginata, media tuberculata, adhaerens duobus hamis, ope retis denſi filorum, poſterius. *Eruca* ſedecim pedibus inſtructa membranaceis, hamatis, annulis papillis rigidis, ſaepe ramoſis, praeditis. p. 186.

Genus II. Pomphalodes. Papilio, ut praecedens, pedibus inaequalibus non villoſis. *Chryſalis* anterius

acuminata, glabra, filo ſupra medio corpore alligata. *Eruca* non ſpinoſa, papillis paruis, exiguis pilis exaſperata.

p. 187. *Genus III. Pterigurus.* *Papilio*, alis inferioribus appendiculatis ſeu caudatis, interius plicatis, in quiete dorſum tegentibus. *Chryſalis* tuberculata, cono, baſi truncato, ſimilis, lateribus planis, ad horizontem adfixa. *Eruca* papillis, pilis rigidis vel nullis inſtructis, cornu mobili, in collo poſito.

p. 188. *Genus IV. Pyrallis.* *Papilio* antennis priſmaticis, lingua plana, alis inferioribus breuibus, corpori parallelis. *Chryſalis* conica, polita, in terram ſe recondens. *Eruca* leuiter tuberculata, in annulo poſteriori cornuta.

Genus V. Entaphius. *Papilio* antennis priſmaticis, lamellatis, lingua tereti, denſa, conuoluta, alis pendentibus rotundatis, inferioribus intus replicatis. *Chryſalis* conica ut praecedens. *Eruca* poſtice cornuta, cornu antrorſum inflexo et articulato.

p. 189. *Genus VI. Geometra.* *Papilio* antennis conicis, nodoſis, reuolutis, in mare piloſis, in femina ſquamoſis, lingua bipartita, triangulari: alis parallelis in mare, breuibus in femina. *Chryſalis* conica, anterius craſſior, in terram ſe recondens abſque folliculo. *Eruca* decapus.

p. 190. *Genus VII. Thips.* *Papilio* antennis conicis, curuis, villoſis, lingua duplici, alis pendentibus, ſuperius rotundatis. *Chryſalis* conica, annulis hamatis, in folliculo deliteſcens. *Eruca* annulis inferius hamatis.

Genus VIII. Tinea. *Papilio* antennis conicis, lingua duplici, extrorſum reuoluta: alis inferius rotundis, parallelis, in quiete illius corpus contegentibus. *Chryſalis* conica, glabra, in folliculo contenta. *Eruca* annuli anteriores ſunt cartilaginei, pedes membranoſi, hamati.

Genus

Genus IX. Ex, folia conuoluens. *Papilio* antennis conicis, lingua ſpirali, alis parallelis, ſuperius latis, parallelogramma formantibus. *Chryſalis* conica, glabra, intra folia conuoluta, filis adhaerens. *Eruca* octapus, hamis in circulo diſpoſitis, ad tactum fortiter ſe mouens. p. 191.

Genus X. Pyrauſta, intra folia cuniculos agens. *Papilio* antennis conicis, alis pendulis, laciniatis, quieſcente eo retrorſum conuolutis. *Chryſalis* conica, acuta, inuoluta folliculo fuſiformi, intra folii membranas deliteſcente. *Eruca* quatuordecim pedum *.

Genus XI. Acia. *Papilio* antennis conicis, lingua ſpirali, alis ad baſin rotundis, dum quieſcit, a ſe remotis, dorſo et ſcapulis faſciculato piloſis. *Chryſalis* conica, duobus uncis poſterius armata, tuba longa, a latere capitis, in folliculo in terram recondita. p. 192.

Genus XII. Supera. *Papilio* antennis conicis, granulatis, rectis aut conuolutis, glabris vel forcipatis, lingua ſpirali. *Chryſalis* conica, glabra, in folliculo vel in terra, vel in aere, vel intra folia deliteſcit. *Eruca* decapus.

Genus XIII. Pſora. *Papilio* antennis a latere plumoſis, lingua filiformis, alis pendulis, dorſum tegentibus, dum quieſcit. *Chryſalis* conica, tuba brevi inſtructa, annulis uncinatis, latens in folliculo duplici, exteriore ex terra, interiore ex ligno et filis. *Eruca* quatuordecim pedum, poſterius duo habens cornua, in cylindrico tubo latentia, mobilia, capite ſub primo annulo ſe abſcondente.

Genus XIV. Seres. *Papilio* antennis plumoſis, lingua fere nulla, alae horizontales. *Chryſalis* conica

* Huc ergo non pertinet, cuius deſcriptionem dedit ROVILLIVS in Mem. préſentés à l'Acad. Royale des Scienc. à Paris. Tom. I. p. 177. Vid. Comment. noſtr. Vol. I. P. I. p. 16 ſeqq.

intra folliculum. *Eruca* ſedecim pedum, annulis tuberculatis, pilis eorum radiatis.

p. 194. *Genus XV. Bombylius. Papilio* antennis plumoſis, lingua duplex, triangularis, alae horizontales. *Chryſalis* conica tuba breui, intra folliculum ſericeum latens, filis corporibus peregrinis et gummatico liquore iunctis. *Eruca* ſedecim pedum, annulis tuberculis glabris aut piloſis. Ad hoc genus ſpectant quorum nidos deſcripſit Cl. Auctor.

In his generibus definiendis notae manifeſtae ſunt, non negat tamen Noſter, varia adhuc ſupereſſe, quorum notae nondum ſufficienter deſcriptae ſunt: operam tamen adhibendo in reliquis etiam accuratiora cognoſci poterunt. Exempla horum quaedam addit: v. c.

p. 195. *Genus XVI. Hepialus* ſeu papilio cornu arietino, ob antennas ſurſum reuolutas.

Genus XVII. Pſaluges ſeu papilio veſpam referens, antennis clauatis, apice villoſis, a latere compreſſis, cauis. *Eruca* cornu inſtruitur in poſtico annulo, recta exporrecto.

p. 196. *Genus XVIII. Tylus* ſeu erucae ſcolopendrae ſimiles, *chenilles cloportes* REAVMVRIO dictae, ſupra planae, infra rotundae, a latere anguloſae, poſterius acuminatae. *Chryſalis* poſtice craſſa, ſubtus tranſuerſo filo adfixa.

Genus XIX. Muches, papilio maluae, alis horizontalibus: *Chryſalis* conica, glabra, farina adſperſa, in folliculo recondita et adfixa foliis per fila connectis.

Genus XX. Tentorium, cuius *papiliones* facile cum primo genere conueniunt, alis tamen, baſi rotundis, lateribus rectis et habitu ſingulari differunt.

Genus XXI. Eryopteris. Papilio alis plumoſis, *chryſalis* conica, ad horizontem filo adfixa, *eruca* ſedecim pedum, annulis tuberculatis inſtructa.

Ex

Ex hoc itaque tentamine non obſcure intelligitur, varia adhuc momenta ex comparatione diuerſae metamorphoſeos inſectorum poſſe deſumi, quae ad nouam eorum diſpoſitionem viam poſſint pandere. Facile ſimul ſubſcribimus iis, quae de ſubordinatione omnium corporum naturalium proponit Cl. Auctor, cogitatis, quibus demonſtrat, ſecundum certa principia, genera, ſpecies et claſſes a ſapientiſſimo omnium rerum creatore, corpora quaecunque formata fuiſſe et digeſta.

11) *Eclipſin lunae 1749. decembr. 23.* CASSINI DEP. 206. THVRY et MARALDI obſeruarunt.

12) *Obſeruationes de pernicioſo effectu fungi cuiusdam*, a botanicis, fungus mediae magnitudinis, totus albus, dicti. VAILL. *Bot. Pariſ.* no. 17. p. 63. Auctore Cl. MONNIER *. Hic fungus mediae magnitudinis, totus albus, quem VAILLANTIVS in claſſem fungorum foliaceorum cum caule ſolido ſine annulo refert, ab hominibus comeſtus, triſtes in corpore produxit effectus, quorum hiſtoriam aliquam Cl. Auctor tradit. Duae puellae, de huius fungi nociua qualitate licet admonitae fuerint, eundem tamen inter frutices colligebant, et duodecim eius modi fungos, ſupra craticulam toſtos, comedebant. Immo alia fercula, inde parata, menſae in prandio apponebant, de quibus tota familia ſex hominum magnam copiam cum inſigni appetitu adſumebat. Verſus horam quartam poſt meridiem una harum puellarum varia incommoda, magnum ventriculi dolorem, tormina colica, vomitus frequentes, et deiectiones aluinas perferebat. Ab eodem hoc ferculo per noctem tres alii etiam ſua incommoda experti fuerunt. Ipſa vero puella altero die per vomitus vehementes continuantesque valde debi-

p. 210.

* lecta a. d. 26. Nou. 1749.

debilitata, eiusdemque pulſus frequens, debilis vi-
que percipiendus, extremitates ſuperiores frigidae
erant. Ventriculi regio attactu tumida, et dolorosa,
et aortae pulſus vehemens percipi poterat. Interim
absque omni capitis dolore aegra mente adhuc bene
conſtabat. In hiſce ergo rebus Cl Auctor accerſitus
indicationem primariam eo dirigebat, ut cauſam per
remedia laxantia et emollientia infringeret, ideoque
iuſcula gallinarum et ptiſanam ex radice althaeae et
ſemine lini bibendam, et omni quadrihorio clyſma
emolliens iniiciendum et cataplaſmata emollientia ab-
domini imponenda, ad pulſum vero excitandum ſcru-
pulum theriacae in iuſculis ſumendum praecepit, a
p. 213. quibus remediis etiam vomitus ceſſarunt. Secundo
die ventris euacuatio aliquo modo imminuta erat,
cardialgia vero durabat. Cum itaque Auctor conclu-
deret, fungos comeſtos in primis viis adhuc haerere,
primae indicationi inſiſtens, eadem remedia prior
ordinauit, a quibus abdominis tenſio dolorosa remi-
ſit, pulſusque excitatior, minusque frequens factus,
et verſus veſperam euacuatio bilioſa cum fungorum
fruſtis ſequuta eſt. Tertio die poſt quam nox quie-
ta transacta fuerat, cutis humida pulſusque melior
inueniebatur, et urina libere fluebat, datum eſt re-
medium purgans, a quo plures fungi euacuati fue-
runt, aegraque nullum amplius dolorem ſentiens,
p. 214. placide per noctem dormiuit. Quarto die ſatis bene
ſe ſe habens, expergefacta iuſculum appetebat; paul-
lo poſt vero inſignis anxietas illam adfligebat, attoni-
ta quaſi mentisque diſpoſitio plane mutata erat, pul-
ſus valde irregularis interruptusque percipiebatur,
omnia corporis membra cum inquietudine magna agi-
tabantur, facies pallida, extremitates ſuperiores frigi-
dae, aortae ictus in ventriculi regione vehementes
obſeruabantur; dolor in infimo ventre acerrimus ſub-
oriebatur, quem ipſa aegra alias, menſtruis irruenti-
bus, erat perpeſſa; menſtrua accedebant ipſa, unde

dolor

dolor cum aliqua quiete remittebat; delirium vero durabat, menſtrua contra iterum ſiſtebantur; quae tamen poſt pediluuium redibant cum pulſu excitatiori et extremitatibus ſuperioribus calidioribus factis. Sed menſtrua denuo ſiſtebantur et inquietudo augebatur. Venae ſectio in pede inſtituebatur, poſt quam menſtrua parum apparebant, reliqua vero ſymptomata non imminuebantur, reſpiratio valde difficilis, pulſus langueſcebat, pulſatio in regione abdominali, maxillae vehementiſſima conuulſione muſculorum claudebantur, totum corpus ictero uniuerſali ſubito diffundebatur, et illa aegra ita quinto morbi die exſpirauit. In ipſo corpore icterus poſt mortem valde p. 215. euaneſcebat et color oculorum albus naturalis fere conſpiciebatur.

In cadaueris ſectione peritonaeum, epiploon et ventriculus in ſtatu naturali reperta ſunt, praeter quam quod hic circa pylorum inflammationis veſtigia exhiberet. Duodenum in ſuo principio valde inflatum, et quatuor aut quinque pollices infra orificium ductus choledochi et pancreatici quaſi contractum erat; vaſa eius ſanguine repleta, et interius maculae rubrae cum excoriatione leui animaduertebantur. Meſenterii portio, cum inteſtino duodeno connexa, inflammata et extenſa; hepar plus iuſto rubrum, durum, tumidum; bilis omnis colore viridi nigreſcente apparebat. Ductus choledochus in media ſua parte per ligamentum quoddam membranoſum praeter naturale ita erat contractus, ut ne guttula bilis in duodenum intrare potuiſſe videretur; inter hepar et illud obſtaculum ductus bile turgidus, portia compreſſa inter duodenum et obſtaculum alba et tranſparens erat; quae contractio ductus, per membranarum irritationem orta, ſine dubio icterum uniuerſalem produxit; vaſa regionis hypogaſtricae non obſtructa erant praeter illa, quae ad fundum uteri ſerpunt. Ex his ipſis ergo apparet, huius puellae

mortem a violenta irritatione partium membranosa-
rum duodeni, meſenterii, hepatis et contractione va-
forum inductam fuiſſe.

p. 216. Mater noſtrae puellae quadraginta annorum ſatis robuſta, poſt magnam horum fungorum quantitatem deglutitam nullas primo moleſtias ſenſit, poſt mediam noctem vero a doloribus ventriculi, vomitibus violentis et deiectionibus alui bilioſis liquidis expergefacta, valde defatigata fuit; pulſus paruus, debilis et frequens, abdomen paululum tumidum et tenſum, lingua ſicca et fiſſa, multusque ardor internarum partium percipiebatur. Hoc ipſo die aegrotae iuſcula copioſa et clyſma emolliens data ſunt; ſed euacuationes per totam noctem eaedem continuabant. Altero die vomitus bilioſi et cruenti perſeuerabant, uſque dum a continuato iuſculorum et clyſmatum emollientium uſu aegra paullo melius ſe ſe haberet. Tertio die illa ſatis tranquilla erat, quare purgans datum fuit, a quo multa fruſta fungorum foetida per aluum deiecit. Verſus veſperam quindecim guttas laudani liquidi in iuſculo adſumſit, poſt quod medicamentum ſomnus et aliquot tantum de-
p. 218. iectiones ſequebantur. Quarto die deiectiones rubicundae et foetidae erant. Quare potus emolliens et clyſmata anodyna continuo ingerebantur, verum deiectiones alui, cum ſanguine tinctae, auctae ſunt. Pulſus debilis et vix perceptibilis, extremitates frigidae erant, et aegra nullas in abdomine turbas ſenſit, abdomen ipſum molle et tantum verſus regionem epigaſtricam aliquo modo tenſum tangebatur. Quinto die fluxus ſanguinis continuauit, fruſtra omnibus adhibitis, aegra in ſoporem incidit, facies eius inflata et in oculis icteri, qui per totum corpus iam diffuſus erat, ſigna apparebant. Materia, ſanguine atro tincta et pituita viſcida mixta, et ſimul ſanguis grumoſus, qui magnam vaſorum ſanguineorum eroſionem indicabat, reiiciebatur; toto die valde debilis,

ſurda et ſine omni ſenſu aegra videbatur. In his anguſtiis hoc ipſo die datum fuit lilium Paracelſi, ſpiritus volatilis cornu cerui ſuccinatus, a quo vero remedio ſymptomata neutiquam mutata fuerunt. Cum p. 219.
itaque aegrota haec per copioſas deiectiones et ſanguinem grumoſum reiectum valde debilitata eſſet, nec ullum tamen dolorem ſentiret, ad haemorrhagiam ſiſtendam et putredinem gangraenoſam auertendam medicamentum lene adſtringens adhibendum eſſe Noſter iudicauit. Hoc vero ut eo felicius ſuccederet, et materia, in viſceribus haerens, moueretur, ipſorumque actio reſuſcitaretur, emeticum ex ipecacuanha et conſerua roſata praemiſit, a quo etiam per vomitum magna quantitas materiae viſcidae, cum ſanguine mixtae, eliminata fuit. Poſt haec data ſunt tinctura roſarum rubrarum, cum ſpiritu vitrioli facta, quae ſanguinis euacuationem imminuit. Ne vero materiae nociuae reiectio ſubito ſupprimeretur, tinctura rhabarbari, cum aqua cinerum ligni recentis praeparata, interpoſita fuit, poſt quorum remediorum uſum die ſeptimo ſanguinis fluxus diſparuit, et materiae nociuae expulſio in naturalem ſtatum mutata fuit, et pulſus eleuatio ſenſuumque uſus rediit. Die octauo ſub continuato remediorum uſu tres tantum deiectiones naturales factae ſunt. Die nono materia reiecta meliorem colorem induit, interim icterus et facies liuida permanſerunt. Quare data fuit ptiſana ex radice cichorei, taraxaci et ſcorzonerae, cuius menſurae uni drachma una ſalis GLAVBERI admiſcebatur, a quo medicamento motus febriles, ſomnus et ſudor prouenerunt. Die undecimo urina flaua ſine ſedimento erat, icterus euaneſcebat, et a die decimo quarto melius ſenſim meliusque ſe habere coepit. Huius feminae ſoror triginta ſex annorum, quae etiam eius modi fungos comederat, primo quidem nulla incommoda ſenſit, altero vero die vehementia abdominis tormina et vomitus pertulit, nec a theria-

ca

ca et clyſmatibus emollientibus et anodynis haec mala leuata, ſed omnibus ſymptomatibus, quae in horore aderant, adflicta fuit perpetuo, et a tuſſi ſupeueniente ipſi ulcus in pulmone ſiniſtro natum, quod per ſeptem annos tulit, poſtquam eius morbus eandem periodum, ac in ſorore, abſoluerat, iisdemque
p. 221. remediis curatus fuerat. Tres reliqui huius familiae homines non tam grauia ſymptomata experti ſunt. Pater familias quinquaginta annorum ſatis robuſtus, altero die torminibus colicis vehementibus et euacuationibus per ſuperiora et inferiora copioſis, conuulſionibus muſculorum abdominalium, femorum, lumborum, et gulae, tumore et contractione abdominis vexatus eſt. Sed ab omnibus his poſt olei, theriacae et potus emollientis uſum liberatus eſt. Quinta perſona, hoc cibo venenato infecta, erat puella viginti annorum, tenera et debilis, quae ex metu morbi pectoris, familiae proprii, regimen diaetae exactum ſeruauerat. Haec duo tantum fruſta fungorum adſumſerat, et uſque ad alterius diei meridiem ab omni moleſtia libera manſit. Poſt ea vero, uti reliquos, eandem praecordiorum anxietas, vomitus, alui fluxus cum pulſu paruo, debili, fere inſenſibili, inflatione et pulſatione regionis epigaſtricae adgrediebantur, quae vero ſymptomata omnia etiam eodem die ceſſabant, praeter ultimum, quod ultra quinque dies perſeuerauit. Praeter ea per tres ſeptimanas neque ſomnus neque appetitus aderat, et dolores femorum et lumborum ſentiebat, uſque dum regulari diaeta natura adiuta etiam haec ſuperauerat.

p. 222. Sexta perſona, quae eandem fungorum copiam deuorauerat, ac illi, qui perierant, nihil omnino per viginti ſex horas, nullas moleſtias inde experta eſt. Fieri vero potuit, ut illa a curſu defatigante, quem pedibus inſtituerat, malum ſuperauerit, adeoque tantum nauſeam quandam vomitusque moderatos per tres dies pertulerit. Interim tamen inflatio-

nem

nem et pulſationem ventriculi percepit, quae remediis ſupra indicatis tandem ſublata fuerunt.

Ex his ergo morbi hiſtoriis apparere argumentatur Cl. Auctor, illum *fungum mediae magnitudinis, totum album*, re vera pernicioſum eſſe et ſymptomata letalia efficere poſſe, neque ea ipſa eſſe tantum vitiatae digeſtionis effectus, qui ab inflatione ventriculi per ſpongioſam hanc plantam introducta et a frigore coagulante facta prouenerunt, ſed potius irritationem inflammatoriam a ſucco huius vegetabilis productam fuiſſe, licet illorum ſapor nec acris, nec rodens cognoſcatur. Porro illa ſymptomata non pro conſueto illo morbo cholera et dyſenteria, quae menſe auguſto et ſeptembri graſſantur, habenda ſunt, ſi quidem valde notabile foret, quod unius familiae ſex perſonae hoc morbo epidemico tantum correptae fuerint, qui fungos hos adſumſerant, ab hoc ſalui. Concedit tandem Cl. Auctor choleram et dyſenteriam quidem fuiſſe morbum, qui vero immediate a ſucco fungi venenato originem duxit.

13) *Obſeruationes botanico-meteorologicae in caſtello*, Denainvilliers *dicto, in regione, cui* Pluviers en Gatinois *nomen eſt, per annum 1748 inſtitutae a Cl.* DUHAMEL *. Eadem eſt illarum ratio, quam olim iam expoſuimus **. Iis tamen nunc duodecim tabulas adiecit Cl. Auctor, ad totidem anni menſes relatas, ſeptem columnis interſtinctas, ut, quo modo aeris viciſſitudo ſingulis omnium menſium diebus ſe habuerit, ſub unum quaſi adſpectum cadat. Illarum enim columnarum prima dierum ſinguli menſis numerum ſiue ordinem, ſecunda plagam, ex qua orti fuerunt venti, tertia, quarta et quinta, thermometri, mane, ad meridiem et veſperi, obſeruatos altitudinis gradus, ſexta p. 224.

* lect. d. 21. Maii 1749.
** vid. Commentar. noſtr. Vol. I. P. II. p. 272. et Vol II. P. II. p. 214.

ſexta eosdem barometri, et ultima tandem ipſum coeli varium ſtatum continet atque exponit.

p. 255. 14) *Commentarius de noua ſpecie coloris coerulei, ad artem tinctoriam applicata, quam nec iſatis nec indigo ingrediuntur.* Auctore Cl. MACQVER *. Artem tinctoriam chemicorum laboribus perfici certum eſt, Cl. Auctor itaque in hoc ſtudio egregie verſatus coeruleum pruſſicum, picturis egregium colorem imprimens, etiam telis variis tingendis aptum reddere tentauit. Terra aluminis et partes martiales vitrioli viridis, ſale alcali praecipitatae, cui mediante igne phlogiſton annexum eſt, colorem hunc ſiſtunt. In experimentis itaque inſtitutis faſciculum filorum goſſypii, et ſerici nec non partem panni albi in ſolutionem aluminis et vitrioli immerſit, quo facto his color citreus inpreſſus fuit, praecipitata terra martiali. Partes ita tinctae lixiuio alcalino ſulphureo calido immiſſae, efferueſcentia facta colorem gryſeum ſuſceperunt, et in aquam calidam, acido vitriolico inpraegnatam, immerſae, nouam excitarunt efferueſcentiam, qua deſinente non tantum liquor ipſe, ſed et partes tinctae colore coeruleo imbutae conſpiciebantur, qui etiam poſt iteratam loturam in aqua calida perſiſtebat, in humido quidem ſtatu obſcurior, poſt exſiccationem dilutior, in filis magis, quam in parte panni. Color vero, qui in rebus tinctis poſt coctionem in aqua ſaponata prorſus diſparuit, in decocto aluminis longe perfectior redditus fuit.

p. 258. Cum itaque ex experimentis his inſtitutis pateret, colorem hunc tingendis rebus aptum eſſe Cl. Auctor plura tentauit, quo colorem magis aequalem redderet, eius pretium imminueret et alia artis tinctoriae commoda aſſequeretur, quae tamen, cum a noſtro inſtituto aliena ſint, aliis diiudicanda relinquimus.

15) *Com-*

* lecta d. 16. Apr. 1749.

15) *Commentarius ſecundus de tranſpiratione inſenſibili plantarum.* Auctore Cl. GVETTARD. In praecedenti commentario * declaratum fuit, ex plantis ſimili modo diſpoſitis alias plus, alias minus perſpirare; non calorem tantum, ſéd radiorum ſolis acceſſum tranſpirationem intendere; ſuperficiem ſoli expoſitam plus perſpirare, quam alteram in umbra collocatam; plantas hyeme foliis ornatas et florentes, eo tempore tamen minus perſpirare, quam aeſtate. Quicquid itaque et repetita et ex conſilio academiae ſcientiarum inſtituta experimenta porro docuerunt in hoc commentario declaratur. Nos vero ex ſeptendecim experimentis hic expoſitis praecipua tantum indicabimus momenta. p. 265.

Quo Cl. Auctor varietatem actionis radiorum ſolarium, in perſpiratione intendenda et imminuenda cognoſceret, a die ſexto iunii uſque ad finem auguſti obſeruationes accurate inſtituit, liquore perſpirante quotidie ante ortum ſolis diſquiſito, et pondere eius in tabula addita notato, quo cum aeris coelique conditione, in aliis tabulis circa finem annexis, comparari queat. Ramus cotini trium drachmarum et duorum granorum intra hoc tempus triginta uncias et octodecim grana liquoris perſpirantis exhibuit. Porro ex quantitate pluuiae perſpirationem non poſſe aeſtimari, eandem potius, ſole poſt tempus pluuioſum apparente, non proximo ſed ſequentibus tandem diebus, auctam fuiſſe oſtenditur. Hoc quidem in arboribus, quarum radices profundius ſerpunt, et ita ſufficientem ſucci copiam colligere poſſunt, cognoſcitur. p. 266.

Varia cum aurantiorum arbuſculis inſtituta experimenta confirmant, arborem, cuius rami omnes in cauum, ad quod aer renouatus accedere non potuit, incluſi erant perſpirationem parum mutatam exhibuiſſe, ex quo forte colligi poteſt, folia vix tantam copiam p. 271.

* vid. Commentar. noſtr. Vol. II. Part. IV. p. 626.

piam humiditatis ex aere attrahere, ut vulgo assumitur.

p. 273. Experimenta cum variis geranii speciebus instituta, aliis in cellam subterraneam repositis, aliis in aere libero relictis declararunt, in loco subterraneo exiguam certe perspirationem fuisse. Hinc ratio cognoscitur, cur plantae, quae per hyemem in cellis asseruantur, maxime quidem excrescant, sed colore albo conspicuae sint, ut folia cichorei; maxima enim humidi copia attrahitur, et cellulae extenduntur, sed color viridis tunc demum, quando aeri liberiori exponuntur, inducitur.

p. 277. Longissimus solani, quod dulcamara dicitur, ramus in duos globos vitreos introductus fuit, ita, ut unus extremam, alter mediam partem rami in se contineret; inuoluto itaque uno globo, altero libero relicto, et diuerso quoque tempore nunc uno, nunc altero globo inuoluto, semper tamen in globo tecto tanta copia liquoris non inuenta fuit, quam in libero.

p. 280. Eadem phaenomena in rosmarini ramis vidit Cl. Auctor, ubi ramis introductis unum globum sub fenestra, charta tectum, alterum extra fenestram collocauit, licet enim sub fenestra maior calor per thermometrum indicaretur, copia tamen liquoris perspirabilis parcior inuenta fuit.

p. 281. Eodem apparatu cerei perspirationem disquisiuit Noster, et non tantum praecedentem experientiam confirmauit, sed simul ostendit, quam exigua in plantis succulentis sit perspiratio, ita, ut inde pateat, cur ad illas conseruandas tam parca aquae copia affundi debeat, et cur tam facile putrescant, si nimia humiditas circa radices persistat.

p. 282. Hoc experimentum quoque perspirationi fructuum succulentorum disquirendae occasionem dedit. A die 21. iunii ad 7. iulii, fructus et folia melonis, *cantalupi* dictae, sub examen vocauit, fructus ponderis drachmarum septem et granorum quinque drachmam semis

ſemis liquoris perſpirauerat, folium uncias duas et drachmas tres, licet pondus eius tantum drachmae ſemis et granorum viginti ſex inueniretur. Quamuis vero in hoc experimento aliqua pedunculi fructus laeſio acceſſum ſuccorum impedire et ita perſpirationem imminuere potuerit, tamen minimam fructuum perſpirationem alia experimenta, cum uuis et fructu melongenae facta, confirmant; uua ponderis unciae unius et ſex drachmarum in viginti quatuor horis grana viginti quatuor et alia trium unciarum quinque drachmarum et viginti quatuor granorum vix drachmam liquoris exhibebat. Monet hic Cl. Auctor in aeſtimandis his experimentis et ad pelluciditatem vitri et ad folia, umbram forte efficientia, reſpiciendum eſſe, quibus cauſis acceſſoriis perſpiratio omnino varia redditur. Nec alia conſectaria inde deducenda negligit: Qui uuas in ſaccos chartaceos immittunt, non tantum ab auium inſultibus defendunt, ſed maius baccarum incrementum reddunt: Fructus ideo ſub foliis arborum collocantur, quo magis increſcant, incrementum itaque impeditur, ſi folia nimium decerpuntur; in fructibus ad maturitatem accedentibus coelum nubibus interdum tectum, perſpirationem impediendo, molem auget.

Et in floribus perſpirationem minorem inuenit p. 286.
Cl. Auctor. Stramoneum flore albo maiore hoc euidenter declarauit. Flos ponderis duarum drachmarum et triginta granorum in viginti quatuor horis circiter dedit drachmam unam et octodecim grana liquoris, folium ponderis drachmae unius et ſemis drachmas quinque et ſemis liquoris perſpirauerat, tota autem die coelum ſerenum erat. Nec perſpiratio ex ſuperficie aeſtimanda eſt; flos enim ſtramonei quarta circiter parte maior erat, quam folium, tamen perſpiratio minor inueniebatur.

Exiguam quoque perſpirationem partis lignoſae p. 288.
arborum, quam in priori commentario iam declaraue-

rat Noſter, ulterioribus experimentis nunc definire tentat, et praeter ea in arborum, hyeme virentium et florentium, perſpirationem inquirit, eamque aeſtate ſemper auctiorem eſſe, quam hyeme oſtendit; cupreſſus enim aeſtate per ſex dies plus perſpirauerat, quam menſis ſpatio hyemali tempore. Iuniora folia perſpirationem non augere alio experimento commonſtratur, et tandem ſuperficiem folii ſuperiorem plus perſpirare quam inferiorem oſtenditur, an vero ſuperficies ſuperior ideo, quoniam actioni ſolis expoſita eſt, magis perſpiret, quae Cl. Auctoris ſententia eſt, an fabrica ipſa differentiam inuoluat, nunc definire vix poſſumus.

p. 318. 16) *Stellas quasdam a luna occultatas 1749. obſeruauit Cl.* MONNIER, *filius.*

p. 319. 17) IDEM *lunaris eclipſeos menſis decembri 1749 diſquiſitionem, a ſe inſtitutam,*

p. 320. 18) *Eandemque Pariſiis a ſe obſeruatam, Cl.* DE L'ISLE *expoſuit.*

p. 322. 19) *Commentarius quintus de glandulis plantarum et quartus de uſu harum partium in definiendis generibus plantarum*, Auctore Cl. GVETTARD. Methodo hactenus recepta examen congenerum plantarum ſuſcipit Noſter. *Chamaelinum* VAILL. ſiue *linocarpum* MICH. quod ob partium ſitum et fabricam cum *lino* conuenit, et ſolo numero partium floris differt, a LINNAEO ad *linum* relatum fuit, has tamen plantas diſtingui poſſe Cl. Auctor aſſerit, cum *chamaelinum* glabram ſuperficiem oſtendat, *linum* vero filamenta
p. 324. conica et glandulas cupulatas habeat. *Fabam* et *viciam* Cl. LINNAEVS quoque coniunxit, quoniam ad differentiam figurae ſeminis et foliorum non attendit, in *fabis* tamen, licet primo intuitu glabris viſis, accura-

curatius diſquiſitis, filamanta cryſtallina ad pedunculos in primis et in fructu inueniuntur, quae in *viciis* nunquam conſpiciuntur. *Agrimoniae* ſemina ſiue capſulae filamentis recuruis, *agrimonoidis* vero cylindricis inſtructa ſunt, quae differentia unica eſt; in utriſque enim plantis folia ſuperius et inferius nec non caules et calices filamentis ſimilibus cylindricis, intermixtis glandulis cupulatis, praedita ſunt. Licet igitur inſignis ſit conuenientia, Cl. Auctor tamen, ob fructus filamenta, differentiam generis admittit. *Mimoſae* et *acaciae*, nec non *medicae*, *medicaginis* et *foenugraeci* confinia genera in variis ſpeciebus diſquiruntur, et inter ſe comparantur, nihil tamen certi de genere definiendo exponitur, cum inſignis in glandulis et filamentis inueniatur varietas. p. 326.

Planta, quae *iaſminum ilicis folio* dicitur et quae a LINNAEO ad *lantanas* relata fuit, ideo nouum genus conſtituere videtur, quoniam omnibus partibus etiam in petalis glandulas cupulatas purpureas, viſcido liquore repletas oſtendit, filamenta tamen in tubo floris conſpicua conica ſunt; *lantanae* vero ſiue *camarae* ſpecies glandulas globulares obtinent, colore in iis uario occurrente, et filamenta conica papillis veſicularibus inſidentia. In *adhatodae* et *barleriae* nec non *ficoidis* et *trifolii* ſpeciebus diſquirendis Cl. Auctor poſtea verſatur, ſed varietas inſignis efficit, ut nihil certi definiatur. p. 329.

Licet in *limonii* ſpeciebus aliqua in glandulis et filamentis deprehendatur differentia, eaedem tamen vix in noua genera diuelli poterunt, ita, ut Noſter *ſtaticen* a LINNAEO quoque ad *limonia* relatam, eo referri poſſe aſſerat. p. 349.

Petaſitidis, *tuſſilaginis* et *cacaliae* genera, quae ob differentiam florum ſeparata, a LINNAEO tamen ſub *tuſſilaginis* genere coniuncta fuerunt, apte quoque coniungi poſſe oſtenditur, omnes enim in ſuperiore, magis tamen in inferiore foliorum parte filamenta valuulis diſtincta gerunt, ex quorum apice filamentum tenue goſſypio ſimile exit, quod p. 354.

cum vicinis, intra maiora filamenta disposítis album tomentum format.

p. 355. Progreditur Cl. Auctor ad considerationem generum *solidaginis*, *iacobaeae*, *iacobaeoidis*, *virgae aureae*, *senecionis*, *iacobaeastri*, *asteris*, *helenii* et *doronici*, nullibi tamen ex recepta methodo generum confinia definire valet. *Gerania* quoque considerando aptam non inuenit diuisionem, sed omnes species sub uno genere collocari debere agnoscit, licet moneat *gerania batrachoidea* magis tomentosa et filamentis rigidioribus praedita esse, *geranium haematodes* et species vicinas eadem parcius ostendere, *gerania myrrhidis folio* iis abundare, haec filamenta vero conica esse apice recuruo, *gerania africana* ut plurimum glandulis cupulatis instructa esse, quae tamen non raro exiguae deprehenduntur et liquoris vi cidi indurati speciem referunt.

p. 365. Tandem ad varias obseruationes in monopetalis irregularibus labiatis collectas accedit Cl. Auctor. *Origanum* et *maioranam* cum LINNAEO coniungit, quoniam omnes species glandulas globulares aurei coloris et filamenta breuia alba obtinent; similes partes in *satureia* et plurimis *thymbrae* speciebus conspexit, et *thymum* et *serpillum* plantas a LINNAEO iam coniunctas eo referre nullus dubitauit. Quasdam *clinopodii* species ad *thymbras* iam relatas fuisse porro monet, sed alias ob glandulas cupulatas omnino distingui posse addit. *Moldauicae*, *lamii* et *galeopsidis* varias species, ex methodo assumpta diiudicatas, recenset. *Ruischianam* quam BOERHAAVIVS ob medium labii inferioris segmentum spirale vel contortum ab *hyssopo* separauerat, et quam LINNAEVS iterum ad genus hoc reduxerat, eodem modo ut *hyssopum* filamentis conicis articulatis et glandulis globularibus instructam vidit. *Lauendulam* et *stoechadem* ob filamenta ramosa et glandulas globulares Cl. Auctor quidem coniunxit, quaedam tamen filamenta longa parum ramosa

et

et glandulas parciores obtinent, aliae glandulas copioſiores et filamenta magis ramoſa oſtendunt.

20) Cl. DE FOVCHY *eclipſeos lunaris*, quam ſu- p. 378.
perius iam nominauimus, *obſeruationem* in obſeruatorio regio inſtitutam edit.

21) Cl. DE MONNIER vero filius *phaſes eclipſeos* p. 379.
ſolaris iulii 25. 1748. in caſtello ſextiae Aberdour obſeruatas.

22) *Obſeruationes anatomicae ad illuſtrandam foe-* p. 385.
tus hiſtoriam, Auctore Cl. DE LA SONE. Differentias, quae foetum et natum hominem intercedunt, haud paucas iam legimus a variis diſſectoribus accurate deſignatas, omnes itaque hic exponere noluit Cl. Auctor, ſed aliquas tantum, in quibus recentia quaedam momenta animaduertenda eſſe inuenit. Sunt eae hic propoſitae duplices, prima de vero ventriculi ſitu, altera de glandulis ſuprarenalibus agit, in utraque WINSLOWI adnotata ſequutus eſt.

In foetus ventriculo itaque curuaturae, quae nunquam vere horizontales ſunt, nunc verticales potius deprehenduntur, ut orificia ad perpendiculum ſint poſita, quod, ſi leuatur, qui eam contegit, hepatis lobus, apparet. Hinc ventriculus in hypochondrio ſiniſtro latet, quem locum hepar in foetu ſiniſtrorſum exporrectum eum occupare cogit, quod, ſenſim in homine nato retractum, libertatem ventriculo concedit et differentiam ſitus, quem tunc obſeruamus, efficit.

Glandulae ſuprarenales, foetui in primis inſer- p. 387.
uientes, in variis conditionibus ſaepe diſcrepant. Impoſitas reni inuenit Cl. SONE ſic, ut baſis ſupra anteriorem renis faciem deſcenderit multum, nec non productione linguiformi per extremitatem internam ad ſinum renis uſque peruenerit. Magnam

itaque renis partem tegunt et eum, ut aliis non bene visum est, sua magnitudine adaequare, vel superare videntur: habent figuram semilunarem, vel compressam, in facie anteriori sinus semilunaris, vario modo profundus, conspicitur, alius, sed raro, posterius deprehenditur. Conteguntur praeter ea hae glandulae et continentur per membranam adiposam renis, quae, per basin inter eas et renem penetrans, saccum format, et vicinis partibus eas nectit. Fit aliquando, ut una glandula altera maior sit, quod praecipue de dextra valet. Alia deinde peculiaris membrana eas inuestit, quam duplicatam esse detexit Noster, tela cellulosa distinctam et moleculis seu granis pinguedinosis dispersis refertam, quae in homine nato, aeque ac illa pinguedo, quae a rene glandulam secernit, copia aucta, remouent illam a rene. Inter granula haec pinguia alia adhuc nondum descripta ob-

p. 389. seruata sunt a Cl. Auctore, secundae laminae tunicae propriae insidentia, granula nimirum minus alba, firmiter adnexa, diaphana, dura, magnitudinis discrepantis sub papillarum forma vel paullum elongata, copiosa, ad basin semper plura, aperta, quae humorem viscidulum emiserunt. Putat ergo Noster ea cum corticali substantia glandulae communicare. Optime illae in foetu maturo obseruantur, in adultiori homine disparent, tribus vicibus eodem modo eas deprehendit Cl. Auctor, quarum veram itaque indolem ulterior confirmabit disquisitio.

p. 391. Tandem, renem cum glandula simul dissecando, detexit ex superiori renis parte inter basin glandulae procedens vasculum ramulis suis supra renem dispersis, nec non aliquando aliud, in externam capsulae membranam eodem modo ramificationibus distributum.

p. 392. 23) *Commentarius sextus de glandulis plantarum et quintus de usu harum partium in definiendis generibus plant-*

plantarum, Auctore Cl. GVETTARD. *Emerum* et *ſecuridacam* cum *coronilla* coniunxit Cl. LINNAEVS nec magna videtur Cl. Auctori differentia; licet enim *emerus* filamenta nauiculam referentia, et *ſecuridaca* cylindrica habeat, quae in *coronilla* deſiderantur, tamen et illa parciora et ſaepius vix conſpicua deprehenduntur. Differentia, quae *granadillam* et *murucuiam*, genera a LINNAEO coniuncta, intercedit, leuior quoque eſt, *granadilla* enim filamenta conica, quae forte valuulis diſtinguuntur, et ſtipulas ſiue glandulas acetabuliformes obtinet, quae in *murucuia* non apparent, niſi papillas a latere caulis poſitas conſideres; ſed et non nullae *granadillae* ſpecies glandulis modo dictis deſtituuntur. *Achyrophori* et *hypochoeris* ſpecies non niſi maiori vel minori rigiditate filamentorum differunt, in illis enim ſpinulae quaſi ſunt, in his longe molliores inueniuntur, exiguam tamen hanc differentiam ad genus diſtinguendum et ideo aſſumit, quoniam ſemina in prioribus pappum ſimplicem, in poſterioribus, plumoſum, gerunt. *Blairiam* HOVSTONI a *verbenis* eximit ob filamenta in apice recurua, varia de ſpeciebus *verbenae* ſubnectit Cl. Auctor, et in *partheniaſtri* et *tarchonanthi* differentias inquirit. p. 396.

Sedum, *ſemperuiuum* et *anacampſeros* non tantum coniunguntur, ſed *cotyledon*, *craſſula*, *tillaea* et *rhodiola* a LINNAEO ſimul adduntur, quoniam glandulam nectariferam ad baſin cuiuslibet partis ouarii habent, ſtaminumque numerus incertus deprehenditur; concedit itaque Noſter in his plantis ſuculentis filamentorum et glandularum differentiam inſignem non eſſe, eandem tamen in variis ſpeciebus accurate deſcribit, et concludit *ſemperuiuum* et *ſedum* melius coniungi poſſe, quam *anacampſerotis* ſpecies cum *ſedo*, *cotyledones* et *craſſulas* inter ſe conuenire, et *anacampſerotis* ſpecies cum *rhodiola* combinari poſſe. *Maluauiſcum* a *ketmia* diſtinguendum eſſe aſſerit, quo- p. 400.

niam in flore ex glandulis purpureis cupulatis glutin aliquod excernitur, quod florem viſcoſum, aliter quam in *ketmia* reddit, qua occaſione etiam exames
p. 408. variarum ſpecierum *ketmiae* exponitur. *Taraxac noides* a *taraxaco* cum VAILLANTIO diſtinguit Cl. Auctor et in ſpecies diuerſas inquirens, alias filamentis furcatis, alias conicis valuulis diſtinctis inſtructa vidit. *Taraxaci* ſpecies filamenta conica obtinent, ideoque una, quae filamentis plumoſis inſtructa eſt,
p. 411. a reliquis ſeiungi poſſet. *Santolinae* et *bacharidis* ſpecies quoque diſtingui poſſunt, cum aliae filamenta ſimplicia valuulis diſtincta, aliae faſciculata obtineant. *Comae aureae* ſpecies, quae ad *bacharides* referuntur, filamenta quidem ſimplicia, ſed praeter ea quoque glandulas globulares ſulphurei coloris obtinent.

p. 415. Sequitur nunc tractatio de ſpeciebus *helychryſi*, *gnaphalii* et *filaginis*; non nullae ex his praeter tomentum glandulis cupulatis praeditae ſunt. Simili modo *ciſti* et *helianthemi* ſpecies comparatae ſunt, in quibus praeter filamenta faſciculata ſimiles glandulae
p. 427. deteguntur. In ampliſſimo *centaureae* genere a Cl. LINNAEO ſtabilito, nunc verſatur Noſter et genera ab aliis diſtincta et concurrentes ſpecies examinat, praecipue vero obſeruata VAILLANTII perficere tentat. Haec vero paucis indicare vix poſſumus, cum quilibet cognoſcat, quam difficile limites generum et
p. 441. ſpecierum in his plantis definiantur. Tandem genera a Cl. LINNAEO coniuncta, *quercus*, *ilicis* et *ſuberis* optime coniungi poſſe oſtenditur, cum in omnibus turiones et folia, in primis iuniora, filamentis faſciculatis albis praedita ſint.

p. 444. 24) *Experimenta et obſeruationes in Italia inſtitutas* recenſet Cl. NOLLET. Primo de electricis agit, quorum cauſa potiſſimum iter italicum inſtituit. Hic nec Auguſtae Taurinorum Cl. BIANCHI purgationes electricas, nec Venetiis Cl. PIVATI odorum per vitra trans-

transmiſſionem ſucceſſiſſe refert. Haec omnia iam innotuerunt. * Deinde a P. GARO ex ordine minorum, Profeſſ. Philoſ. Taurinenſi, vaſculum vitreum, in monaſterio quodam virginum religioſarum Taurini, cum putei fundus purgaretur, repertum adduxit. Integrum eſt, ubique clauſum, nulla commiſſura apparente, tamen fere plenum aqua, cui bulla aerea ſuperſtat. Haec aqua, quo modo eo peruenerit, niſi poros vitri tranſeundo, intelligi nequit, cum ſumma adhibita attentione, armato etiam oculo, aperturae ullibi factae veſtigium detegere NOLLETVS nullum potuerit; calefacto autem vitro, ut manibus tractari amplius nequiuerit, gutta nulla, vapor nullus exierit. Num pondere atmoſphaerae et aquae putei incumbentis preſſa aqua eo peruenerit, in dubio relinquit Noſter. p. 460.

In regione Pedemontana prima folia, quae mori protrudunt, bombycibus nutriendis adhibentur: Haec menſe elapſo, alia ſequuntur, ſed a Pedemontanis eidem uſui non adhibentur, expertis, ut retulerunt Cl. Auctori, ſi his etiam foliis arbores priuentur, proxima hieme perire. Cum vero Thuſciam intrauit, praecipue agros Florentiam circumiacentes, diuiſos inter moros et oleas vidit, miratus, tot ibi bombycibus nutriendis minorem copiam mororum ſufficere, cum in Pedemontio hae arbores terram omnem occupent, reſponſum tulit ab intelligentibus, duas bombybum educari generationes, iuniorem ope foliorum ſecundorum. Hoc ſumma auctoritas Comitis DE RICHECOVRT, miniſtri imperatoris, Cl. Auctori abunde confirmauit. Idem vir illuſtris, cuius ſingularem erga ſe fauorem Noſter laudat, permiſit eo tempore, quia prima bombycum generatio perierat, tertiam foliis tertiis educare. Alias haec p. 466.

* Ex tranſact. philoſ. n. 494. verſa leguntur *im Hamburgiſchen Magazin, Band IX. Stück V.* vid. Commentar. noſtr. Vol. I. P. IV. p. 686.

folia bombycibus dare prohibitum est, quia bouibus aliisque animalibus domesticis pabuli loco inseruiunt, in regione, non alia pascua habente, quam paucum illud herbarum, quod ad vias publicas et sepes crescit. Igitur his animalibus sustentandis, melonum cortices ex plateis colliguntur, fruticum arborumque folia, mori praecipue, nam oliuae, cum fructus tardius matureſcat, arbori relinquuntur, et minus libenter iis vescitur pecus. Igitur morus a maii initio ad septembris finem perpetuo folia protrudit in regione, ardori solis quam maxime exposita. Hinc colligit Cl. Auctor, in Gallia etiam duas bombycum familias educari posse.

p. 469. Myrtorum folia in regno Neapolitano colligi refert, et coriis praeparandis ita adhiberi, ut apud alias gentes quercus cortex adhibetur. Cannabis in territorio Pedemontano et Bononiensi species duae coluntur, altera tenuior et minus alta Picardiensi, unde lintea praeparantur, crassior et altior vestibus inde faciendis adhibetur. Huius speciei caulis in parte infima diametrum habet pollicis magnitudine, altus est paullo plus, quam pedes octodecim, leuis, albus, splendens, a feminis honoratioribus, cum rus voluptatis causa inuisunt, baculorum loco adhibetur.

p. 474. Plura de oeconomia rustica Pedemontanorum Cl. NOLLETVS addit. Deinde lapidem calcarium Pedemontanorum describit, et calcis parandae methodum, aliaque ad architecturam pertinentia, tandem quae ad aeris statum spectant. Inter haec est, de periculo, quod in omni Italia, Florentiae et regno Neapolitano interiecta, iter facientibus minatur, obseruatio, quod plerumque ex subitaneis frigoris calorisque vicissitudinibus nasci Noster existimat, cum augusto mense vehemens frigus nocturnum senserit. Aerem aiunt paludum vaporibus infectum, sed eadem loca paludosa sola pascua illis sunt, eoque e longinquo pecus agitur, nullum inde damnum sentiens. Monti

teſtaceo ſubiectis caueis ingens frigus ineſſe Romani aiunt, vinumque, quod ibi ſeruatur et diuenditur, glaciei frigus habere, ſed Noſter in tali vino thermometrum Reaumurianum gradibus $9\frac{1}{2}$ ſupra congelationis terminum conſiſtere expertus eſt, cum liberi aeris temperatura eſſet graduum 18. Maius ergo utique frigus eſt in his caueis, quam in aliis multo profundioribus, quod, num a natura materiarum, ex quibus mons compoſitus eſt, pendeat, non liquet.

25) *De ſtructura viſcerum, quae glanduloſa vocantur, et praecipue de illa renum atque hepatis.* Auctore Cl. FERREIN. In viſcerum ſtructura plura ſunt, quae luculenter apparent, varia quoque, quae omni adhibita opera dilucidari ſufficienter non poſſunt. Nemo neſcit, quid MALPIGHIVS de glanduloſa hepatis, lienis, renum, corticalisque ſubſtantiae cerebri ſtructura ſenſerit, nemini etiam incognitum eſt, quanta cum ſollicitudine omnem hanc fabricam non niſi vaſculoſam eſſe, demonſtrare fuerit anniſus RVYSCHIVS, et quantum a variis, praecipue autem BOERHAAVIO elaboratum fuerit in eo, ut, utramque fabricam in renis compoſitione fuiſſe coniunctam, declararetur. Tantorum itaque virorum hypotheſes animo voluens Cl. FERREIN, ipſiusque naturae penetralia ſtudioſe diſquirens, utriuſque generis ſtructuram non adeſſe detexit, ſed id, quod pro glandulis aut vaſorum complicationibus habitum eſt, admirandam compoſitionem canalium alborum, cylindricorum, varieque plicatorum, eſſe demonſtratum iuit. Si enim, quod RVYSCHIVS aſſerit, omnis textura arterioſa, vel ex vaſis ſanguiferis compoſita eſt, neceſſe etiam eſſet, ut extremitates vaſculorum omnium rubrae et nudo et armato compareant oculo. Confirmauit RVYSCHIVS haec phaenomena per viſcerum, a ſe praeparatas, partes, ſed nimis ſubtili uſus eſt iniectione, quae roris inſtar per poros vaſorum facile

p. 489.

p. 492.

facile penetrare potuerit, vel exſiccatas etiam partes contemplatus eſt. Quodſi vero recentia viſcera, in viuis animalibus, vel eorum vaſa, ab inflammatione ſanguine turgentia diſquiruntur, tunc ſemper Cl. Auctori ſe conſpiciendam dedit ſubſtantia alba, gelatinae inſtar tranſparens, nullo rubro colore tincta, quae poſt exſiccationem vero tota euaneſcit. Idem ſentit de Malpighianis glandulis Noſter, quae in variis locis nunquam demonſtrantur, in non nullis, ut poſt coctionem cerebri, omnem fabricam peruerſam ſtruunt. Deteguntur quidem aliquando huius generis tubercula, v. c. in hepate, rene, liene, ſed non niſi in ſenioribus ſubiectis, ut ea propter debeant pro aetatis effectu vere haberi. Sic etiam accidentales effectus ſunt punctula rubra, hinc inde detegenda, quorum tamen interanea nunquam albicantis illius ſupra dictae ſubſtantiae defectum monſtrant. Interim aliqua vaſculoſae texturae exempla ſuperſunt, quorum non niſi duplex habemus, alterum, a GRAAFIO in teſticulo virili demonſtratum, alterum a Cl. FERREIN in uueae vaſculis * comprobatum. Verum enim vero haec vaſcula, cum perpetuo albicantem retineant colorem, non immerito naſcebatur ſuſpicio, reliquorum etiam viſcerum eandem eſſe poſſe ex parte fabricam. Et felici quidem ſucceſſu nudus aeque ac armatus oculus ſimilia detexit vaſcula, ſiue fila albicantia, in circulum, vel ſemicirculum, vel roſtrae in modum, vel aliter contorta, in diuerſae etiam aetatis viſceribus: ſed in rene praecipue manifeſto declaranda, quorum tamen figura ab illa glandularum multum abeſt, cum oblonga vel irregulari modo rotundula compareant. Hinc eorum expoſitionem ita propoſuit Cl. Auctor, ut ea, quae corticalem renis ſubſtantiam efficiunt, primo deſcribat, ſimulque canales ſubſtantiae radiatae vel fibroſae, a nemine adhuc deſcriptae, examinet: poſt haec vero renis et hepatis

auium

*, vid. Mem. de l'acad. d. Paris 1741 p. 379.

uium, tandemque, in quibus ſimilia cognita fuerunt, capſularum atrabiliariarum conformationem diſquirat.

Renum conſideratio ante omnia deſcriptionem eorum exigit, poſtquam igitur varia de differenti in animalibus aliis eorum forma praemiſit, hominis renem, tamquam ex minoribus compoſitum, aſſumit, qui per corticalem ſubſtantiam inter ſe iungantur, confluente autem interiori ſubſtantia intus globum medullarem conſtituant. Externa facies ex punctis albicantibus maioribus conſtat, formae irregularis, quae per rubicunda interſtitia circumdantur atque diſtinguuntur, in quibus non nunquam venae deliteſcunt; haec a diſſectoribus pro glandulis aſſumta, non ſunt niſi baſes, quae vocat Noſter *pyramidum albicantium*, quae ab cuiuscunque renis ambitu ad papillam tendunt et in acumen deſinunt, quarum latior pars corticalem, anguſtior medullarem conſtituit ſubſtantiam. Ex globi medullaris ambitu multi minores proceſſus, *prolongemens*, cylindrici, quinque lineas lati emergunt, qui, tamquam radii per corticalem ſubſtantiam tranſeuntes, dimidiae lineae diſtantia ab externa renis ſuperficie deſinunt, et in peculiares, cortici impreſſas, ſtationes, *loges corticales*, recipiuntur. Haec nudo etiam patent oculo, diſtinctiora armatus offert. Puncta albicantia, quae baſes ſunt pyramidum, ex iam adnotatis vaſis albicantibus et cylindricis conformantur, quae in omni corticali ſubſtantia diuerſimode complicantur, ſed numquam glandularum formam imitantur: omnia unius eiusdemque capacitatis ſunt, in ramos non abeunt, nec ſpatia relinquunt, niſi quae cylindracea eorum figura requirit. Intereſt his ſubſtantia tranſparens, gelatinoſa, quam parenchyma vocari poſſe arbitratur Cl. Auctor: cuius praeſentiam in aliis etiam partibus ſe adnotaſſe ſcribit. Vaſa vero illa albida et corticalia, poſt inſtitutam rationem in hominis rene longitudi-

p. 499.

p. 501.

nem

p.504. nem ſexaginta millium pedum adaequant, quae, cum corticem conſtituant, et ſecretam urinam continent, nec, niſi ad medullam eam deducendo, ad pelvim deuenire queant; hanc conditionem nunc Cl. Auctor perpendit. Medullaris nimirum ſubſtantia vaſculoſa et in primis a BELLINO tubuloſa habita fuit, quod vero neque ex eius maſſae contemplatione, quippe cum illa incondita videatur, neque ex orificiis papillarum, quarum numerus vaſculorum quantitati nullatenus reſpondet, declarari poteſt.

p.507. Inuenit itaque Noſter BELLINI tubulos non ſimplices, ſed ex diuerſae magnitudinis filis compoſitos, ex vaſis nimirum rubris ſanguiferis, quos falſo RVYSCHIVS poſt iniectionem urinarios vocauit, et ex albis, qui utrique autem a ſe inuicem ſeparati diſponuntur. Hi albi ductus ſunt, veri, lotium excernentes, cylindrici, ubique eiusdem diametri, admodum ſubtiles, ſerpentino modo progrediuntur per ambitum medullaris globi ad papillam, et in ſuo progreſſu varia ratione inflectuntur, curuanturque aliquando in minores maſſulas, ex quibus iterum redeuntes ſerpunt ad papillam. Vocat haec Cl. FERREIN *vaſa ſerpentina*, *tubulos medullares*, vel *nouos ductus urinarios*. Eorum origo iam in cortice eſt, ex quo abeuntes alios in medullari ſubſtantia ſibi iungunt, et axin pyramidis ſequuntur; inter haec tamen et alia ſunt ad baſin proceſſuum, ſupra notatorum, exorti. Finiuntur ex his quaedam ante ad baſin pyramidis quam acceſſerint, forte prout venae ſolent, trunci eorum autem parum ſunt ramis minores. Ergo illa, quae in papillis conſpiciuntur, aperta orificia, longe ſunt alia, quae *vaſa papillaria* dici debent, et admodum breues canales eſſe deprehenduntur. Licet vero breuiter haec adumbrare debuerimus, cum ex additis, in iconibus, delineationibus omnia luculentius compareant, non dubitamus tamen excitatum iri hacce conſideratione admirationem, quam

p.511.

quam tenuiſſimarum partium ſapientiſſima congregatio percellit.

Vt autem certior de inuenta hac ſtructura redderetur Cl. Auctor, et in quadrupedum et in volucrium renes ſtudioſe inquiſiuit. In quibus potiſſimum quaedam adhuc melius patefiebant. Ex his auium renes praecipue attentione digni erant, quippe quod corticalia et medullaria vaſa diſtincte exhibebant, ſimul autem ſingularem fabricam internam demonſtrabant, quae, in diuerſis licet ſubiectis, diſquiſita fuerit, inter ſe quibusdam conditionibus tamen conueniebat. Ex ſuperiori ſcilicet lobo renis ureter, cum peluis deficiat, incipit per anteriorem renem, quem in duas inaequales quaſi partes diuidit, totum deſcendit, hac autem in via per accedentes minores maioresque ramos in capacitate ſua augetur. Superficies externa nudo oculo ex polygonis lobulis, armato vero ex gyris, cerebri aemulis, conſtare deprehendebatur, ita, ut in interioribus etiam locis eminentiae conſpicerentur. Vaſa, nunc deſcripta a Cl. FERREIN, *corticalia* ſunt, et *medullaria*: illa coagmentata, plicata, haec vero in faſciculos coacta. Illorum tanta eſt copia, ut vaſis tantum ſanguiferis locus concedatur, in quo collocari eadem poſſint, ſunt praeter ea aliquando in ſtrata diſpoſita, ſubtilia, non ramoſa, ubique aequabiliter ampla, circumuoluta, et minores ramuli in truncum maiorem ſe inſerunt, venarum inſtar, qui in medullaria vaſa continuatur. Haec autem *medullaria* vaſa eorumque faſciculi, interiorem renem componentes, reſpondent eminentiis corticalium vaſculorum, maiora tamen numero ſunt ac in reliquis animalibus, inter ſe coeunt, conum efformant, et in maiores ductus terminantur, quos *faſciculos communes* Noſter appellat et qui rami ureteris ſunt, poſtquam minora vaſcula omnia in unicum truncum collecta fuerunt.

p. 514.

p. 517.

In

p. 519. In hepatis auium contemplatione porro eodem modo res se se habuit, ut utrumque viscus analogiquadam fabricae inter se conuenire non immeritsuspicatum fuisse Cl. Auctorem, inde conformetur. Siquidem portiunculae utriusque visceris, sigillatim consideratae, tantam inter se habuerint conuenientiam, ut distinctionem vix admiserint; nisi quod ob facilibilis stasin et coagulationem vasorum directio nondum sufficienter potuerit declarari.

p. 520. In capsulis atrabiliariis tandem corticalis substantia citrina vel lutea, interior gelatinosa, rubicundaque in infantibus apparuit. Cortex pariter ex lobulis, quos glandulas esse non nulli finxerunt, et evasis subtilibus compositus. Ex his itaque, glandulosorum viscerum fabricam tenebris adhuc obuolutam esse, demonstrare annisus est Cl. Auctor, nec vasorum sanguiferorum esse solam congeriem; alibi etiam devasorum, sanguinem continentium, distributione facturum esse promittit.

p. 521. Bene tamen perspiciens, si cum microscopiis institui debeant disquisitiones, opus esse exercitato in hisce rebus viro, ne, si quem spes in explorando fefellerit, autumet minus certa fuisse descripta, ad finem tractationis breuiter instruit eos Cl. FERREIN, qui in se disquisitionis opus susceperint, ut, quas partes eligere debeant, et proposita inde confirmant momenta, calleant. De his vero regulis, cum totae legi debeant, nil addere libet, inde tamen, sollicita et cauta, et saepius repetita opus esse obseruatione, in conuenientibus partibus instituenda, declaratur.

p. 531. 26) *De principio minimae actionis* Ill. DE MAUPERTVIS disserit Eques D'ARCY, ostendere conatus, nec actionem recte definiri ab Ill. DE MAUPERTVIS, nec, posita eius definitione, minimam naturam impendi, nec ex hoc principio legem quietis, nisi

niſi adhibita ſuppoſitione plane gratuita, deduci. Ipſe autem eques aliud principium exhibet.

27) *Meteorologicas obſeruationes in obſeruatorio regio inſtitutas* anno 1749. Cl. DE FOVCHY exhibet. p. 539. Frigus maximum fuit inter 8 et 9 februarii graduum $6\frac{1}{2}$ infra congelationem Reaumurianorum, calor maximus iulii 13, hora 1, p. m. grad. $29\frac{1}{2}$ ſupra congelationem. Altitudo barometri maxima nouembris 29, flante euro et nebula ſpiſſa, digitorum $28\frac{1}{2}$, minima februarii 18, flante vehementiore vento S.S.W, digitorum $26\frac{1}{3}$. Acus magnetica 4 digitorum, iunii 10, 11, declinauit gradus $16\frac{1}{2}$ verſus N. W.

28) *Commentarius de cauſa motus cerebri, qui obſeruatur, cranio hominis vel animalis modiolo exciſo.* Auctore Cl. DE LA MVRE.* De motu cerebri varia ab antiquis et recentioribus propoſita fuerunt atque excuſſa, aliis defendentibus eundem, aliis iterum denegantibus. Quae Cl. SCHLICHTINGIVS et WALSTORFIVS** huius rei cauſa dixerint, alibi retulimus, quo veritatem eo redderet clariorem Noſter, eandem ac poſterior per experimenta viam elegit: His euictum eſt, motum cerebri contingere ea, qua Cl. SCHLICHTINGIVS propoſuerat, ratione. Sed, dum carotides ligaret arterias et denudato cerebro nullum perciperet motum, niſi his iterum reſolutis, licet aeque ligatis venis iugularibus perpetuo ſuper- p. 541.

* lecta a. d. 12. Aug. 1752.

** De priori, qui ſuam tractationem inſeruit aux Memoir. préſentes à l'Acad. Roy. des Scienc. à Paris. Tom I. Obſ. 9. p. 113 ſqq. vid. Commentar. noſtr. Vol. I. P. I. p. 8. et de poſteriori eosdem Comment. Vol. III. P. I. p. 105, cuius experimenta, ut ut recentiora Cl. de LA MVRE nondum innotuerunt eo, quo ſuum tractatum conſcribebat, tempore.

ſupereſſet motus, dubius reſtitit Cl. Auctor, num a reſpiratione motus fiat. Nouis tentaminibus rem aggreſſus, motum cerebri, pectoris motui reſpondentem, inuenit, debilem vel fortem pro ea, qua reſpiratio fiebat, norma, qui immiſſo in pulmones aere pro lubitu iterum poterat renouari, vel alternis motibus, compreſſis coſtis vel relaxatis repeti, idque diſſectis etiam aſpera arteria et oeſophago. Facile ſe-
p. 547. ductus in eam deueniſſet opinionem Noſter, ac ſi aeris quaedam portiuncula per incognitas vias ad cerebrum deueniret, motum faciens, niſi diſſecta aſpera arteria et ſublato motu aeris ad ſuperiora eum ſupereſſe adhuc cognouiſſet. Vt ſanguini vero cum aliis hanc ſpartam tribuendam eſſe confirmaretur, eo direxit diſquiſitionem, ut omnem illius ad cerebrum acceſſum auerteret, quod non, niſi omnibus reſectis
p. 549. venis et vertebralibus etiam, obtineri vix poterat, quo facto vero mox omnis motus cerebri conquieuit. Neque tamen hic ſubſiſtendum eſſe credidit Cl. Auctor, interiorum cerebri partium ſtatum perueſtigandum eſſe putauit, ſic vidit, compreſſis coſtis cerebri fornicem eleuari cum diſtentione ſinus longitudinalis et emitti copioſe per diſſecta vaſa ſanguinem, aereis bullis plenum, quae absque dubio inter obſeruandum
p. 551. ſe ſe immiſcuerant. Sed, ut certius cuncta reddantur, dubitationisque locus non ſuperſit, a ſanguinis acceſſu motum exoriri, turgentibus venis leuari cerebrum, exinanitis iisdem illud deſcendere obſeruauit, et quidem ut, motu venarum ſuccuſſorio exiſtente, idem ſit in cerebro; nec non eadem contingere, ſi per venam cauam ſuperiorem aeque ac inferiorem ſanguis urgeatur ſurſum. Huius phaenomeni experiundi cauſa ea propter diuerſa tentamina, a ſe facta, ſollicite recenſet Noſter, cauſam porro, quae ſanguinem in venas ſuperiores et inferiores refluere faciat, diſpiciens, dubitationes, quae exoriri poſſent, diſcutiens,

tiens, et num ad corpus humanum eadem poſſent applicari, ultimo diſquirens loco.

Tres itaque cauſae accedere videntur, quae cum exſpiratione venarum tumores excitare poſſunt. Vel exſpirationis tempore ſanguis difficulter per pulmonis venas transmittitur, accumulatur in corde poſteriore et venis cauis, hinc intumeſcentia: vel, quod alii adſumunt, contractio auriculae poſterioris partem ſanguinis in eas venas refundit easque diſtendit: vel ob vaſa pectoris in exſpiratione compreſſa ſanguis facile non procedit. Prior opinio debilis eſt, quod non accumulatur tantum ſanguis, ſed in venas et ramos etiam repellitur, et ſanguis aeque facile in inſpiratione per ſua vaſa progreditur, ac in exſpiratione, cum hi motus lente, nec uno fiant impetu. Maiorem veritatis ſpeciem prae ſe fert altera opinio, dummodo una durante inſpiratione motus cordis poſterioris unica tantum fieret vice, de qua re alibi fuſius aget Cl. Auctor. Tertiam igitur amplectitur ſententiam, et aerem, in pectore contentum, ſimul defendit. Preſſio autem pectoris vaſorum maior eſt in exſpiratione ac in inſpiratione; cum cedant partes pectoris in inſpiratione facile diſtendendis pulmonibus, qui multum ſubſidente pectore et urgente interno aere in exſpiratione premuntur et viciſſim truncos venarum comprimunt. Idem fit, ſi cum vi quadam comprimitur pectus, vel in pulmonibus clauſa glottide retinetur aer et venae preſſionem inde patiuntur. Hac preſſione attolli tandem poteſt ſubſtantia cerebri, dum ſinus dilatantur, quod autem ſolum vix ſufficit momentum, et ſi minores etiam venae, per omnem cerebri ſubſtantiam diſcurrentes et cum ſinubus communicantes, diſtenduntur, quod praecipuum eſt. Venulas autem illas pariter repleri et ampliari per varia tentamina conuictus fuit Cl. Auctor, in quibus, cum intumeſcente cerebro, venas diſſectas ſanguinem pluere et diſpellere notauit. Subſidendi cerebri ratio

p. 555.

p. 556.

p. 558.

p. 562.

hac preſſione ſublata ſponte intelligitur. In foetu motus nullus erit, ſed diſtentae aequaliter venae in prima inſpiratione demum euacuationem maiorem habebunt.

p. 563. Nihilo tamen minus contradicunt huic opinioni phaenomena quaedam; a iugularibus ſcilicet venis ligatis non impeditur motus: aſt reſpondet Noſter, inde repletio etiam fit ſinuum et regurgitatio ad venas cerebri. Venis iugularibus et vertebralibus diſſectis ſuperfuit motus aliquando: ſed in tentamine illo, in quo haec fiebant, absque dubio vertebrales venae non fuerunt diſſectae, quod etiam ex motu poſt preſſionem venae cauae inferioris, ſuſpicari licet. Porro venis iugularibus diſſectis motus cerebri non ceſſarunt: ſed hoc facto exſpiratio etiam violentior fit, quae ſimul cerebrum agitat. Tandem poſt diſſectas venas, omnibus iam ceſſantibus motibus, illi reſtituebantur, circa finem mortis, conuulſione excitati, quod certiſſime a ſanguine fieri non poteſt: ſed et motus hi debiles erant, et momentanei et a conſtrictione ſinuum alterna oriundi.

p. 565. Num eadem in homine contingant, dubitari non debet, quod RIOLANVS SCHLICHTINGIVSque ſimilia iam obſeruarunt, quod dolores quoque capitis inter loquendum et tuſſim aucti, confirmant, quippe cum tuſſis, notantibus Auctoribus tentaminum Edimburgenſium * paulo violentior cicatrices integumentorum diſruperit. Nemo facile neſcit, quid valeat reſpiratio aucta et praecipue exſpiratio poſt trepanationem in emittendo pure vel ſanguine et varia alia, quae inde explicationem admittunt, phaenomena. De his autem, qui fideliter et docte ſua propoſuit cogitata, in additamento quodam ad hanc commentationem diſſerentem, prout promittit, in poſterum audiemus Cl. Auctorem.

Xb

* Auctore IAMES IAMIESON in Med. Eſſays & Edimburgh. Vol. II. no. 12. p. 245.

XI.

MICH. CHRISTOPH HANOVS, *Profeſſors der Weltweißheit und Bibliothecarius an dem Academiſchen Gymnaſium zu Danzig: Seltenheiten der Natur und Oeconomie, nebſt deren kurzen Beſchreibung und Erörterung, aus den Danziger Erfahrungen und Nachrichten zu mehrerem Nutzen und Vergnügen ausgezogen, und herausgegeben von* IOH. DANIEL TITIVS, *der Weltw. Magiſter. Leipzig, bey Friedr. Lankiſchens Erben. Erſter Band, 1753. 8. 1 Alphab. 17½ Bogen, zweyter Band, 1753. 2 Alph. 11 Bogen.*

Hoc eſt:

MICH. CHRISTOPH. HANOVII rariora phyſica et oeconomica, ex Gedanenſium obſeruationum collectione extracta et edita per M. IOHANNEM DANIEL TITIVM. Tom. I. et II.

Quoniam Diarium Gedanenſe, quod iam ab anno 1739. ſub titulo: *Experientiae et relationes Gedanenſes* *, qualibet menſe in plagulis prodiit, varia naturae et artis curioſa et memorabilia continet, a multis etiam rerum naturalium cultoribus curioſis deſideratum fuit. Sed hae ipſae plagulae, non adeo

* *Monatliche Danziger Erfahrungen vom Jahre 1739. mit einigen Erläuterungen mancherley ungemeiner natürlicher Begebenheiten begleitet von* M. C. HANOW, P. P. *Danzig, bey Thom. Joh. Schreiber*, 4. Singulis menſibus harum ephemeridum pars una prodiit, atque hac ſub inſcriptione ad annum uſque 1749. continuabatur; titulo enim tunc mutato, nimirum: *Danziger Nachrichten mit gelehrten Anmerkungen*, adhos ipſos, quos viuimus, adhuc dies edere eas permoſt Cl. Auctor.

copioſe editae, in multorum manus non peruenerunt. Horum vero deſiderio ut aliquo modo ſatis fiat, ex illis pagellis rerum optimarum collectio in hoc libro traditur, quo lectores habeant ad minimum praecipua momenta, quibus res naturales cognoſcendi cupiditatem exſatiari poſſint. Variae autem in hoc ipſo libro obſeruationes, deſcriptiones corporum atque rerum, quae ad regnum animale, vegetabile, minerale et meteora pertinent, certo quodam ordine diſpoſita exhibentur, hisque paſſim animaduerſiones apponuntur. Ipſius autem libri ordo is eſt: In tomi primi parte prima de rarioribus in animalibus deprehenſis, et in huius claſſe prima de animalibus terreſtribus agitur. Sectio huius prima obſeruationes, in hominibus inſtitutas, e. g. de numero annuo mortuorum et viuentium in non nullis locis, de auxiliis, quibus aqua ſubmerſis ſuccurrendum, de imaginatione turbata vigilantium, de membris frigore aduſtis lamandis, de partubus mirabilibus editis, de variis memorabilibus in corpore humano, e. g. pondere ſingulari, calculo veſicae permagno, oſſe in ore nato aliisque repertis, de halituum ſulphureorum noxis. Sectio ſecunda varia, de animalibus quadrupedibus, v. c. de lue bouina Pruſſica, de quadrupedum quorundam inſolita magnitudine, de maximo Indiae ſerpente, obſeruata ſiſtit. Sectio tertia pertractationes de animalibus bipedibus et volatilibus, de aquila bicipite, de urogalli nutritione per hiemem, de noctua et gallinis. Sectio quarta de inſectis, de cicada, ſcarabaeo, veſpis, araneis, muſcis, taenia aliisque varia continet. In claſſe ſecunda ex animalibus aquaticis varia momenta et in primis de maxilla in ceto, de cane marino viuo, de gammaris eorumque lapidum mutatione et uſu, de conchiliis non nullis, de piſcium veſicis, de polypis circa Gedanum repertis conſiderantur.

Tomi

Tomi ſecundi pars prima de rarioribus in plantis, et claſſis prima de vegetabilibus varii generis agit. Huius ſectio prima de arboribus et fruticibus, eorum congelatione, incremento ſingulari, de muſa, larice, euonymo, animaduerſiones varias habet. Varias porro annotationes ibidem de foliis, floribus et fructibus, v. c. de perſica, de malis geminis et trigeminis, de nuce coccos, malo citri grauido, de ligno ſplendente et petrefacto deprehendimus. In ſectione ſecunda de plantis, earumque partibus et rebus, ad eas pertinentibus variis agitur, e. g. de radicibus, caule, floribus et feminibus curioſae adnotationes exhibentur. Pars ſecunda in claſſe ſecunda deſcriptionem Nymphaeae flore luteo et Ceratophyti continet. Pars tertia agit de meteoris eorumque effectibus, qui per ſolem, lunam, ſidera, auroram borealem, atmoſphaerae grauitatem, calorem et frigus, aeris raritatem, ventos, incendia, pluuias et niues inducuntur.

Eſt autem in ipſo hoc libro tanta rerum pertractatarum varietas, ut eas omnes, aut ad minimum plurimas, ordine quodam recenſere et diiudicare nimis longum et diffuſum foret. Quo vero lectores noſtri rerum naturalium curioſi aliquo modo intelligant, quid in eo ipſo et quanam eruditione praeſtitum ſit, aliqua tantum ſpecimina collecta exhibebimus. In volumine primo, parte prima, claſſe prima, ſectione prima, tractatione nona inueniuntur reſcriptum et animaduerſiones de remediis, quibus aqua ſubmerſis ſuccurrendum eſt. Reſcriptum ipſum p. 57. iuſſu regis Galliae anno 1740 a ſocietate pariſienſi diuulgata fuit, in qua praecipua remedia in iis, qui aqua etiam per aliquot iam horas ſubmerſi fuerunt, adhibenda ſunt, commendantur. Illud auxilium, p. 59. quo ſubmerſi aqua educti, capite inuerſo, pedibus ſuſpendi ſolent, ut aqua deglutita ore effluat, ſuperfluum eſſe videtur, ſiquidem in horum hominum diſ-

sectorum ventriculo nulla fere aut exigua aquae copia reperta fuit. Ad eam vero, si qua ingurgitata fuerit, euacuandam potius irritatio faucium, mediante penna facta, et agitatio corporis continua aliquid conferre poterunt.

In eius modi autem hominibus, mortuis visis, resuscitandis eo in primis respiciendum esse putat, ut motus partium solidarum internarum et musculorum in visceribus irritetur et roboretur, ad quod perficiendum calor, lintea et stragula, balnea calida, fomentationes, frictiones, irritationes narium, externe applicata multum iuuant. Interne porro ingerenda sunt spiritus vini, urina calida, acetum cum pipere coctum, fumus tabaci, aut clysteres calidiores et ex fumo tabaci, aut vapores in anum immittendi sunt. Vena, et in primis iugularis secanda est. His omnibus frustra adhibitis, tandem ad bronchotomiam properandum, et aer calidus in pulmones inflandus est, quo ipso irritatio, expansio humorumque circulatio producitur. In his vero auxiliis praestandis magna patientia et constantia opus est.

p. 63. His, quae hactenus allegauimus, variae animaduersiones adnectuntur. Antequam itaque supra dicta remedia adhibeantur, omnino disquirendum est, an non quaedam adhuc signa in corpore submerso adsint, quae aliquam vitae recuperandae spem facere possint. Haec consistunt in vita debili. Vita debilis autem ea est, quae per signa vitae fortioris se se non amplius manifestat, et sub qua homo certo perit, nisi aliis auxiliis excitetur. Quando ergo homo nullam irritationem externam sentit, nulla respirationis vestigia adsunt, pulsusque nullus percipitur, omnis calor corporis abest, vita omnino debilis est; haec vero aliquo modo clarius cognoscitur, ex vigore oculorum aliquo, eorum humoribus adhuc fluidis, vasorum colore bulbique nitore; ex calore interno, qui thermometro apto, prius in aqua, in qua suffocatus detinebatur,

batur, deinde in anum intruſo determinatur; ex venarum ligatarum tumore, ſanguineque ex iis punctis effluente; ex pulmonibus, ab aere inflato commotis, et ex putridi foetoris abſentia. Submerſorum corpo- p. 70.
ra ab iis, quae alio mortis genere perierunt, differunt ex colli et faciei rubore et tumore, ore ſpumante, muco e naribus effluente, lingua intra dentes admorſa, regione umbilici et infimo ventre tumido, pulmonibus et ventriculo ab aere diſtentis. Illi, qui alias in aqua verſari ſolent, ſubmerſi diutius vitam minimam retinent, quam alii, qui huic non adſueti ſunt. In non nullis, per plures horas in aqua iacentibus, vitam tamen ſuperfuiſſe, ex variis exemplis adductis declaratur.

Eadem haec remedia, quibus in ſubmerſis vita p. 74.
reſuſcitari ſolet, etiam in aliis, nimirum in infantibus recens natis, in iis, qui lapſu grauiori ex alto mortui videntur, in exſtaſi correptis, hyſtericis, fulmine tactis, ſuffocatis, ſtrangulatis adhibenda eſſe, Cl. Auctor ſuadet.

In volumine ſecundo, claſſe prima, ſectione ſe- p. 227.
cunda, no. 2. de caulibus plantarum faſciatis agitur. In variis plantis, in corona imperiali, martagone, lilio, campanula, aſparago aliisque hos caules reperit Auctor. Ipſi vero hi caules mox ex duobus, mox ex tribus, in unum coaliti ſunt, ita, ut coaleſcentiae veſtigia vel diſtincte cognoſci poſſent, vel non. Alii plantarum caules in ſatis altam longitudinem adſcendunt; alii quoque plus minusue copioſos flores et ſemina ferunt, et laete creſcunt; alii denique incuruantur, vel vario modo in ſe inuicem circumuoluuntur. Huius coaleſcentiae rationem Cl. Auctor ex gemmis, in bulbo et radice ſibi inuicem arcte adpoſitis, et uno eodemque ſucco nutritis, deducit. Ipſam p. 249.
vero coaleſcentiam non adeo frequentem, uti OLAVS BORRICHIVS ſtatuit, eſſe, nec ab intemperie loci, ſed a nimia fertilitate et ſucci copioſi nutritii adfluxu

deducendam esse putat, et quatenus vel pauciores, vel copiosiores succos nutritios accipiant, ea tenus crescunt laetius, et plures flores seminaque proferunt. Ipsa figura caulium mutata et curuata, a causis externis et coeli plagis aliquo modo prouenire videtur.

Quod vero etiam in nodis caules augeantur et sibi inuicem adcrescant, ex medulla in nodis collecta, unde caulium gemmae oriuntur, dependet, et quidem eo magis, quo copiosius adducitur nutrimentum. Acris succus, qui radices potius destrueret, hanc coalescentiam producere nequit.

p. 289. In eodem volumine, sectione eadem de *secali cornuto* et *adusto* obseruationes variae deprehenduntur. Harum prima est epistola, a quodam verbi diuini ministro, MONETA dicto, transmissa, in qua varia momenta, hanc rem concernentia, continentur. Grana cornuta in tritici, hordei, in primis vero secalis aristis deprehensa, coloris obscure bruni et diuersae magnitudinis obseruantur. Haec grana nequaquam pro morbosis naturae productis et a mellis rore ortis habenda sunt. Ex obseruationibus enim ruricolarum constat, haec grana farinam optimam praebere et largiorem granorum cerealium prouentum promittere. Haec porro quando obseruantur, fertilem annum, messemque uberiorem adnunciant; siquidem satis superque ostendunt, non solum in omnibus aristis ad grana nutrienda sufficientem succum adesse, sed eundem quoque abundare. Ab huius succi abundantia, qua turgent, multa rumpuntur grana, ipseque sub consistentia gelatinosa effluit, ab aere condensatur atque simul magis magisque augetur, unde secalis cornuti origo.

Quando ergo sterilis est annus, et cerealium grana multa inania sunt, succi nutritii sufficientes deficiunt aristis, adeoque nullum secale cornutum progignitur.

Vſtilago in omnibus cerealibus, in primis vero in p. 292,
tritico, inuenitur. Binae huius dantur ſpecies, Germanis dictae: *Gemeiner Schmutzbrand et Knoten oder Steinbrand.* A prima ſpecie ariſtae nigrae, aduſtae, inanes, grana mollia, rupta, cum puluere nigro contento apparent; qui vero puluis innoxius eſt et ab aere facile diſſipatur. Altera ſpecies maiorem granis adfert noxam, et difficilius eſt cognoſcenda; loco enim grani in gluma corpuſculum rotundum apparet, quod puluerem nigrum in ſe continet, a quo grana conſperguntur et corrumpuntur.

Vtrum vero eius modi grana ex ipſa terrae differentia, an ex coeli aerisque temperie, an a fulgure, quando ſecale floret, originem ſuam trahat, Auctor quaerit. Remedium ipſe commendat, quo nempe ſemina, in terram ſpargenda, antea calce viua humida miſceantur. Sed neque hoc ſemper auertit malum, ergo alia optat et deſiderat meliora.

Ad hanc epiſtolam inſertam legimus reſponſum, p. 294.
a Cl. HANOVIO datum, in quo varias animaduerſiones ab eo ipſo, ab Ill. WOLFIO et Collectionibus Vratislauienſibus hac de re ſumtas, adducit. Huius ſecalis cornuti cauſam et originem ſuperius prolatam adſumit ereditque membranam, grana ſecalis inuoluentem, eodem modo, uti ea, quae oſſa animalium obducit, diſrumpere, in quibus oſſibus, ubi membrana non conſolidatur, excreſcentiae male formatae oriuntur. Dubiam vero rationem allegatam inde reddit, quoniam in granis ſibi transmiſſis nullas excreſcentias, ipſaque grana prae naturalibus minora obſeruauerit, ideoque ad ſucci nutritii ſuperflui adfluxum hic non certe eſſe concludendum argumentatur. Nec aliqua huius ſecalis cornuti copia cum reliquis granis mixta, et in victu comeſta, non tantas in corpore noxas producere videtur, uti a variis adnotatum fuit: interim tamen in corporibus diuerſis male

male dispositis tanquam occasionalis causa quosdam effectus peruersos excitare potest.

p. 300. Varias post haec differentias inter grana secalis cornuti et ustilaginis denotat Cl. Auctor. Secalis cornuti grana externe plane nigricantia, interne vero gryseа, et odore vappida sunt, et per microscopium considerata monstrosa oculis apparent; eorum farina albicans est, ipsa grana densa atque dura, et in aquam iniecta subsident. Grana frumenti ustilagine quoad faciem externam non mutata sunt, magnitudine minora quidem prae reliquis; interius vero nigra sunt, farinam corruptam aut facile dissipandam, aut induratam continent, nec in aqua fundum petunt, sed supernatant.

p. 306. Nunc additamentum ad epistolam superiorem infertam de secali cornuto et ustilagine sequitur, in quo adnotatur in tritico interdum etiam aristas inueniri,

p. 310. quae grana bona et adusta simul contineant. Inde colligitur, hanc ipsam adustionem a fulgure, florendi tempore orto, prouenire, quod vero adsertum in animaduersionibus, huic additamento appositis, aliquo modo dubium redditur.

p. 313. In epistolae superioris MONETAE explicationem uberiori varia quoque adduntur. Odor granorum secalis cornuti vappidus et ingratus non ab ipsa eorum natura, sed ab humiditate adhaerente in vase clauso potius ortus esse videtur. Nec malos effectus ab ipsorum usu prouenisse unquam obseruarunt ruricolae. Nec ustilaginis prouentus, temperiei humidae adscribendus erit, siquidem etiam sub sicca anni temperie

p. 317. eadem obseruatur. Triticum ab adustione purgatur, dum cum niue gelida miscetur et agitatur, in qua mixtione niues omnes impuritates nigras attrahunt.

Et in hanc explicationem Cl. HANOVIVS suas animaeuersiones addidit adseruitque, hoc frumentum comestum omnino noxium esse, et probabiliter a temperie humida aliquo modo dependere, in primis autem ab eadem causa, quae copiosum frumento-

rum

rum prouentum largitur. Purgationem frumenti ab atro puluere, cum niue inſtitutam, minus commodam cenſet, ideoque lotionem cum aqua ipſi praeferendam ſuadet.

Additamentum aliud et ultimum varias adhuc obſeruationes de ſecali cornuto exhibet. Grana huius frumenti nigra eodem modo, ac alia, glumis adhaerent, incuruata tamen ſunt et interius gryſeo colore et odore nullo praedita. Ariſtae iuſto minores ſunt et quaelibet minora et macilenta duo vel tria grana continent. Illa quoque membrana obducuntur, quae vero in variis diſrupta eſt, nec ipſa maceratione cum aqua, vti ſana, emolliuntur.

Ex his itaque intelligitur grana ſecalis cornuti non p. 325.
a ſucco nutritio ſuperfluo, ſed a corrupto originem ſuam trahere; alias enim non in aridis ariſtis deprehendenda forent. Ex ſubſtantia horum granorum denſa et dura in maceratione cum aqua, per quinque ſeptimanas inſtituta, non mutata, et ex materia nigra adhaereſcente non abſtergenda iudicare licet, farinoſam eorum materiam non perfectam et maturam, adeoque minus nutrientem, ſanitatique minus conuenientem eſſe. En! itaque, lectores, habetis non nullarum tractationum momenta praecipua, ex quibus ad alias res, in hoc libro pertractatas, et Cl. TITII induſtriam adhibitam concludere poteritis.

XII.

Oeconomiſch-phyſicaliſche Abhandlungen. Sechſter Theil. Leipzig, bey C. L. Jacobi. 1753. 8. 16 Bogen.

Hoc eſt:

Oeconomico phyſicae diſſertationes. Pars VI.

Sequentia a nobis aliquo modo diiudicanda ſiſtit praeſens volumen:

1) *Diſ-*

1) *Disquisitionem de cancris.* Etsi quidem alios viros claros, SACHSIVM, CYPRIANVM et HOPBERGIVM olim iam multa de cancris protulisse, ano-
p. 261. nymus concedat auctor; sperat tamen se quaedam adhuc momenta adducturum esse, quae ab illis aut omissa, aut non obseruata fuerunt. Ante omnia cancri descriptionem eiusque varietates adducit, et post ea de cancris, in Germaniae aquis dulcibus re-
p. 269. periundis, fusius agit. In consideratione partium huius animalis a capite incipit, cuius oculos, antennas, pectoris crustam, os, dentes, linguam, barbam quoad structuram disquirit, et ad corpus ipsum con-
p. 278. siderandum se conuertit. In interna eius superficie a latere membrana flexilis elastica adnotanda est, quae loco diaphragmatis ad respirationem adiuuandam facta esse videtur. In media corporis parte in sutura crustosa umbilicus, ut eminentia parua, attamen dura, cernitur. Chelae duae, pedes octo numerantur.
p. 296. Partes genitales externae, etsi quidem difficile detegantur in hoc animali, tamen in utroque sexu inueniuntur. Nunc structuram partium internarum exa-
p. 305. minat Cl. Auctor. Cerebrum atque cerebellum in occipite distincte cognoscuntur. Sub hoc ventriculus situs est, oesophago breui adhaeret et ex membrana densa firmaque factus est, in cuius fundo dentes tres acuti positi sunt, quibus relictae alimentorum partes comminuuntur. Sub ventriculo cor situm est, quod motu suo se se manifestat. Cor ipsum circum cingitur ab hepate satis magno, infra quod intestina tenuia adfixa haerent. Partes genitales internae masculinae in eodem loco prostant, et vasa spermatica sub filamentoso illo contextu albo sistuntur; feminina vero, ut ouarium, uterus et vagina, duplicata apparent. Intestinum rectum a ventriculo per caudam in linea re-
p. 309. cta usque ad orificium excurrit. Sanguine, qui in vasis mouetur, non destituuntur, licet eiusdem color non rubi-

rubicundus inueniatur, ideoque a reliquis humoribus difficile diſtinguatur.

Partes carnoſae omnes membrana molli inuoluuntur, quae ſuo tempore in cruſtam mutatur. Sub cruſta in utroque ſexu ad ventriculum lapides reperiuntur, qui ex ſucco lacteo coagulantur, concreſcunt et obdurantur, ſuo autem tempore iterum conſumuntur et ſoluuntur; quorum particulae ſolutae, et digeſtione per reliquas corporis partes transmiſſae nouae cruſtae formandae forte materiam duram praebent. Anima ſenſuſque interni cancris non denegan- p. 318.
tur, et externi ex ipſorum exercitio cognoſcuntur. Generationem illorum quod attinet, bis per annum, primo nempe vere et ultimo auctumno, coeunt, feminae grauidae fiunt, eſt poſt duos menſes praeterlapſos primum circa finem maii, deinde circa initium decembris foecunda oua ex utero emittunt, quae ſub cauda incuruata in uno quaſi cumulo, ope glutinis viſcidi, cohoerent, fouentur, et intra menſem excluduntur, atque ita intra annum incrementum perfectum conſequuntur, quod per omnem vero vitam continuo augetur. Magnitudo maxima noſtrorum in diametro eſt digitorum duorum cum ſemiſſe, longitudo vero digitorum ſeptem et ſemis.

Praecipuum vero prae aliis animalibus id noſtra p. 333.
habent, ut ipſorum membra vel fracta vel amiſſa denuo creſcant, quam facultatem Auctor in intima partium ſtructura poſitam eſſe adfirmat. Singularis porro eſt cruſtae mutatio, noſtrates vocant *Mauſern*, qua non ſolum cruſtam externam ſuo tempore deponunt, nouamque ex membrana denſa factam induunt, ſed etiam aliae partes, v.c. ventriculus, nouis membranis obducuntur; quo ipſo tempore hoc animal quietum ſe ſeruat, et ne fame pereat, veteres ventriculi tunicas digerit ſepoſitas, et inde nutritur. Haec mutatio, quae intra viginti octo dies circiter abſoluitur, ideo fieri a natura videtur, ne animal a cruſtoſis partibus

p. 345. tibus nimis induratis, in motu ſuo impediatur. Haec poſtquam pertractauit Auctor, de ipſorum motu locali agit, oſtenditque non lunae influxum, ſed varietatem alimentorum et tempeſtatis viciſſitudinem ipſo-
p. 361. rum nutritionem et incrementum mutare. Praeter haec de cancrorum viuendi modo, eos captandi artificiis, conſeruatione uſuque varia momenta adiecta leguntur.

p. 378. *No. 2. De mutatione telluris* diſſerit Cl. GOTTFR. AVG. HOFFMANN, variisque argumentis hanc rem illuſtrat.

p. 428. *No. 3. Meditationes de piſcium morbo Feig dicto.* In non nullis quarundam aquarum piſcibus diſſectis maſſa quaedam viſcida, longa, alba, pellucida, circa inteſtina conuoluta deprehenditur, in qua ſeparata motus vermiformis et vita obſeruatur. Eſt vero haec ipſa materia, uti Auctor noſter tum ex ipſa ſectione piſcium, tum ex variis in iisdem mutationibus didicit, nihil aliud, quam vermis et quidem ad teniarum genus referendus.

Hic vero vermis non in omnibus piſcium ſpeciebus inuenitur, nec in omni aqua generatur. Aquae purae, mobiles, quarum fundus ſabuloſus eſt, eundem non producunt, cum e contrario aquae ſtagnantes in fundo pingui putridoque, et impurae, huic malo producendo aptae ſunt. Multum porro confert anni
p. 433. tempus, quale eſt autumnale. Morbus hic verminoſus in piſcibus praeſens ex variis ſignis cognoſcitur. Abdomen enim eſt tumidum, reliquum corpus macilentum, oculi turbidi prominent; caro ſicca, ingrati ſaporis; piſcis ipſe triſtis, piger, tamen inquie-
p. 441. tus, deprehenditur. Eadem ratione, qua alii varii vermes in reliquis corporibus, in primis vero animalibus, generantur, variaque ſymptomata moleſta ef-
p. 454. ficiunt, in piſcibus id fieri Auctor oſtendit. Semen enim

enim verminoſum, per alimenta in canalem inteſtinorum introductum, in impuritatibus a copioſis alimentis ingeſtis et corruptis fouetur et euoluitur, idque eo magis, quoniam in eius modi piſcibus, per aeſtatem bene nutritis et obeſis factis, maior materiae viſcidae copia ad inteſtina ex humoribus deponitur; quae diſpoſitio morboſa et corruptio eo maior fit in iis, qui parum mouentur. Hi vero vermes non ſolum ab ouulo deglutito excluduntur, ſed etiam quando plura eius inſecti oua ingeruntur, noua generatione propagari poſſunt, ideoque eorum plures in piſcibus ſaepe inueniuntur. Ipſe autem hic vermis, in p. 465.
inteſtinis nidulans, aut dum inteſtina corrodit, deſtruit et exulcerata reddit, ſimul perit, aut ipſe vel taedio, vel a natura interdum mortuus, interdum viuus eiicitur. Contra hoc vero malum nullum adhuc remedium inuentum eſſe, et ſi quod daretur, difficile tamen applicari poſſe, tandem Auctor concedit.

No. 4. Ad illuſtrandum ſextum ſeptimumque ca- p. 470.
put tractationis de emendando thermometro florentino ſupplementum addit Cl. ORTH, huiusque uſum variis adductis ſcriptorum teſtimoniis, pluribusque euincere argumentis non ſine fructu conatur, quae tamen enarrare omnia diffuſum nimis foret.

XIII.

CAROLI FRIDERICI HVNDERTMARK, Phil. et Med. Doct. et P. P. Lipſ. Acad. Imp. Nat. Cur. et Reg. Holm. Coll. Inſt. Scient. et Art. Bonon. Acad. De mercurii viui et cum ſalibus varie mixti ſumma in corpus humanum vi atque efficacitate, eiusque cum ſulphure laxius vel arctius coniuncti virtute in idem nulla, liber ſingularis, in quo ſimul varia chemiae capita illuſtrantur. Lipſiae in off. I. F. Gleditſch, 1754. 4. mai. pl. 10.

Cum Cl. Auctor in diſſertatione, pro loco in facultate medica Lipſienſi obtinendo propoſita, ſpecimen academicum exhibendum ſuſciperet, is in rebus chemicis diſquirendis ſemper occupatus, de mercurio heroicorum medicamentorum facile principe et variis ex eo praeparatis remediis, ſpeciatim de
p. 3. cinnabari egit. *Mercurius* ei dicitur *corpus foſſile, argentei coloris, maxime fluidum, nullum corpus, metallis et ſemimetallis fere omnibus exceptis, madefaciens, opaciſſimum, pondere ab auro proximum, in partes infinite minimas, ſui omnino ſimiles diuidendum, nec tamen in diſtincta quaedam reſoluendum principia, frigidiſſimum, ſed nullo frigore noto congelandum, leniori igni, quem citiſſime copioſius arripere animaduertitur, in vapores extenuandum, et abigendum in aerem, ad μεταλλογένεσιν quam maxime facere viſum, eaque de cauſa metallorum, perfectiorum in primis et puriorum, menſtruum omnino commodum.* Definitionem hanc, quae omnes mercurii affectiones concinne proponit, in additis notis erudite illuſtrat, praecipuas Auctorum
p. 16. de eo ſententias enarrat et accurate diiudicat. Simili quoque ratione varias veterum recentiorumque opiniones de uſu mercurii viui externo et interno in exa-

men

men vocat, mercurium cum ſalibus tractatum, quatenus varia medicamenta officinalia exhibet, conſiderat, et ea, quae aptum praeparandi modum concernunt, abunde docet. Cum autem mercurius dulcis ipſi optimum, ex mercurio cum ſalibus tractato productum, eſſe videatur medicamentum, varias methodos, quibus mercurius varie cum ſalibus tractatus, in primis ſublimatus corroſiuus, dulcis redditur, exponit et diiudicat. Vehementiſſimam autem huius medica- p. 36.
menti acrimoniam non mercurius acido ſpiritui adiuncto inducit, *ſed acidior et meracior illorum ſpirituum mineralium pars et a mercurio et a metallis quaſi a magnete ferrum, quam auidiſſime et copioſiſſime allicitur et attrahitur, ideoque iisdem, coacta magis et coaceruata quam firmiſſime agglutinatur.* Mercurius itaque acidis iunctus acrior vel cum aqua lauando, vel calcinando, vel ſpiritu vini ſuperaffuſo, vel ab eodem abſtracto dulcis redditur, genuina vero methodus mercurium viuum mitigandi in trituratione cum mercurio viuo et ſublimatione quinquies vel ſexies repetita conſiſtit, quam Cl. Auctor accurate deſcribit.

Vti vero mercurius cum ſalibus tractatus inſigni p. 41.
efficacia praeditus eſt, ſic ſulphuris acceſſus eius vim prorſus infringit. Aethiops itaque mineralis a multis in perſanandis variis morbis laudatus, Cl. Auctori iners quoddam dicitur medicamentum, cum ſulphur vel ſub frigida trituratione, vel moderato caloris gradu applicato, mercurio iunctum huius effectus impediat. Ex hoc aſſerto facile deducitur, cinnabari, in cuius praeparatione mercurius ſulphuri mediante ſublimatione iungitur, nullos prorſus effectus adſcribendos eſſe, additur tamen, cinnabari factitia tutius uti poſſe medentes, quam natiua, huic enim peregrinae et arſenicales ſaepe partes adhaerere ſolent. Vti vero variarum cinnabaris ſpecierum praeparationes, accurate definiuntur, ſic potiſſimum de colore eleganti

huic producto naturali vel chemico conciliando non
p. 56. nulla proponuntur. Non ſolum vero aethiops inen medicamentum dicitur, ſed non ſine ratione oſtenditur, eundem pondere ſuo debiles ventriculi fibras laedere poſſe. Vim anthelminticam, ad quam non nulli experientia edocti prouocant, a medicamento, per trituratione parato, ideo tantum obtineri oſtendit Cl. Auctor, quoniam non nulli globuli mercurii viui ſe extricant. Ipſe vero vim diaphoreticam ab aliis laudatam non concedit, ſed ad aſſertum BOERHAAVII prouocat, qui praeter anthelminticam nullam eidem attribuit vim. Idem iudicium de cinnabari fertur, cuius inertia, non obſtantibus vanis aliorum laudibus oſtenditur, et variis Auctorum teſtimoniis declaratur.

p. 70. Subnectitur tandem tractatio de omnis huc uſque examinati mercurii in corpus noſtrum vi et efficacitate, et in genere oſtenditur mercurii vires difficile explicari, cum ille in corpore ipſo in varias formas mutari videatur. Halitus mercurii, quo ſubtilior, eo pernicioſior deprehenditur, quod ii, qui mineras mercuriales tractant, vel metalla ignobiliora, mediante mercurio, auro obducunt, ſatis experiuntur, quorum itaque vitae incommoda ſuccincte enarrantur. Hinc noſter concludit, eos, qui mercurium, ex cinnabari per ignem ſub forma fumi excitatum, aegroto corpori applicant, ſanitati non conſulere. Mercurius cum aqua coactus huic vim anthelminticam tribuit, ipſe vero ut fluidum denſum per canalem alimentorum tranſit, faeces tenaciſſimas perrumpendo aluum ſoluit, et vermes delet. Idem cum terebinthina et axungia ſubactus, frictione calida in primis ad articulos applicatus, lymphae ſanguinique admiſcetur, ipſe etiam crudus cum ſaccharo tritus, et ore aſſumtus eandem viam petit, ſtimulum cordi et vaſis iniicit, eoque nec non pondere viſcidos alioſque peruerſos humores reſoluit, et per varia colatoria in primis per vias ſaliuales educit.

cit. Licet itaque variis his modis applicatus corpori varia incommoda inducat, efficaciſſimum tamen et heroicum medicamentum omni iure appellari poteſt.

An vero mercurius pondere ſuo omnes hos effectus producat, merito dubitat Noſter; cum enim mercurii, cum variis ſalibus coniuncti, non nulla grana, partitis vicibus propinata, tales effectus producant, qui a maiori doſi mercurii viui vix obtinentur, nec ex pondere minimae partis mercurialis, neque ex ſale delenito parcius agglutinato eius vires aeſtimari poſſe Cl. Auctor monet, et cum Ill VAN SWIETEN haec cuncta a ſingulari mercurio inſita natura, per experimenta ſolum cognoſcenda, proficiſci aſſumit. p. 79.

Quaeſtio etiam oritur, an mercurio viuo copioſiori, an parciori a chemicis varie tractato uti debeant medentes? Mercurium viuum praeſtare Cl. ASTRVC aſſeruit, Noſtrum vero habet contradicentem, qui nimirum mercurium frequentiori circulo ſanguinis circum actum, attenuari, neruis inimiciſſimum fieri, et oſſa penetrare in iisque colligi declarat, ex quibus cauſis varias aerumnas eorum, qui mercurialem inunctionem paſſi fuerunt, deducit, et mercurium ſalibus iunctum reliquis medicinis mercurialibus praeſtare oſtendit. p. 81. Tandem argumenta, quibus vires cinnabaris potiſſimum adſtrui ſolent, eneruat. p. 84. Ex quibus omnibus patet Cl. Auctorem in erudito hoc libello hiſtoriam mercurii et mercurialium medicamentorum egregie declaraſſe.

XIV.

Kongl. Svenska Vetenskaps Academiens Handlingar for Or 1751. Vol. XII. Med. Kongl. Academiens Tilstond. Tryckte i Stockholm hos *Lars Saluius* po des egen Kostnad. 8. mai. plag. 20. tab. aen 10.

Hoc est:

Academiae Regiae Suecicae Scientiarum Acta. Annus 1751. Vol. XII.

p. 1. 1) De *parallaxi et aberrationibus fixarum*, quas astronomi detexerint, Cl. VARGENTIN recenset.

p. 11. 2) *De Salmonis proprietatibus et piscatura in fluuiis norwegicis* obseruationes collegit NIC. GISLER. Prima, quam hic exhibet, particula fluuios describit quoad originem, cursum, ripas, cet. unde nos generalia quaedam (de singulis enim fluuiis agit) excerpemus. Lacus, quos flumina transeunt, latissime se extendunt, fluuiorum vero ripae, cum territorio adiacente humillimae, et aequabiliter maxime extensae sunt, quo propiores montibus locisque sylueſtribus reperiuntur. Decem vel duodecim milliaribus a mari, fluuii in canales angustiores coguntur, inter ripas altiores concluſi. Fluuii, ubi mari proximi sunt, a ripis suis plerumque plus auferunt, quam in locis remotioribus, cum ibi plus arenae et terrae minus cohaerentis sit. Similiter varia de incrementis fluuiorum, de congelatione illorum, cet. refert.

p. 31. 3) *Variolis confluentibus quo modo praeueniatur*, ut vel omnino euitentur, vel benigniores saltem habeantur, ostendit NIC. ROSEN. Cum ob viciniam aut consortium variolis decumbentium, euitari non possint, praescribit infantibus laxatiuum lene ex manna vel simile, aerem ab iis, quantum fieri potest, arcet, salsos cibos et aromaticos vetat, praeter ea nullos

nullos, parcius tamen ut carnibus veſcantur, iubet; plus, quam ſolent, ut bibant, permittit, pilulas praeſeruatrices quatuor vel quinque ſeptimanis prioribus, bis ſingulis ſeptimanis, adhibet, e. gr. diebus lunae et veneris veſperi, poſt ea ſemel ſingulis ſeptimanis ſumi ſufficit. Doſis cuilibet definienda, unde mane ſequenti bis circiter leniter purgetur. Biennibus plerumque pilulas tres exhibet, triennibus quatuor, quinquennibus ſex. Quam primum infantes, quibus haec remedia adhibentur, ſigna variolarum monſtrant, pilulas nullas amplius illis dat. Vnicus aliquando, inſcio illo, ſecundo contagii die illas ſumſit, in cuius facie tertio die maculae nigrae apparuerunt, quae quarto die euanuerunt, infans bene ſe habuit, neque lectulo adfixus fuit, verasque variolas demum, quatuordecim poſt diebus, quinque ſaltem in facie oſtendit, ita benignas, ut vix morbus viderentur. Remedia haec a biennibus infantibus ad pueros nouendecim annorum probata ſunt, neque vel minimum incommodi contigit, per duos vel tres menſes illis uſis. Pilulae praeſeruantes hae ſunt. ℞. Calomelan. rite ppti, camphorae, extracti aloes aquoſi ana gr. XV. reſinae Guaiaci gr. XXV. M. F. a. l. Pilulae pond. gr. ij. fol. ☽ obduc. Maioribus natu granum calomelas additur, infantibus camphorae aliquid demitur, praecipue ſi pilulae recentes ſunt.

4) IVSTVS GODOFR. GVNZ *cor et iecur partus octimeſtris* deſcribit. Diſſecuit Cl. Vir in theatro anatomico lipſienſi, anno 1748, a femina, morbo venereo laborante, mortuum editum. Iecur maximum alias in partu, hic exiguum erat, ut totum interius ante coſtas iaceret. Deerat proceſſus ille peritonaei, quem ligamentum hepatis ſuſpenſorium appellant; alter enim proceſſus, qui venam umbilicalem ſequitur, una cum hac vena ad ultimam fiſſuram hepatis deſinebat, ut nihil eius eſſet ſupra marginem acutum hepatis uſque ad eius ſuperficiem conuexam. Hoc p. 34.

exemplo WINSLOVII sententiam credit firmari posse. Noster, processum hunc neutiquam pondus hepatis suspendere, si illa nouis argumentis indigeret. Canalis venosi loco ramum ipsius venae portae reperit, cuius origo loco consueto erat, sed utrinque per hepar in ramos varios diuidebatur, ut vix iudicari possit, quis eorum in venam cauam inseretur. Igitur falluntur, qui canalem eam ob causam a creatore factum credunt, ut sanguis a vena umbilicali veniens ei, qui a vena portae fluit, locum faciat, et hinc iustim ad cauam pergat. Contra firmari existimat, quae olim in commentatiuncula in HIPPOCRATIS libellum de dissectione protulit, sanguinem, quem embryo a matre accipit, propter ea ad hepar duci, ut satis dissoluatur, et aptior reddatur, quo per angustissimos canales embryonis fluere possit, cum in pulmonibus mutationem nullam subeat. Eundem usum hepatis in adulto esse credit, praecipue cum pluribus obseruationibus conuictus sit, bilis secretionem potissimum ope arteriae hepaticae contingere. Iniectiones certe per arteriam hepaticam facilius in ductus biliares penetrant, quam per venam portae. Quod cor attinet, canalis arteriosus non ex ipso arteriae pulmonalis trunco, sed ex eius ramo sinistro oriebatur. Foramen autem ouale et membrana, ei versus auriculam dextram obtensa, minor multo erat, quam solet esse in foetu octimestri, totque foraminibus pertusa, ut reti esset similis; margo vero eius liber cornubus duobus claudebatur, quae parieti superiori et anteriori sinistro auriculae sinistrae laxe adhaerebant. Haec membranae conditio de sententia Cl. MERY dubium mouit. Licet enim sanguis per membranam perforatam ab inferiore auricula ad superiorem libere fluere posse videatur, credibile tamen est, eum, qui a venis pulmonalibus in auriculam inferiorem cadit, non resistere posse ei, qui est in auricula superiore, quia

quia prioris minor est et massa et velocitas, posito scilicet, utramque auriculam simul repleri.

5) *Hemicraniam, secta arteria temporali leuatam,* narrat Cl. DANIEL NISSER. Dolorem grauissimum sentiebat aeger in regione partis squamosae ossis temporum. HESSELII consilio chirurgus NISSER sanguinis uncias duodecim ex arteria temporali emisit, statim leuatus est dolor, qui viginti et tres septimanas, remediis pluribus frustra adhibitis, durauerat. Profluente sanguine adhuc calido, rubra pars a serosa statim separata est, serosa aquae impurae grumosae simili; statim vero coibat, et cum refriguisset, sanguis gelatinam ex gryseo coeruleam, tegmine crasso, mucoso, viscido, eiusdem coloris tectam, exhibebat. p. 37.

6) *Constructionem aliquam geometricam* optici problematis, quam Cl. KLINGENSTIERNA in actis 1749. dederat, demonstrat SAM. DVRAEVS. p. 39.

7) *De venis quarzosis (Quarzgänge) inuestigandis,* cum hiatibus (*Klüfte*) interuenientibus abruptae sunt, agit AND. SWAB et ad auri fodinas Aedelforsenses adplicat, eodemque pertinentia sub *no.* 8. DANIEL TILAS, et ANT. SWAB sub *no.* 9 exhibent. p. 42. p. 48.

10) *Modum grana frugum* boum ope *excutiendi, orientalibus usitatum, Suecis commendat* EDVARDVS CARLESON. Machinam negotio commodam et omnia eo pertinentia describit, ut illa, cum in Turcia quatuordecim annos degeret, vidit. Vrget vero minimarum impensarum esse hanc methodum, et cum regiones, in quibus adhibetur, ditiores multo hominibus sint, quam Suecia, tamen homines illi negotio non adhiberi. Ipse vero hac methodo iam cum fructu usus est. p. 49.

11) *Apis nigra abdomine* fasciis sex flauis intermediis tribus interruptis, tribus anticis lamellis perforatis instructis, Suecis *Sikt-Biet*, describitur a DANIELE ROLANDER. p. 56.

p. 60. 12) *Geometriam fodinis agendis* (*Grubenbau*) *applicat, usumque in auraria* Aedelfors *ostendit* AND. SWAB.

p. 69. 13) *Herniam dorsalem, numquam adhuc descriptam, a* CHRISTOPH. HEINR. PAPEN *observatam, cum academia communicauit Ill.* DE HALLER. Legitur obseruatio haec germanice *im Hamburgischen Magazin.* Vol. VI. p. 534.

p. 73. 14) *Ex diario Academiae* edita sequentia huc pertinent: Ludi moderator Tornensis Vigelius inter alia loci sui remedia domestica, sequens, ad tumores mammarum sexus sequioris pertinens, exhibuit: Sumatur albi graeci nostratis copia, super assere quodam in farinam comminuenda; crassiores particulae cribro separentur, et addito cremore lactis dulci in vase exiguo ad ignem lenem horam circiter coquatur; nouus cremor addatur, rursusque coquatur, et dum coquitur, baculo perpetuo agitetur. Ita ad pultis consistentiam cogatur, remotum ab igne, per linteum crassum exprimatur, in vase seruandum. Eo mammae unguntur, calefacto leniter, si congelauerit. Ante quam ungendo adhibeatur, baculo agitari debet; si vulnera caua insint mammis, fundus eorum pluma unguento tincta inungitur, aut gossypium eo tinctum inditur, superiores partes non inunguntur, ne coeat vulnus, interioribus nondum sanatis, adstringit enim unguentum.

Cl. AGREL. ouum gallinae alio foetum ostendit. De insulis quibusdam natantibus, mox mersis, mox emergentibus, Cll. LIVMGQVIST et IVSTELIVS Academiae retulerunt, et Cl. WASENIVS oeconomica de gallinis curandis. His primum trimestre absoluitur.

p. 81. Secundum trimestre VARGENTIN *historia methodorum zoologicarum* orditur.

p. 91. 2) *Trabium, quae in fodinis oblique adscendentibus adhibentur, ut super eas minerae commodius possint*

ſint extrahi, poſitum optimum ex geometria definit ANDR. SWAB.

3) *De Salmone obſeruata* ſua continuat Cl. GISLER, p. 95. etiam de natura et proprietatibus piſcis agit uberius, quam ut ſequi illum hic poſſimus.

4) *Molendina pneumatica ita conſtruere docet, ut* p. 130. *ceſſante vento ab equis poſſint agitari*, CARL KNUTBERG.

5) *Plantas et folia, quibus vrogalli* (Tetrao cauda p. 132. bifurca Linn. Fl. Succ. 168. *Birkhahn*), quos manſuefactos habere Suecos ex hoc ſcripto patet, *nutriuntur*, recenſet IO. OTTO HAGSTROEM.

6) *De poſitu fibrarum muſcularium, ad coſtas per-* p. 139. *tinentium*, agit Cl. DE SAUVAGES ſtatica nixus, et ad calculos quaeſtionem reuocans, ad HAMBERGERI autem partes accedens. Monet Academia litem illam ſuam ſe non facere.

7) *Saccharum, quo modo in America boreali ex ar-* p. 143. *boribus et plantis variis praeparetur*, narrat PETR. KALM.

Trimeſtri tertio haec inſunt:

1) *De ornithologia* VARGENTIN agit, nam ante p. 161. ad quadrupedia ſubſtiterat.

2) *De Salmone* pergit GISLER, *ad piſcaturam per-* p. 171. *tinentia* explicans.

3) *Potum, qui in America ſeptentrionali ex abiete* p. 190. *piceae foliis breuibus, conis minimis, paratur*, deſcribit Cl. KALM. Abietum rami in aheneis aeneis coquuntur, additis granis toſtis frugum, ubi hordeum ſecali et tritico praeſtat, mays vero omnibus; grana ad modum fabarum cafe torrentur. Adiiciunt etiam fruſta panis toſti, colorem fuſco flauum, ſaporem gratiorem et nutriendi quamdam vim potui conciliantia. Cum dimidium aquae in vapores abiit, eiiciuntur rami abietini et liquor filtratur, cui deinde ſyrupus additur, quo guſtus, a ramis et reſina in illis contenta oriundus, tollatur.

4) Fal-

p. 195. 4) Falconem capite nudo aegyptium, montanum, describit Cl. HASSELQVIST. Ex Aegypto descriptionem misit. Falcones hos illaesos colunt Aegyptii, usumque hunc aues illis adferunt, ut cadueribus animalium, quae negligentissimi proiiciunt, vescantur. DE MAILLET *Ibin* esse suspicatus est. Noster vero, quis auis Ibis fuerit, difficulter erui posse existimat.

p. 205. 5) GEORG. BRANDT *ferri ad alia corpora habitudinem, et unde variae eius conditiones oriantur*, explicat. Ex insigni experimentorum memorabilium copia, pauca speciminis loco adducemus. Ferrum auro misceri potest, ignis vi liquatis metallis, oriturque massa grysea, non multum ductilitatis habens, si aequae partes sumantur, a magnete vero trahitur. Ferrum, argento aequis partibus commixtum, albedinem argenti imitatur, minus tamen flexile est, sed satis malleabile, a magnete trahitur. Vna pars ferri, duabus stanni commixta, mixtum efficit, in superficie, ubi partes diffractae cohaeserunt, obscure gryseum, quod malleo extenditur, et a magnete trahitur. Cuprum etiam ferro unitur, fitque hinc cuprum pro quantitate ferri admixti durius, gryseum, minus ductile, et difficilius in igne fluens. Superficies partium diffractarum similis est illi cupri generi, quod primum ex minera eliquatum *Rohkupfer* (nostrates *Schwarzkupfer*) appellant, huic enim cupro plerumque ferri quidquam admixtum est, quod, dum igne perficitur, (*Gahrkupfer*) comburitur. A magnete vero mixtura illa trahitur, licet minor ferri quantitas maiori cupri commixta sit. Vna pars ferri commiscetur tribus plumbi, ope fluoris nigri et puluris carbonum ad combustionem euitandam et liquationem facilius obtinendam. Prodit autem regulus, plumbi facie, malleabilis et magneti obediens. Ferri vitriolum commune cum mercurio in amalgama coit, si durante agitatione pauxillum aquae addatur, sed

cum

cum illud per aliquod dies ſtetit, compreſſo eo abit mercurius, ferrumque croci aut rubiginis ſpecie reliquit, nulla amplius arte mercurio coniungendum. Similiter quo modo ad ſemimetalla ſe habeat, et quae ad ferrum facilius meliusque e mineris eliquandum faciant, oſtendit.

6) Nouum inuentum cylindri, qualem glebis comminuendis agricolae adhibent, (noſtrates *Walze*, *Wallbreche* appellant), deſcribit MAGNVS LAGERSTROEM. p. 214.

7) Eleuationem caſtelli Oboenſis in Fennia ſupra mare definiit IACOB GADOLIN, quod facit ad quaeſtionem, num aquae copia minuatur. p. 219.

8) Secale, quod alias autumno circa diem Laurentii (ſtilo antiquo) ſeri ſolet, hieme in niuem ſerere tentauit IOAN. ADELHEIM; res feliciter ſucceſſit, maturitas vero autumno proximo ſatis contigit. p. 224.

10) Tentamina cum tribus minerae ferri ſpeciebus, in Suecia erutis, inſtituta recenſet A. F. CRONSTEDT. p. 226.

11) GERH. WILLEMOT diſſerit de cultura et uſu plantae cuiusdam cerealis, quam cum nec deſcripſerit, nec botanicum eius nomen adiecerit, cum eo auenam albam anglicam appellabimus. p. 233.

12) Ex diario academiae eduntur, quae in coctura nitri, ad urbem Lindkoeping florente, inſtituta experimenta perſcripſit C. FR. LVND. Primum adducemus: Ex 30 *tonnis* terrae, partim ex ruinis calcariis murorum antiquorum conſtantis, et parte cineris, in ſaponis coctura annum dimidium ante elixati, aliaque parte fimi equini ſemeſtris, coelo libero ante expoſiti, modo conſueto, absque mixtura cinerum aut alius rei lixiuium obtentum eſt, quod coquendo inſpiſſatum, neque filtratum, nitri crudi libras ſex dedit. p. 236.

STAKEL, chartae faciendae in Helſingia praepoſitus, chartam gryſeam ex foliis arborum effecit, modum ſibi ſeruat.

Con-

p. 241. Contenta trimeſtris ultimi:

1) De ſale ammoniaco C. LEYELL differit.

p. 258. 2) Sal ammoniacum, ut in Aegypto praeparetur, oculatus teſtis HASSELQVIST deſcripſit. Materies eſt fuligo a combuſtis ſtercoribus quadrupedium domeſticorum, quae plantis veſcuntur, hominum quoque. Eſt vero Aegyptus ſale plena et plantis ſalſis, unde ſine dubio acidum ſalis communis in ammoniaco. Stercoribus vero illis ſiccatis, ligni defectum diuites aeque ac pauperes ſupplent, fuliginem iis, qui ſal praeparant, vendunt; neque enim agricolae ſimo indigent, cum agri argilla Nili fecundentur. Camelorum ſtercoris nulla hic eſt praerogatiua, neque urinae illorum ratio habetur; mallent tamen, qui ſal coquunt, humanis excrementis, deinde ouinis et caprinis uti, ſi ſola habere poſſent. Hanc materiam vaſis vitreis loricatis indunt et poſt euaporationem ſpiritus acidi, orificium obturant, in ſuprema autem ſal collectum obtinent.

p. 265. 3) Additamentum huic relationi adiicit T. SCHEFFER, obſeruans praecipue, ſalis communis in ammoniaco magnas eſſe partes, hinc meliora eſſe excrementa, de quibus diximus, animalium, quae ſale communi utuntur. Praeter ea ſal ammoniacum, ad *Puteolos* a natura ſublimatum, a Cl. SWAB ibi collectum, poſſidere ſe narrat.

p. 267. 4) Alia addit VLRICVS RVDENSCHIOLD, inter quae eſt, ex libris 26 fuliginis obtineri ſalis ammoniaci libras 6.

p. 268. 5) *Rurſus de ſalmonis piſcatura* differit Cl. GISLER.

p. 284. 6) *Formas nauium minores (modelle) facile parari docet* G. SHELDON.

p. 287. 7) *Mineram aliquam, in Suecia erutam, examinat* AXEL F. CRONSTEDT.

8) *La-*

8) *Locum quendam* in mari Suecico, *ubi acus magnetica turbatur*, deſcribit, ſuaque obſeruata recenſet CAROL. IO. GETE. p. 292.

9) *Hyperbolam aequilateram cum circulo comparat* SAM. DVRAEVS. p. 297.

10) *Zea* (Mays) *quo modo in America boreali colatur, et quam variis uſibus adhibeatur, deſcribit Cl.* KALM. p. 301.

11) *Clima Scaniae* deſcribit ERIC. GVST. LIDBECK. Et ſi Scania 4 ſaltem gradibus auſtralior ſit Vplandia, temperies coeli tamen multo ei clementior eſt. Circa Londinum (*Lund*) *petum* colitur; *datura* (LINN. H. Vpſ. 43.) ad altitudinem trium pedum excreſcit, copioſis et craſſis ramis, ornamentum hortorum futura, ſi perennis eſſet. Siberica et Europaea ſemina, quae *Bar.* BIELKE et LINNAEVS horto botanico donarunt, egregie proueniunt. Peregrina varia indigena fiunt, ut mali armeniacae, perſicae, amygdala, vites, caſtaneae, mori, cet. Meſembryanthemum cryſtallinum, (LINN. H. Vpſ 27.) planta africana ſub coelo libero creuit, et ſemina matura produxit, idque contingit plantis pluribus, Vpſaliae in hypocauſto ſeruandis. Mori hiemem perferunt. p. 318.

XV.

D. GEORGII RVDOLPHI BOEHMERI, Anat. et Bot. P. P. Diſſ. de vegetabilium celluloſo contextu. Reſp. *Io. Chriſt. Rüffero*, Wittebergae, 1753. 4. ap. E. G. Eichsfeld, 4 pl.

Albidas elaſticaſque nunc craſſiores nunc ſubtiliores fibras atque fila, inter ſe nexa, variae figurae et magnitudinis caua, ſeu cellulas efformantia contextus celluloſi nomine inſigniuit Cl. Auctor, atque ex hac deſcriptione eius in animalibus et vegetabilibus

conue-

conuenientiam generatim primo declarauit, oſtendit, que a fluidis, ex terra ad ſemen ductis, condenſatis, et perſpiratione inſpiſſatis illum eodem modo, ac in animali corpore a glutinoſo liquore, produci et multiplicari, omnesque cellulas inter ſe communicare, et ex una in alias patulam eſſe viam. Hic vero celluloſus contextus ubique praeſens, ſtructura multum differt, ideoque, et in primis etiam pro diuerſitate loci, ubi reperitur, diuerſa accepiſſe nomina monet. Aliquando enim eius fibrae vincula praebent, quibus aliae fibrae atque vaſcula vel ſimplicia vel in faſciculum collecta, inter ſe uniuntur. Ita in ſtramonii fructu, cuticula detracta, virentique maſſa, ſub eadem haerente caute ſeparata, innumerabilia vaſa, a neru ſuo ſeparata, ſimulque vacuas cellulas conſpexit, atque continuata maceratione omnia vaſa in villos atque celluloſam ſubſtantiam dilacerata quaſi inuenit. Vaſa haec, et illa in primis, quae ſuccos continent, interius, ut CAESALPINVS iam docuit, ſingulari opere celluloſo replentur, et obſtruuntur, quod Cl. Auctor etiam in ſucculentis plantis, omniumque elegantiſſime in Blito rubro per microſcopium obſeruauit atque deſcripſit, ſimulque vidit, contextum celluloſum intra vaſcula antea contentum alio tempore deficere, atque vacua vaſa eſſe, id quod in primis in marceſcente, ſuccisque exhauſta planta deprehenditur. Ex quibus concludit Cl. Auctor, contextum illum pro diuerſa plantae conſtitutione diſparere ſenſim, vaſorumque lateribus condenſatum illum adhaerere, ideoque, quam diu planta viget, tamdiu quoque eius modi ſpongias vaſorum caua replere, in marceſcente vero atque mortua planta diſparere, eaque vacua fieri. Ex hoc quoque fundamento valuulas in plantarum fiſtulis adeſſe negat, exiſtimatque ſepta, quae pro illis aſſumta fuerunt, eſſe tantum apophyſes fibroſas a contextu celluloſo, lateribus canalium adpreſſo ſuperſtites, vel integram medullam,

vaſa

vaſa replentem. Porro etiam ex hac, antea declarata, ſpongioſi huius operis mutatione trachearum exiſtentiam dubiam reddit. Omnes enim, qui eas defendunt, tracheas vaſa eſſe reliquis maiora, denſiora, certisque modo in locis praeſentia ſtatuunt, in parenchymate harum nullas, in libro vero plures adſumunt, ideoque vaſcula in parenchymate ſuccis vehendis adaptata, nunc eodem in librum condenſato, in tracheas mutata fuiſſe concludit. Teneriores etiam plantae partes illis carent, ſucceſſiue vero, maiori facto incremento, eae tandem oriuntur; hinc vaſa nunc exſucca reddita, celluloſoque contextu orbata, vacua fiunt, cumque ſucci in illis amplius moueri non poſſint, aer intrat eademque replet. Quam rem tandem, experimento, in cucurbitacearum plantarum foliis inſtituto, ulterius corroborat. Non modo autem contextus celluloſus intra vaſa continetur, ſed et externe illis adhaeret, et quidem vel eadem cingit atque ambit, vel eorundem orificiis adnectitur, vel denique in ſingulari loco, ut peculiare corpus, habitat. Prius in primis in parenchymate deprehenditur, quod rapae aliarumque plantarum radices in aere exſiccatae, iterumque in aquam immerſae docent, ſtatuit etiam parenchyma hocce non modo externe plantas ambire, ſed et diametrales, ut vocant, portiones efficere, quae interiora verſus ducuntur, tandemque in medulla deſinunt. Lignum enim non ſolidum eſt atque integrum, ſed perforatum, tranſitumque celluloſo contextui permittit. Hinc in plurimis plantis centrum occupant fibrae, vario modo inter ſe nexae, cellulasque efformantes, quae medullam conſtituunt. Et haec quidem ex duplici celluloſo opere conſtat, alio, quod ex tenuiſſimis lamellis componitur, et minores cellulas ſiſtit, et alio, quod fibras refert denſiores, vario modo inter ſe nexas, quae maiores firmiorisque conſiſtentiae cellulas conſtituunt. Maximam itaque medullae partem utriculos ſiue cellulas

eſſe adſumſit, an vero etiam vaſcula ibi adſint, in dubio reliquit. Medullam cum contextu cellulofo conuenire, probant etiam illae plantae, in quarum centro nulla medulla deprehenditur; non enim in his deficit illa, ſed alium modo occupauit locum, atque lignoſa fibrarum ſtrata veſiculari eius modi medullari-que opere inter ſe cohaerent. In quibusdam cauus inuenitur caulis, credit vero Cl. Auctor illum non ſemper cauum fuiſſe, ſed vegetatione protracta atque finita vacuum fieri, in ſeneſcente enim planta tomentoſus contextus, qui antea explicatus erat, contractus, lateribusque cauitatis adpreſſus conſpicitur. Conſiderat porro alias partes, quae contextum ſimilem habent; folia et viridia et maceratione praeparata ſub cuticula viridem exhibent maſſam, quae vaſorum interſtitia replet, et tota celluloſa eſt, petalorum quoque vaſcula utriculos includunt, et in ſeminibus, eorumque in primis cotyledonibus copioſiſſime illi adſunt. Commemorat etiam illas veſiculas, quae inter utriculos in foliis diſperſae haerent, et a MALPIGHIO folliculi adpellatae fuerunt. Omnes vero has partes, diuerſis nominibus inſignitas, hos folliculos, utriculos, parenchyma, medullam et ſ. p. eſſe caua liquoribus repleta, ideoque omnes ad contextum celluloſum referendas monet atque urget. His nunc fuſius deſcriptis ad uſum contextus huius eruendum accedit, quem ampliſſimum eſſe, ex eo patet, quia ab eodem omnis ſolidarum partium cohaeſio, omnis ſtructurae differentia, omnisque fluidorum motus et praeparatio dependeat. Oſtendit itaque primo humores in eodem contineri, licet aerem alii in eo habitare exiſtimauerint, deinde humorum motum huius ipſius adminiculo accelerari plurimis docet argumentis. Cellulas inter ſe communicantes, ut tubos capillares conſiderat, ſimilique modo fluidorum progreſſum iisdem fieri exiſtimat; et quo maior neceſſaria eſt in plantis humorum quantitas, quo viuidius celeriuſque illae creſcunt,

creſcunt, eo maiori quoque in copia adeſt haec ſpongioſa ſubſtantia, dum vero caulis vel folia vel perſiſtunt immutata, vel ſenſim contabeſcunt, eo parciores inueniuntur cellulae. Vaſa quoque medio reticulo orbata minime denuo reuiuiſcunt, dum e contrario plantae flaccidae, celluloſae adhuc, aqua adſperſa iterum erigantur viuantque. Eodem terrae ſucco nutriuntur diuerſiſſimae plantae, ideoque ille in ſingula planta in propriam naturam debet mutari, dum vero vaſa in plantis cylindraceam, habent figuram, nullam in mutandis fluidis virtutem exſerunt, ſed horum praeparatio a contextu celluloſo, veluti a glandulis dependere adfirmat, atque ex vegetationis mutationibus declarat. Vltimo tandem utilitatem celluloſi operis ratione ſolidorum explicat. Vinculum illud praebet, quo ſimpliciſſimae fibrae inter ſe cohaerent, ſimulque elaſticitatis phyſicique roboris cauſam praebet, ac omnis ſtructurae differentia ab eodem dependet. Quo laxiores enim huius ſunt cellulae, quo maiora eius caua, eo mollior atque tenerior eſt planta, et vice verſa; in cuius rei demonſtrationem vaſorum diuerſorum contemplationem addit, plantarumque iuniorum et arborum in primis in adultam plantam mutationem conſiderat. Partium quoque plantae ſpecialem conſiderationem adnectit, ut uſus contextus celluloſi eo luculentius pateat. Ita motus, ſi quis eſt, vaſorum, et integrae plantae, ſtaminum ab arcuato ſitu in erectum mutatio, antherarum crepatura, et euolutio, fructuum et capſularum in primis dehiſcentia, ariſtarum in graminibus et geranii ſeminibus et forte foliorum mobilitas ab eodem dependet, an non forte etiam ille cauſa ſit, cur radices ex ſemine enatae deorſum, caulisque ſurſum tendant, ut problema adponit.

XVI.

Noua physico-medica.

Doctores et Professores medicinam docentes

1) In uniuersitate Basileensi:

IOH. RVDOLPHVS ZWINGERVS, Ph. et Med. D. Pract. Prof.

DANIEL BERNOULLI, Ph. et Med. D. Phys. Theoret. et Experiment. Prof. Ord. Med. Extraord.

FRIDERICVS ZWINGERVS, Ph. et Med. D. Theoriae Prof. Ord. Consil. Aulic. Bado-Durlacensis.

IO. RVDOLPHVS STEHELINVS, Phil. et Med. D. Anat. et Botan. Prof. Ord.

His ex Philosophis adiungendus est:

IACOBVS CHISTOPHORVS RAMSPECK, Phil. et Med. D. Eloq. Prof.

2) In uniuersitate Erlangensi:

IOANNES FRIDERICVS WEISMANNVS, Med. D. Sereniss. March. Brandenb. Culmb. Archiater et Consiliar. Aul. Med. Prof. Publ. Ord. Acad. Nat. Cur. Sodal. et ciuitatis Erlangens. Poliater.

CASIMIRVS CHRISTOPHORVS SCHMIEDEL, Med. D. Sereniss. March. Brandenb. Culmbac. Consil. Aul. Anatom. et Botan. Prof. Publ. Ord. Acad. Nat. Cur. et Societat. Florent. Botan. Sodal.

CHRISTIAN SAMVEL GEBAVER, Med. D. Sereniss. March. Brand. Culmbac. Archiater et Consil. Aul. Com. Palat. Caes. Med. Prof. Publ Ord.

HENRICVS FRIDERICVS DELIVS, Med. D. Sereniss. March. Brand. Culmbac. Consil. Aul. Med. Prof. Publ. Ord. Acad. Imp. Nat. Cur. Sod. Soc. Reg. Teuton. Gotting. Colleg. Honor.

Virum

Virum Cl. IO. GEORG ROEDERER, M. D. *Goettinga* ante paucos annos vocatum esse Groeningam, ut anatomen ibi doceret, nuper quidem retulimus *; tum tamen temporis adhuc dubii, num oblatum sibi munus accepturus esset? Qua vero de re nunc certiores facti commemoramus, eum de munere, quo huc usque cum laude functus est, non decessisse, sed a Pot. Magnae Britanniae Rege Professorem Anatomiae ordinarium Goettingae constitutum esse, ibique nunc eam simul cum arte obstetricia, uti solet, cum applausu publice tradere.

Notum porro est, praeter hanc anatomen docendi prouinciam, in Cl. ROEDERER delatam, duabus adhuc aliis functum fuisse Ill. HALLERVM, dum viueret Goettingae; unam nempe docendae Chirurgiae; alteram Botanices, quarum illam publice inposterum tradet vir Cl. IO. GODOFR. BRENDEL, M. D. et P. P. O. hanc vero Vir Cl. IO. GODOFR. ZINN, M. D. et P. P. Extr qui horti simul botanici Gottingensis curam in se suscepit.

Ibidem etiam post Ill. HALLERI, perpetui societatis Scientiarum Praesidis, discessum, is nunc constitutus est ordo, ut inter socios illius societatis illustris seniores ab uno ad alterum per orbem eat praesidis officium, quo per sex menses quilibet defungatur, ita, ut post Cl. GESNERVM illud munus hucusque subierit Cl. HOLLMANNVS.

Neque silentio praeterire possumus, eundem Ill. HALLERVM anno adhuc superiore ab academia, quae *Florentiae* constituta incremento studet artis botanicae, receptum fuisse socium.

* Comment. nostr. Vol. III. P. II. p. 355.

Holmiae a regia scientiarum academia Cl. CAROLVS BONNET, Geneuae degens, vir de indaganda rerum naturalium historia promeritus in conuentu, die vicesimo sexto mensis ianuarii huius, quem agimus, anni habito, in numerum extrancorum sociorum relatus fuit.

Ibidem a Ser. Suecorum Rege Virum Cl. IO. BERGSTRAHL, Med. D. Assessorem Regii Collegi Medici Holmiensis nuper mense maio nominatum esse accepimus.

Ibidem porro Cl. HERM. SCHÜTZER, cuius iam alibi memorandi habuimus occasionem, a Ser. Suec. Rege mandatum esse legimus, ut supremam omnium rerum chirurgicarum, per totum Sueciae regnum occurrentium, gerat curam; titulo supremi rerum chirurgicarum directoris simul ipsi impertito.

Moscouiae, nuper etiam Cl. PAVLVS CONDOIDI, quem a Ser. Imperatrice Russorum collegiorum medicorum directorem, constitutum fuisse iam adnotauimus, * nunc eiusdem Imperatricis archiatri et consiliarii intimi officiis decoratus est.

Lutetiis Parisiorum, quae praesidis officio facultatis medicae fungeretur, praefecta fuit sexus sui aeque peculiare decus ac scientiarum ornamentum Ill. de VOISENON ex perillustri gente oriunda, quae per varia ingenii et doctrinae specimina inclaruit.

Eblanae in Hibernia ante breue tempus obiit Vir, dum viueret, Clarissimus, et de arte medica, eiusque in primis parte physiologica, egregie meritus, BRYAN ROBINSON, Med. D. eiusdemque in eadem academia Professor; aetate valde prouectus.

Berolini

* vid. Comment. nostr. Vol. III. P. I. p. 168.

Berolini die decimo aprilis obiit anno aetatis ſuae triceſimo quinto CHRISTOPH. HENRICVS KESSEL, Med. D. inter eruditos ideo potiſſimum clarus factus, quod opera chemica auunculi ſui CASP. NEVMANNI, viri, cuius memoria inter chemicos nunquam peribit, hucuſque ediderat.

Ibidem et eodem menſe, die ſcilicet aprilis viceſimo, aetatis ſuae anno octogeſimo ſeptimo, e viuis diſceſſit CHRISTOPH HORCH, Med. D. Ser. Boruſſ. Reg. Conſiliarius intimus et Archiatrorum Senior, Caeſ. Acad. Nat. Cur. Supremi Collegii Medici et Collegii Sanitatis Berolinenſis Socius.

Praematura Cl. Viri IO. BENI. BOEHMERI mors, quam nobis etiam lugendam eſſe profitemur, cum noſtrorum, quantum per valetudinis rationem conceſſum erat, laborum induſtrius fuerit ſocius, ſupra a nobis indicata, * memoriam eius, quoties illius recordamur, reſuſcitando nunc certe a nobis exigit, ut quae vel praeſtiterit, vel ſperare ab eo potuerit orbis literarius, pateſcat. Natus autem erat ille anno huius ſeculi decimo nono, menſis martii die decimo quarto, Lignitii, haud incelebri Sileſiae urbe, patre BENIAMIN, arti pharmaceuticae operam nauante, qui nihil quidem, quod ad acuendum, inſtruendumque ingenium filii pertinere videbatur, praetermiſit, praecoci tamen morte ipſi eripiebatur. Nihilo tamen ſecius, licet haec iactura, in primis, quod rerum gerendarum inopia accedebat, facile inconſtantem depreſſiſſet animum, eo alacriorem eum et ſtudioſiorem reddidit, ut variis, literarum in primis, quae ab humanitate dicuntur, locupletatus doctrinae theſauris, anno huius ſeculi triceſimo ſeptimo noſtram muſarum ſedem adire potuerit. A quo tempore ſuo feruore et ſingulari ſtudio id effecit, ut omnes, quos diligenter

 audiuit,

* vid. Comment. noſtr. Vol. III. P. II. p. 360.

audiuit, scientiae medicae antistites, WALTHER, PLATNER, HEBENSTREIT, HARTRAMPF, GÜNTZ, LVDWIG, sibi fauentes reddiderit, immo ad intimam eorum amicitiam fuerit admissus. Sed, cum praeter ea annuente fortuna, magnum SYLVERSTEINII stipendium forte consequeretur, in id omnes, nec sine prospero conaminum successu, intendit neruos, ut aliquando academiae utilis euadere possit. Recitauit itaque in honorem ante iam dicti Ill. SYLVERSTEINII 1742 orationem de incitamentis ad medicinae studium, et defendentis ac dissentientis officio saepissime cum doctorum suorum applausu et commilitonum admiratione functus est. Hinc 1738. sub praesidio IO. GEORGE HOFFMANNI dissertationem *de matricibus metallorum*, 1739 theses *de sanguinis circulo in foetu aduersus* Cl. MERY, 1740 quaestionem medicam, *an a nerui phrenici alterna compressione alternus thoracis motus*, 1743. aliam, *an musculi intercostales interni externorum antagonistae*, et tres illas, a se ipso confectas, moderante Cl. LVDWIGIO, proposuit. Ab illo autem tempore singularis, eum et Ill. PLATNERVM, cuius nunquam sine honoris titulo nomen adducimus, intercedebat familiaritas, et exquisitae illius bibliothecae usus, tum medicinae tum literarum cognitionem mirum in modum augebant, quod edita, qua philosophiae magistri iura sibi comparauit, *de Psyllorum, Marsorum et Ophiogenum aduersus serpentes eorumque ictus virtute*, anno huius seculi quadragesimo quinto dissertatio testatur, quo ipso etiam anno sub praesidio modo nominati Ill. PLATNERI *de Hydrocele* publice disputauit, et summos in medicina honores capessiuit. Nouo hoc incitatus quasi stimulo, cum ea, quae virum ingenuum decet, probitate atque prudentia artem nostram exercuit feliciter aeque ac aliis in ea docenda studiosissime praeiuit. Hinc breui post aliquot suae diligentiae reportauit praemia, quae

quae ſenſim alia ſemperque maioris momenti conſequuta ſunt. Anno ſcilicet 1746 ſenatus huius urbis eam ipſi demandauit ſpartam, ut pauperum, quae extra noſocomia ſtipendia merentur, curam ipſi concrederet, deinde 1748. ex Potentiſſimi Regis Noſtri ſumma gratia munus profeſſoris anatomiae et chirurgiae extraordinarii accepit, ad quod adeundum eleganter et docte conſcriptam *de oſſium callo* diſquiſitionem propoſuit. Satis ita ad praeſtanda ea, quae ab ipſo deſiderari poterant, aptum fuiſſe eundem iudicandum inde erit, ſibi tamen in difficilioribus potiſſimum rebus non ſoli confiſus, ab Ill. PLATNERO ſuſtentatus et conſiliis adiutus fuit praeſtantiſſimis, cuius exinde inopinatam mortem, quae triſte eius nobis uſque reliquit deſiderium, tam moeſto tulit animo, ut eum panegyrico, poſt annum, die emortuali habito, demum publice declararet. Quo facto germanicam, quam imperfectam reliquerat Ill. PLATNERVS, chirurgiae, a ſe conſcriptae, verſionem tum ex ſchedis eiusdem edendam curauit, quod ad primum nempe tomum attinet, tum etiam ex latino idiomate ſecundum tomum tranſtulit, et variis, quae chirurgorum inſcitiae ſuccurrere poſſint, remediorum formulis additis adauxit, ſimulque, quam in hiſce etiam doctrinis ſibi comparauerit cognitionem, variis confirmauit documentis. Euenit autem non diu poſt 1750. ut Ill. olim GÜNZIVS noſter ad tuendam Patriae Patris clementiſſimi valetudinem Dresdam euocaretur, in cuius locum, quem ſufficeret, inuenire potuit peritiorem neminem. Sponte itaque eidem officium docendae anatomes et chirurgiae tradidit, cui etiam, ſed nimis breuiter ita praefuit, ut ſpartam ſibi datam exornaret optime, et quo ordini medicorum intereſſe poſſet, *de radicis rubiae tinctorum effectibus in corpore animali* 1751 conſcripta diſſertatione iura ſibi comparauit. In quo ſane ſpecimine per numeroſa aeque experimenta, ac diſſectiones animali-

um nitide expreſſit mutationes obſeruatas et in eruendis phaenomenorum cauſis adhibendam eſſe ſolertiam omnemque fugiendam negligentiam luculenter demonſtrauit. Quid? quod iucundum tantum viſum experimentum explicandis etiam abſconditis naturae euentibus adaptatum eſſe ita comprobauit, ut 1751. in proluſione anatomica *callum oſſium, a rubiae tinctorum radicis paſtu infectorum* deſcriberet. Sed, quem ſtabilem ipſi exoptabant omnes et vegetam ſanitatem, variantem tamen ſenſit, eo quidem modo, ut paullo poſt ab amicis ſibi ſtudiis recedendum ipſi eſſet. Tanta enim ſenſim ſenſimque ſuccos eiusdem occupauit acrimonia, ut in faciei potiſſimum partibus variis maligna cancroſaque ulcera exorta longe lateque ſerpentia, vires vitae imminuerent multo et exhauriendo eundem tandem miſere ductae vitae praeteriti anni die undecimo menſis martii finem facerent. Quae licet iactura, a cauſis, remediis parere neſciis, producta, Noſtrum in tranquillum et exoptatum ſtatum reduceret, nobis tamen amicum integrum et infucatum, academiae doctorem ſedulum et doctum, aegrotis medicum peritum et felicem, diſcentibus autem praeceptorem dilectum ingenuumque eripuit.

Nec diu quidem poſt diſceſſum nunc commemorati Cl. BOEHMERI, noſtra inconcuſſa ſtetit ſocietas, cum breui poſt alium nobis amicum et ſpei etiam pleniſſimum virum, CHRISTIAN GOTTHELF KIESLING, die nempe nono maii perdiderimus. Is quidem in oppido Werda, prope Cygneam ſito, anno huius ſeculi viceſimo quarto natus erat, patre GODOFREDO, qui pharmaceuticam exercebat artem. In patriae vero aeque ac electorali, quae Grimmae floret, ſchola per plures annos in addiſcendis literis eum ſe geſſit, qui conuenientibus inſtructus ſubſidiis poſſet cum laude anno huius ſeculi quadrageſimo quinto ad noſtram ſe conferre academiam. Iactis itaque

que ulterioribus in philoſophia et matheſi fundamentis totus medicinae ſe ſe dicauit et praeeuntibus ipſi celeberrimis viris ita in ea profecit, ut ſummos, quos conſecutus fuerat, in philoſophia honores 1752 diſſertatione *de ſuccis plantarum* tueri publice poſſet. Animus etiam erat naturam ſuccorum, qui in vegetabilibus ſunt, pluribus et cum ſtudio ſuſceptis experimentis perſcrutari, cuius rei cauſa varia ab ipſo ſpecimina iam elaborata et inſtituta fuiſſe ſcimus: in id tamen praecipue ſibi enitendum eſſe putabat, ut per experientias collectas remediorum diiudicaret vires, quem quidem obtinendi finem largiſſimam inueniebat occaſionem, dum noſocomii atque orphanotrophei aegrotos inuiſeret, eorumque morborum decurſus ſedulo adnotaret. Laboris etiam huius indefeſſi praemium cum laude ex merito reportauit. Poſtquam enim eleganter, *de utero poſt partum inflammato* diſſertationem a ſe conſcriptam huius anni menſis martii die primo publice defenderat, ſummos in medicina honores capeſſiuit. Accingebat poſtmodum ſe ſe ad perſequenda ea, quae ſibi propoſita fuiſſe diximus, a quibus quidem laboribus per varia, quae ab hypochondriis nomen habent, ſymptomata miſere affectus breui arcebatur et praeter omnem ſpem adeo excruciabatur, ut redeunte, per has cauſas, iam aliquando excitata haemoptyſi, nunc grauiori et ſubſequente febre lenta emaciatus obiret, ſui nobis aliisque relinquens deſiderium.

Londini ſexto die martii ex hac etiam vita deceſſit, CHRISTLOB MYLIVS, quem naturalia diſquirendi corpora cupiditas eo deduxerat, ut peregrinas, Americanas potiſſimum, inuiſere regiones, penes ſe conſtitueret. * Natus ille huius ſeculi viceſimo altero anno Luſatiae ſuperioris urbe Reichenbaci fuit, patre verbi diuini miniſtro. Elegantioribus literis, medicinae,

* vid. Comment. noſtr. Vol. II. P. I. p. 178.

dicinae, matheſi, hiſtoriaeque naturali per aliquot annos hic Lipſiae operam nauauit, et his ultimis potiſſimum incumbens ſcientiis Berolinum abiit, ibidemque diuerſas inſtituens de rebus naturalibus obſeruationes per aliquot tempus vixit. Capto vero huius, in ſcientiarum incrementum directi, deſiderii explendi cauſa conſilio in exteras ſecedendi regiones, Ill. HALLERI, qui eo tempore adhuc Goettingenſi praeerat academiae, fauore adiutus et ſuppeditatis a phyſicarum rerum amicis ſtipendiis ſuſtentatus, iter in ſurinamenſes meditabatur regiones, illudque cum magna de ſanitate ſua corporisque robore fiducia anno proxime elapſo ſuſcepit. Sed, cum per inferiorem Saxoniam illi abire animus eſſet, media hac via priſtinum mutauit propoſitum eam, quae ditioni Anglorum ſubeſt, Americae partem praeferens. Hinc Londinum venit et peripneumonia correptus fatis ceſſit. Dolent praematuram hanc mortem, qui non ſolum rerum naturalium cognitionem quotidie adauctam cupiunt, ſed omnes etiam, quorum beniuolentia promotum fuit conſilium, quippe quibus ex naturae theſauris quaedam transmittere debebat Cl. MYLIVS ſpecimina, et diligenter obſeruata ſedulo adnotare.

Hala et uniuerſa res literaria non minus ſingulari quodam decore priuata fuit morte Ill. CHRISTIANI, Liberi Baronis DE WOLFF, qui cum ob peculiare, quod in philoſophicis, mathematicis, phyſicisque doctrinis exponendis adhibuit, ſtudium nulli non cognitus eſſe debeat, et communis fere Germaniae doctor euaſerit, noſtram neque commemorationem ſatis dignam, nec commendationem ullam expectare poterit. Natus eſt Vratislauiae, Sileſiae urbe, a parentibus honeſtis anno ſeculi praeter lapſi ſeptuageſimo nono, ianuarii menſis die viceſimo quarto. Poſt vero quam in gymnaſio patrio et deinde in Ienenſi acade-

academia literas, quibus ab humanitate nomen eſt, atque theologiam excoluerat, ad nos ſe ſe conuertit, et in hac Lipſienſi academia ulteriores in philoſophicis ſtudiis phyſiciſque cum omnium, cum quibus familiaritas ipſi intercedebat, applauſu progreſſus fecit, et ad ſummum, quod poſtea attigit, ſcientiarum culmen, primos quaſi greſſus perfecit. Hic enim 1703. philoſophiae ſummos honores et magiſtri titulum indeptus, ſingulari diſſertatione, quae *philoſophiam practicam uniuerſalem, mathematica methodo conſcriptam* proponebat, eius honoris iura tuitus eſt, nec non variis aliis phyſicis mathematicisque ſpeciminibus ſubtilem, qua pollebat et accuratam ratiocinandi methodum aliis comprobauit. Anno huius ſeculi ſexto Giſſam et Halam vocatus, in hanc poſteriorem academiam, mathematum docendi cauſa abiit, quam vero, viceſimo tertio dicti ſeculi anno, fatis ſic volentibus iterum deſerere coactus, Marburgum venit, ibidemque mathematicas propoſuit diſciplinas, ex quo loco cum magno ſui honore literarumque gaudio Halam rediit, nuper nono menſis Aprilis die, retrocedentibus podagrae inſultibus extinctus, diem ſuum obiit. Quamuis autem praecipuam ſibi daret curam, ut philoſophiam, matheſin phyſicumque ſtudium in uniuerſum perficeret, non poſſumus tamen non, quin notemus, neque medicos, quibus perſcrutandi corporis humani prouincia data eſt, indolentes hanc iacturam ferre poſſe, cum in diuerſis, a ſe compoſitis libris, ex quibus praeter phyſica ſcripta etiam horas ſubſeciuas, Marburgi editas, excitamus, rerum medicarum expoſitiones dederit uberiores.

Dreſdae pariter nuper demum, die nimirum viceſimo ſecundo iunii menſis febre inflammatoria maligna, cum qua per ſex tantum conflictatus fuerat dies, extinctus fuit, vir de re literaria aeque ac medicina clarus D. IVSTVS GODOFREDVS GÜNZ, Regis

Regis et Electoris noſtri Potentiſſimi Conſiliarius aulae et Archiater, huiuſque noſtrae uniuerſitatis Prof. Anat. et Chirurgiae celeberrimus, cuius memoriam perpetuo colemus pectore, in poſterum etiam eius in ſcientias medicas merita, et ſingularis doctrinae ſpecimina adducturi.

Varia ſunt, quae, in utilitatem corporis humani, aliquam mutationem ac emendationem expoſcunt, tamen diu incognita remanent, et ex improuiſo quaſi ex tenebris in lucem trahuntur. Plures iam, cum ſtudio haud contemnendo, ut aquae marinae tetrum nauſeoſumque ſaporem corrigerent, et, quod eius cauſa exiſtit, principium abolerent, ſunt anniſi, ad finem vero ſibi praeſcriptum deuenire vix potuerunt, nuper tamen IOSEPHVM APPLEBY, qui Durhami in Anglia chymiae ſtudet, adeo felicem fuiſſe relatum accepimus, qui remedium quoddam inuenerit, quo aquam marinam dulcem reddere potuique adaptare poſſet. Inſtituta autem fuerunt huius rei cauſa et in mari et in terra tentamina, quae tum praeſtantiam, tum uniuerſalem huius inuenti utilitatem comprobarunt. Conſiſtit autem in eo, ut lapis infernalis et oſſa, ad albedinem calcinata, inter ſe commixta, cum aqua marina deſtillentur. Hoc ſcilicet modo: Viginti menſurae maiores (*Gallons*), quarum una duabus vulgaribus noſtris (*Kannen*) aequalis eſt, utriuſque et lapidis et oſſium ſex uncias deſiderant. A qua quidem maſſa intra ſesqui horam tres quartae partes dicti ponderis deſtillatione abſtrahi poſſunt, reſidua autem reiici debet, tanquam inutilis et noxia futura. Abſtinendum etiam ad haec perficienda eſſe a vaſis cupreis, quibus in nauibus uſus eſt, ſimul ſuadet Cl. inuentor, ne, quae in fundum ſecedit maſſa, infenſa ſit ſanitati. Cum tandem experientia conſtet, non unam eſſe eandemque marinae aquae ubique indolem, in mare ſeptentrionali quidem antea praeſcriptam normam

mam adhibendam esse concedit, in mediterraneo vero vel indico tertia parte auctam deberi assumi, ut nimirum nouem unciae singuli indiuidui adiiciantur. Praemia, quae adeo nobile et generi humano proficuum inuentum meretur, Cl. Auctori constituta fuerunt decentia.

XVII.

Continuatio indicis scriptorum physico-medicorum, quae anno 1753. prodierunt.

NICOLAVS GEORGE GEVE, *monathliche Beluſtigungen im Reiche der Natur, der hartſchalichten Thiere, Gehæuſe und Seegewæchſe. Deutſch und Franzöſiſch. bis 8tes Blat; illuminirt. Hamburg*, 4.

IO. ERDFRIED MAVRIT. GILBERT, Diſſ. inaug. de putredine in corpore animali. Lipſ. 4.

IOH. GOTTLIEB GLEDITSCH, methodus fungorum, exhibens genera, ſpecies et varietates, cum charactere, differentia ſpecifica, ſynonymis, ſolo, loco et obſeruationibus. Berolin. 8. c. fig.

IO. GEORGE GMELIN, Diſſ. qua nouum febrium acutarum ſpecificum Anglicanum proponit. Reſp. *Theoph. Benjamin Faber*. Tubingae, 4.

Eiusd. Diſſ. de tactu pulſus, certo in morbis criterio. Reſp. *Io. Melch. Streiff*. ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. de viis urinae ordinariis et extraordinariis. Reſp. *Ioſeph. Gærtner*. ibid. 4.

Eiusd. Diſſ. ſingulare anthropogeniae ſpecimen. Reſp. *Lud. Henr. Riecke* ib. fol. min.

PHIL. FRIDR. GMELIN, Progr. *Beſchreibung eines neuen Lochs in dem innern Schlafbeine, welches von dem, ſo Herr* HEISTER *das neunte,* ALBINVS *aber das achte nennet, ſo aus dem* Cranio *gehet, gæntzlich unterſchieden iſt; bey Gelegenheit einer zweyköpfigen Geburth obſerviret.*

IOH.

IOH. DE GORTER, Formulae medicae cum indice virium, quo ad inuentas indicationes inueniuntur medicamina, in uſum praxin inchoantium editae. Harderovici. 8.

Eiusd. Methodus dirigendi ſtudium medicum. ib. 4.

Eiusd. Het regt Gebruik der Sluitband, benevens enige verbeeterde behandelingen in kraamvrouwen. Amſterd. 8.

Eiusd. Medicina Hippocratica. Patavii, 4.

P. GORDONI phyſicae experimentalis elementa, aucta et edita ab eiusdem in cathedra philoſophica ſucceſſore BERNARDO GRANT. Tomus II. Erford. 8. c. fig.

Hiſtoria febris anomalae Batavae annorum 1746, 1747, 1748. etc. Accedunt monita ſiphylica. Auctore IACOBO GRAINGER. Edimburgi, 8. mai.

IOH. PHILIP GRAVEL, Diſſ. Monumenta quaedam ex phyſices experimentalis capite de igne. Reſp. *Georg. Frider. Scheibel.* Argentor. 4.

The rudiments of phyſic clearly and accurately deſcribed and explained, in the moſt eaſy and familiar manner, by way of a dialogue between a phyſician and his pupil under the following heads, viz. 1) Phyſiology; or the nature and principles of phyſic in general. 2) Hygiena; which treats of health and diſcovers proper means and remedies for the preſeruation of it. 3) Pathology; which conſiders the diſeaſes of the body and mind, their cauſes, nature, ſymptoms etc. 4) Semeiotica; which treats of the ſigns and indications of health and diſeaſe. 5) Therapeutics, which is employed in finding out remedies for diſeaſes and the method of applying them to perfect a cure. To which are added ſome methods of cure in moſt diſeaſes, both acute and chronical, according to

the practice of Dr. PITCAIRN, BOERHAAVE, MEAD and others. First collected from the instructions of a celebrated Professor of medicine in the royal academy at Paris, and since improved from the best authors, both antient and modern. By IOHN GROENVELT. Now first translated from the latin, revised and corrected in the most accurate manner. London, 8.

Raccolta di Opuscoli Filosofici del D. GIOV. GVALBERTO de Soria. Lucca, 8.

IVST. GODOFR. GÜNZ, Progr. de utero et naturalibus feminarum. Lipſ. 4.

Eiusd. Progr. quo lapillos glandulae pinealis in quinque mente alienatis proponit. ib. 4.

Eiusd. Progr. obseruationem ad ozaenam maxillarem ac dentium ulcus pertinentem proponens. ib. 4.

HAGVENOT, Diſſ. Monte Peſſulano habita: Otia physiologica de circulatione, de pulsu arteriarum et de motu musculorum. Resp. *Io. Brun.* Avenione, 4.

IO. DAVID HAHN, Sermo academicus de scientia naturali ab obseruationum et experimentorum sordibus repurganda. Traiect. ad Rhen. 4. mai.

Morbilli variolarum vindices, delineati a IO. GOTHOFR. DE HAHN. Wratislaviae, 4.

HENR. IAN. HALFFMAN, Diſſ. inaug. de morbis virginum. Lugd. Bat. 4. mai.

ALB. DE HALLER, Iconum anatomicarum, quibus aliquae partes corporis humani delineatae traduntur, fasciculus sextus. Arteriae pectoris et brachii. Goetting. fol.

Eiusd. Enumeratio plantarum horti regii et agri Goettingensis. ibid. 8.

Eiusd. Progr. obseruariones nuperiores de calculis felleis continens. ib. 4.

ALB. DE HALLER, Progr. Obſeruationes de indurata corporis humani partibus continens. Goettingae, 4.

Eiusd. Progr. Herniarum aliquot obſeruationes continens. ib. 4.

Eiusd. Pr. aliqua de morbis uteri continens. ib. 4.

Eiusd. Pr. de monſtroſis fabricis obſeruationes continens. ib. 4.

Eiusd. Pr. de morbis colli obſeruationes continens. ib. 4.

Eiusd. Elemens de Phyſiologie, ou traitè de la ſtructure et des uſages des differentes parties de corps humain, traduit du latin. à Paris, 8.

GOTTLIEB EMANVEL V. HALLER, Dubiorum contra ſectionem ſeptimam fundamentorum botanicorum Ill. LINNAEI Manipulus I et II. Goettingae, 4.

GEORGE ERH. HAMBERGER, Diſſ. inaug. de ulcerum pathologia. Reſp. *Paul. Lanyi.* Ienae, 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de obſtructione. Reſp. *Io. Bernh. Gottſchalck Becker.* ib. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de ſuffocatione. Reſp. *Io. Sailer.* ib. 4.

Eiusd. Pr. VI. de peruerſa valetudinis cura. ib. 4.

DV HAMEL du Monceau Traité de la conſeruation des grains et en particulier du froment; avec figures en Taille douce. à Paris, 12. mai.

IOH. ANDR. HAMMERSCHMID, Diſſ. inaug. de notabili diſcrimine inter ſanguinem arterioſum et venoſum. Goettingae, 4.

MICH. CHRIST. HANOVS, *Seltenheiten der Natur und Oeconomie, nebſt deren kurzen Beſchreibung und Erörterung, aus den Danziger Erfahrungen und Nachrichten ausgezogen, und herausgegeben von M.* IOH. DANIEL TITIVS. *Erſter und Zweyter Band. Leipzig, 8.*

Nachricht aus St. Petersburg vom 3ten Auguſt, von dem betrübten und merkwürdigen Todesfall des Herrn Prof.

Prof. RICHMANNS, *mit phyſiſchen Anmerkungen begleitet von* H. (HANOW), *aus den Danziger Erfahrungen. Leipzig und Danzig, 8.*

IOH. HEINRICH HARNISCH, *mediciniſche Gedanken von der Sæugung eines neugebohrnen Kindes, worinnen erwieſen wird, daß es beſſer ſey, ein Kind durch eine Sæugamme, als durch eine Mutter zu ſtillen. Gera, 4.*

ARNOLD FRIEDR. VON HARTENFELS, *neuer Garten-Saal, oder vollſtændige Beſchreibung aller einheimiſchen und auslændiſchen Blumen-Gewæchſe, wodurch deren Anbau auf eine leichte Art erklæret wird. Neue vielvermehrte Auflage. Franckf. 8.*

HENR. ARNOLD. HARTWECK, Diſſ. inaug. de dyſenteria. Lugd. Bat. 4. mai.

ERNEST, HENRIC. HAVSDOERFFER, Diſſ. inaug. de aeris in corpus humanum ingreſſu et morboſa in eo geneſi. Lipſ. 4.

IO. ERNEST. HEBENSTREIT, De homine ſano et aegroto Carmen ſiſtens Phyſiologiam, Pathologiam, Hygienen, Therapiam, Materiam Medicam; praefatur de Antiqua medicina Carmen; ſubnectuntur ſimiles Poetarum ſententiae; accedunt ſingula quaedam Carmina. Lipſ. 8.

Eiusd. Anthropologia forenſis, ſiſtens medici circa rempublicam cauſasque dicendas officium cum rerum anatomicarum ac phyſicarum, quae illud attinent, expoſitionibus; editio altera. ibid. 8. c. fig.

Eiusd. Pr. Παλαιολογίας Therapiae ſpecimen 32. de fonte auxiliorum chirurgico. ib. 4.

Eiusd. Pr. Παλαιολογίας Therapiae ſpecimen 33. de chirurgia partium mollium. ib. 4.

Eiusd. Pr Παλαιολογίας Therapiae ſpecimen 34. de oſſium chirurgia. ib. 4.

LAVR. HEISTERS, *mediciniſche, chirurgiſche und anatomiſche Wahrnehmungen. Roſtock, 4. m. K.*

LAVR. HEISTERS *Chirurgie. Franckfurth*, 4.

Eiusd. Diſſ. recuſa; partus tredecimeſtris pro legitimo habitus. Editio altera. Helmſtadii, 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de inflammatione. Reſp. *Chriſtian. Aug. Foertſch* ib. 4.

Principia phyſico-medica in tironum medicinae gratiam conſcripta a IO. CLAVDIO ADRIANO HELVETIO. Tom. I et II, iuxta exemplar pariſinum recuſi. Praefatus eſt IO. PHIL. BVRGGRAVIVS. Francofurti ad Moenum, 4.

HENR. NICOL. HERBERT, Diſſ. inaug de Caſſauae amarae Surinamenſis radice. Marburg 4.

GEORGE HEVERMANS *Phyſiologie dritter Theil, welcher eine Beſchreibung derjenigen Würkungen des menſchlichen Körpers in ſich hælt, ſo man die natürlichen Verrichtungen zu nennen pfleget. Coppenhagen und Leipzig, 8. m. K.*

IO. HIDDINGA, Diſſ. inaug de vi et effectu arteriarum in fluida contenta. Lugd. Bat. 4. mai.

VRBANI HIERNE Actorum chemicorum Holmienſium tomus primus; h. e. Paraſceue ſiue praeparatio ad tentamina in regio laboratorio Holmienſi peracta, ut et compendioſa manuductio ad elementa et principia chemica rite inueſtiganda, cum annotationibus IOH. GOTTSCHALK WALLERII. Stockholmiae, 8. c. fig.

Eiusd. Tentaminum chemicorum in regio laboratorio Holmienſi peractorum, tomus ſecundus, nunc primum in lucem editorum cum annotationibus IO. GOTTSCHALK WALLERII. ib 8.

A Complete Body of Natural Hiſtory, elegantly printed, and adorned with ſeveral 100 Figures of Birds, Beaſts, Fiſhes, and Inſects, curiously engrav'd; by IOHN HILL. London. Fol. Voll 3. *Primum volumen prodiit 1748. ſub titulo:* Hiſtory of Foſſils; *ſecundum 1751.* Hiſtory of Plants; *tertium denique 1752. ſub titulo:* Hiſtory of Animals.

Proeven

Proeven der Natuurlyke Hiſtorie en Wysbegeerte, behelzende ene reeks van nieuwe ontdekkingen, Gedaan met behalp van het Microſcoop, door IOAN HILL, M. D. etc. uit het Engels vertaalt door P. LE CLERCQ. Harlem, 8.

Remarks upon peſtilence and peſtilential diſeaſes interſperſed with ſome obſervations on the mortality amongſt the horned cattle; wherein this heavy calamity, both from reaſon and analogy, is ſet in a new and clear light: and certain eaſy means of prevention and cure are recommended up experimental principles. By WILLIAM HIRD. London, 8.

CASPAR HÖFLERS *vollſtændige Anweiſung zur Bienenzucht, nebſt allen hieher gehörigen Kunſtgriffen und Vortheilen Sechſte und vermehrte Auflage mit Kupfern. Dieſer iſt vorher geſandt Herrn* MORALDI *Anmerkungen über die Bienen. Leipzig, 8.*

FRID. HOFFMANNI operum omnium phyſico-medicorum ſupplementum ſecundum in tres partes diſtributum, quibus continentur opera varia, quae in magna operum collectione et primo ſupplemento deſiderantur. Genevae, fol.

Eiusd. *politiſcher Medicus, oder Klugheits-Regeln, nach welchen ein junger Medicus ſeine Studia und Lebensart einrichten ſoll, wenn er ſich will berühmt machen, auch geſchwind eine glückliche Praxin zu erlangen und zu erhalten begehret. Ins Deutſche überſetzt von D.* IOH. MORITZ AVERBACH. *Zweyte vermehrte Auflage. Leipzig, 8.*

DAVID HOHEB Diſſ. inaug. de apoplexia. Lugd. Bat. 4. mai.

SAMUEL CHRISTIAN HOLLMANN philoſophiae naturalis primae lineae. Editio auctior et emendatior. Gotting. 8.

Siphra en Pua: of onderwyzing in de vroedkunde, en denſelver voornaamſte Handgrepen, nevens 30.

gewigtigſte Waarnemingen omtrend ſware Verloſſingen door IOHANN VAN HOORN, vertaald en met Aanmerkingen vermeerderd door GERARD TEN HAAFF. Amſterd. 8.

NICL. HORREBOWS *zuverläſſige Nachrichten von Island, nebſt einer neuen Landkarte und zweyjährigen meteorologiſchen Anmerkungen. Aus dem Däniſchen überſetzt. Coppenhagen und Leipzig*, 8.

IO. GODOFR. IANCKE, Prog. de cauernis quibusdam, quae oſſibus capitis humani continentur. Lipſiae, 4.

Eiusd. Progr. Obſeruationes quaedam anatomicae de capſis tendinum articularibus. Lipſ. 4.

Tractatus de tumoribus humoralibus in uniuerſitate Medicinae Monſpelienſis explicandus; ab Auctore FRANCISCO IMBERT. Monſpelii, 8.

IO. DAN. ISAAC, Diſſ. inaug. ſiſtens examen ſpirituum animalium. Halae, 4.

CARL CHRIST. WILHELM IVCHS *vollſtändige Abhandlung von dem Gebrauch ſeiner* Medicamentorum ſpecificorum, *worinne derſelben Nutzen in denen mehreſten Kranckheiten des menſchlichen Körpers aus langwieriger Erfahrung der geſchickteſten Aerzte gezeiget wird. Erſter Theil. Langenſalza*, 4.

HERM. PAVL. IVCH, Diſſ. inaug. de febribus biliosis. Reſp. *Frider. Wilhelm. Foerſtel.* Erford. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de radice chinae eiusque limitandis laudibus. Reſp. *Io. Frid. Ermel.* ib. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de animi pathematibus tanquam cauſis multorum morborum et mortis. Reſp. *Ferdinand. Engelbardt.* ib. 4.

— IOH. GOTTFR. IVGELS *zweyter Theil, des mineraliſchen Hauptſchlüſſels, oder ſonderbare Entdeckung aller ſeiner geheimen Röſt- und Schmelz-Arbeiten, nebſt Anzeigung, wie Erzte in kleinen Feuer nach der geheimen Schmeltzart zu probiren ſind, ſamt einer beſondern Scheidekunſt, Gold und Silber von allen*

allen Metallen zu ſcheiden und zu praecipitiren, nebſt andern raren Stücken zur Metallurgie gehörig. Zittau, 8. m. K.

FRIDER. CHRIST. IVNCKER, Diſſ. de liberis ab haereditate morboſa parentum legitime excludendis. Reſp. *Henr. Paul Oppermann.* Halae, 4.

IOH. AVGVST IVNCKER, Diſſ. inaug. de cauto et ſollicito carminatiuorum uſu. ib. 4.

IOH. IVNCKERS *kurzer Entwurf von der Hebammen-Pflicht.* ib. 8.

Eiusd. *Chymie ins Deutſche überſetzt. Drey Theile.* — ib. 4.

D. D. K *Deſtillierkunſt, worinnen die rareſten bereiteſten künſtlichen Stücke, nebſt einem Anhange einiger chymiſchen approbirten Kunſtſtücke, welche bisher ſehr geheim gehalten worden. Franckfurth und Leipzig, 8.* —

CAROL. FRID. KALTSCHMIED, Diſſ. inaug. de ileo. Reſp *Georg. Chriſtian Haybach.* Ien. 4.

CHRISTOPH HEINRICH KEILS *mediciniſch-chymiſches Handbüchlein, worinnen die ganze* materia medica *enthalten, nebſt den daraus verfertigten üblichſten und nöthigſten* Productis, *ſamt deren Nutzen und Gebrauch. Siebende und verbeſſerte Auflage. Königsberg, 8.* —

IACOB THEODOR KLEIN, Tentamen methodi oſtracologicae ſ. diſpoſitio naturalis cochlidum et concharum in ſuas claſſes, genera et ſpecies, iconibus ſingulorum generum aeri inciſis illuſtrata. Accedit lucubratiuncula de formatione, cremento et coloribus teſtarum, quae ſunt cochlidum et concharum. Tum commentariolum in locum PLINII Hiſtor. natur. lib. IX. Cap. XXXIII. de concharum differentiis. Denique ſciagraphia methodi ad genus ſerpentium ordinate digerendum. Lugd. Bat. 4. mai. c. fig.

IVD. GOTTFR. KLEINII, Interpres clinicus ſiue de morborum indole, exitu in ſanitatem, metaſchematiſmo,

matiſmo, ſucceſſionibus, euentu funeſto, diuidicationes, praeſagitiones medicae, pagellae in memoriae ſubſidium medicis iunioribus ad infirmos ingreſſuris fideliter communicatae. Cum praef. ALB. DE HALLER, Francofurt. et Lipſiae, 8.

CORN. ALB. KLOEKHOFF, de morbis animi ab infirmato tenore medullae cerebri diſſertatio. Trai. ad Rhen. 8. mai.

IO. HIERONYM. KNIPHOF, Progr. de utili et iucundo in materia medica connexo. Erford. 4.

— Eiusd. Diſſ. inaug. de nitro. Reſp. *Dietrich David Becker.* ib. 4.

Eiusd. Diſſ. inaug. de inſania. Reſp. *Carl Gottlob Goerner.* ib. 4.

— Eiusd. *phyſicaliſche Unterſuchung des Peltzes, welchen die Natur durch Fäulniß 1752 auf einigen Wieſen hervorgebracht.* ibid. 4.

Der bey Kinderkrankheiten vernünftig curirende Medicus, welcher alle Krankheiten, die dieſen zarten Creaturen zuſtoſſen, deren Kennzeichen und Temperament richtig unterſuchet, und deren Curen nach Hofmann und Stahliſchen Sætzen ſicher aufführet, herausgegeben von LVDW. WILHELM DE KNOER. *Leipzig*, 8.

LVDW. WILHELM DE KNOER, *die über den ſchädlichen Mercurium und Salivation triumphirende Venus, ſamt dem faulartigen Scharbock, nebſt Unterricht, wie dieſe Seuchen zu unterſcheiden und zu heben.* ib. 8.

IOH. CHRISTIAN GERHARD KNOLL, *Abhandlungen aus der Arzneywiſſenſchaft. Quedlinburg*, 8.

Regnum florae, *das Reich der Blumen, mit allen ſeinen Schönheiten nach der Natur und ihren Farben vorgeſtellt, bis 167ſtes Blatt in Kupfer geſtochen und illuminiret, von* GEORG WOLFG. KNORR. *Nürnberg, fol.*

Lapi-

Lapides ex celeberrimorum virorum ſententia diluuii uniuerſalis teſtes, etc: *Sammlung von Merkwürdigketen der Natur und den Alterthümern des Erdboden, zum Beweis einer allgemeinen Sündfluth, aus den Reiche der Steine bewieſen, in Kupfer geſtochen und mit Farben ausgedruckt von ebendemſelben; bis zu dem 36ten Blatt.* ib. fol.

Deliciae naturae ſelectae, *oder auserleſenes Naturalien-Cabinet, welches aus den drey Reichen der Natur zeiget, was behalten und geſammlet zu werden verdienet; bis zu dem 8ten Blatt in Kupfer geſtochen und illuminiret, von ebendemſelben.* ib. fol.

GEORG. FRID. KORDENBVSCH, Diſſ. inaug. de polyposiae toxis. Altorfii, 4.

GEORG. WILFFGANG KRAFFT, Diſſ. de praecipuis experimentorum phyſicorum ſcriptoribus. Reſp. *Iac. Bernh. Schertlin, Dav. Fr. Schlegel, Lud. Ad. Kolb.* Tubingae, 4.

CHRISTIAN GOTTLIEB KRATZENSTEIN, Pr. quo hiſtorian reſtitutae loquelae per electrificationem recenſet, ſimulque ad praelectiones ſuas academicas inuitat. Hauniae, 4.

CAROL. CHRISTIAN KRAVSE, Diſſ. inaug. de inuentione indicationum uniuerſim. Lipſ. 4.

IO. GOTTLOB KRVGERI, elementa philoſophiae naturalis experimentis confirmatae. Halae, 8. c. f.

IO. CHRISTOPH. KVHLEMANN, Diſſ. inaug. Obſeruationes circa negotium generationis in ouibus factae. Goetting. 4.

Recueil d'Obſervations de Chirurgie; par Mr. de LAISSE, à Paris, 12.

Inſtructions for uſing Mr. DARAN's antivenereal bougie. By F. LALLIER. London.

GEORG AVGVST LANGGVTH, Progr. de morbi boum contagioſi cauſa et ſanatione probabili. Vitembergae, 4.

GEORG AVGVST LANGGVTH, Diſſ. inaug. de optima methodo ſanandi ulcera C. H. per remedia potiſſimum interna. Reſp. *Carol. Chriſtian. Scholuthus*, Vitembergae, 4.

Eiusd. Progr. de utilitate atque dignitate artis veterinariae. ib. 4.

Ebendeſſelben gründliche Abhandlung von der Schädlichkeit der Budelköpfe bey dem ſchönen weiblichen Geſchlechte. Jena, 8.

DANIEL LANGHANSENS *Beſchreibung verſchiedener Merkwürdigkeiten des Simmenthals, nebſt einem Berichte über eine neue anſteckende Krankheit, die in dieſem Lande entſtanden. Zürich*, 8 mai.

IACOB. FRANCISC. LATIER, Quaeſt. med. An tonti oeconomiae animali praeſint mechanicae leges phyſicis experimentis detegendae? Reſp. *Io. Baptiſt. Have.* Paris, 4. mai.

Traitemens ou Curations de toutes les maladies, traduits du Latin de M. Lazerme, avec un Traité des Maladies Vénériennes. Par M. DEADIER DESMARETS deux volumes, à Paris, 12.

IO. LECHE, Diſſ. Nouae inſectorum ſpecies. Abo, 4. c. fig.

— *Abhandlung von den Metallmüttern, und von Erzeugung der Metallen aus der Naturlehre und Bergwerks-Wiſſenſchaft hergeleitet, und mit chymiſchen Verſuchen erwieſen von D.* IOH. GOTTL. LEHMANN. *Berlin, 8 mit Kupfern.*

LEVI LEO, Diſſ. inaug. de natura. Lugd. Bat. 4. mai.

— PHILIP. CONRAD LEONHARD, Diſſ. inaug. de nouo aquae ſalſae fonte detecto et experimentis confirmato. Gottingae, 4.

— IO. LVDOV. LEVOHSENRING, de fonte medicato Niederbronenſi. Argentorati, 4. c. fig.

IOH. CHRISTIAN LEVSCHNER, Ad Cunradi Sileſiam togatam ſpicilegium quintum. Hirſchbergae, 4. (continet vitas medicorum ſequentium:

PAVL

PAVL AMMANN, IOH. GEORG BRVNSCHWITZ, IOH. EMERICVS, DAVID A GREBNER, IOH. HENR. HELSCHERVS, GOTEERIDVS HELD AB HAGELSHEIM, MART. HOHBERG, IO. IAENISIVS, IO. KANOLD, IOH. GEORG. LANKISIVS, IO. DAN. MAIOR, IOH. FRIDER. ORTLOB, DAVID VILELMVS, PAVLL. GODEFRIDVS, BENIAM. PREVSSIVS, SALOMO REISELIVS, IOH. SCHEFFLERVS, CAROL. FRIDERI SWERDNERVS, CHRISTOPH SWESSENBACHIVS, IOH. EHRENFRIED THEBESIVS, IOH. PETRVS WAHRENDORFF.)

Traité de la Goutte, dans lequel après avoir fait connoître le caractére propre e les vraies cauſes de cette maladie, on indique les moyens les plus ſurs pour la bien traiter et la guérir radicalement; par Mr. CHARLES-LOUIS LIGER, a Paris, 12. min.

CAR. LINNAEI ſpecies plantarum, exhibentes plantas rite cognitas, ad genera relatas, cum differentiis ſpecificis, nominibus triuialibus, ſynonymis ſelectis, locis natalibus, ſecundum ſyſtema ſexuale digeſtas. Tom. I. et II. Holmiae, 8. mai.

Eiusd. Diſſ. Vernatio arborum. Reſp. *Harald Bark.* Vpſal. 4.

Eiusd Diſſ. Incrementa Botanices. Reſp. *Iacob. Binus*, ib. 4.

MARTIN LISTERS *Reiſe nach Paris, wobey die auserleſenſten Merkwürdigkeiten dieſer Stadt, welche die Gelehrſamkeit, Kunſt und Natur betreffen, zu betrachten vorkommen. Aus der dritten Engliſchen Ausgabe ins Deutſche überſetzt von* IOH. GEORGE HEINTEL. *Schwabach*, 8. *mit Kupfern.*

Medical principles and cautions; founded on facts, ſupported by reaſon, and confirmed by experience. Part. III. and laſt. Wherein the truth of them is farther cleared and alſo defended from the obiections

ctions contained in a pamphlet intitled: A letter to Dr. LOBB etc. And in which that autor's other remarks are likewiſe conſidered. By THOPHILVS LOBB. London, 8.

Traité des Playes d'armes à feu; par I. A. LOUBERT. à Paris, 12.

HIERONYM. LVDOLF, Diſſ. inaug. generales deſcribus epidemicis conceptus ſiſtens. Reſp. *Io. Gottlib Seidel.* Erford. 4.

Eiusd. Diſſ inaug. de menſtruorum fluxu nimio. Reſp. *Io. Ioſeph Horn*, ib. 4.

CARL GÜNTHER LVDOVICI *eröfnete Academie der Kaufleute. Zweyter Theil. Leipzig*, 8. mai.

CHRIST. GOTTL. LVDWIG, Pr. de Cortice dentium. Lipſ. 4.

IO. MELCHIOR LVTHER, Diſſ. inaug. de inflammatione tunicarum oculi. Erford. 4.

— Formules medicinales de l'hotel-Dieu de Paris ou Pharmacopée contenant la compoſition et la dose des remedes les plus uſités par M. M. Doct. en Med. à Paris, 12.

— MACQVERS *Anfangs-Gründe der practiſchen Chymie. Zweyter Theil; aus dem Franzöſiſchen überſetzt. Leipzig*, 8.

ARTHVR. MAYENIS, Diſſ. inaug. de urina. Lugd. Bat. 4. mai

MICHAEL IOSEPH. MAIAVLT, Quaeſt. med. An iunioribus, ex ſeniorum cohabitatione, detrimentum? Reſp. IO. NICOL. MILLIN DE LA COVVEAVLT. à Paris, 4. mai.

PAVLL. LVDOV. MALVIEVX, Diſſ. inaug. de metaſtaſi morborum. Erlang. 4.

GOTTHELF BENIAMIN MARBACHS *Abhandlung der Frühlings-und Herbſt-Curen. Breſlau*, 8.

Experienze ſopra la Electricita che chiamano celiſſe, fatte in Bologna da D. TOMASO MARINI. In Bologna, 12.

IO. FLORENT. MARTINET, Diſſ. inaug. de reſpiratione inſectorum. Lugd. Bat. 4. mai.

Della ſeparazione degli umori nel corpo umano; Lettera di GASP. DESIDERIO MARTINETTI. Ravenna, 8.

IO. MARTIN hiſtoria plantarum rariorum ob praeſtantiam denuo edita, ſtudio atque opera IO. DANIELIS MEYERI.

IOH. MARTINS *Beſchreibung ſeltener Pflanzen ihrer Fürtreflichkeit wegen, von neuem herausgegeben durch* IOH. DANIEL MEYERN. Dec. II. III. IV. et V. *Nürnberg*, fol. reg. c figg.

IO. DA FONSECA DE MATTOS, Diſſ. inaug. de fractura cranii. Lugd. Bat. 4. mai.

ELKAN BENDICT MAYER, Diſſ. inaug. de ſignis ex ſanguine per venaeſectionem emiſſo petendis. Halae, 4.

Racconto ſtoricho-filoſofico del Veſuuio, e particolarmente di quanto e occorſo in queſt' ultima cruzione principiata il di 25 Ottob. 1751. e ceſſata il di 25 Febbrajo 1752. al luogo detto l'Atrio del Cavallo, dell Abbate GIVS. MARIA MECATTI. Neapoli, 4. c. fig.

P. W. VON MEERHEIM *glücklich vollführte Reiſebeſchreibung, nach denen unbekannten Oſt- und Südwärts gelegenen Indianiſchen Inſeln. Erlangen.* (Scriptum eſt alchymiſticum ſub hoc titulo occluſum.)

IOHANN GEORGE MEINTELS *natürliche und geiſtliche Feld Garten- und Landbetrachtungen auf alle Tage, nach Anleitung ſo vieler Sprüche heil. Schrift, zur Beförderung des wahren Chriſtenthums, ſonderlich auf dem Lande.* 8. mai. *mit Kupfern.*

Le Guide des Accoucheurs: ou le Maitre dans l'art d'accoucher les femmes et de les ſoulager dans les maladies et accidens, dont elles ſont très ſouvent attaquées; ouvrage des plus utiles pour les perſonnes,

ſonnes, qui veulent faire une pratique particuliére de l' operation des Accoucheurs. Seconde edition, revue corrigée et augmentée par l'Auteur; le tout en forme d'examen. Par IAQUES MESNARD. à Paris, 8.

IOH. DANIEL MEYERS *Vorſtellung allerhand kriechender, fliegender und ſchwimmender Thiere, ſowohl nach ihrer æuſſerlichen Beſchaffenheit, als auch nach der Structur ihrer Scelette; bis 24tes Blat des zweyten Theils; illuminirt. Nürnberg*, fol. mai.

Methode aiſée et peu coûteuſe, de traiter avec ſuccés pluſieurs maladies épidémiques, comme la ſuette, la Fievre militaire, les Fievres pourprées, putrides, vermineuſes et malignes, avec des moyens de s'en preſerver, et ſur beaucoup d'obſeruations très intereſſantes pour le traitement de toutes les maladies. Nouvelle edition et fort augmentée par DE MEYSEREY. 12.

IO. IAC. MICHIEL, Diſſ. de febre hectica. Duisburg, 4.

Oratio Harueana, habita in theatro collegii regalis medicorum Londinenſium die 18 Octobris 1752, ab EDWARDO MILWARD. London, 4.

GEORGE FRIEDR. MÖLLERS *Anleitung, wie die Pfirſchigbæume zu ſchneiden, nebſt einer Anwendung auf den Schnitt der Bæume überhaupt. Franckf.* 8.

IO. BAPTISTA MOLINARIVS, de apoplexia ſpecimen. Viennae, 4.

Diſſertation ſur les maladies des Dents, avec les moyens d'y remédier et de les guerir. Par G. P. LE MONNIER. à Paris, 12.

Indices botanices et materiae medicae, quibus plantarum genera, ſimplicium nomina et facultates ſummatim recenſentur, edidit CAIETANVS MONTI. Bononiae, 4.

EDMVND. THOM. MOREAV, Quaeſt. med. An ex utriuſque ſexus ſeminis miſcela, foetus? Reſp. *Io. Ludov. Maria Solier.* Paris, 4. mai.

I. MORTIMERS *ganze Wiſſenſchaft des Feld- und Ackerbaues, oder die Art und Weiſe das Land zu beſtellen und zu verbeſſern, nach der fünften Ausgabe Deutſch abgefaſſet von* THEODOR ARNOLD. *Braunſchweig*, 4.

GERHARD ANDREAS MÜLLERS *Betrachtung über die Art und Weiſe der Mitwürkung derer Nerven zu denen muſkuloſen Zuſammenziehungen, bey Gelegenheit der Berliniſchen Aufgabe kürzlich entworfen. Franckfurt am Mayn.* 8.

BARTHOLOM. MVRRY, Quaeſt. med. An venatio caeteris exercitationibus ſalubrior? Reſp. *Theophil. de Bordeu.* Paris, 4. mai.

Beſchreibung einer neuen Grönländiſchen Thierpflanze. In einem Sendſchreiben an Sr. Hochwohlgebohrnen Herrn ALBRECHT VON HALLER, *von* CHRISTOB MYLIVS. *London*, 4.

Diſſertation en forme de lettre ſur pluſieurs maladies populaires, qui ont régné depuis quelques années a Châlons ſur Marne et dans une partie des Royaume. Avec des reflexions phyſiques ſur l'operation des remédes, qui ont été employés pour les guérir. Par M. NAVIER. à Paris, 12. mai.

An eſſay on governement of children, under three general heads, viz. health, manners, and education. By IAMES NELSON. London, 8.

ROBERT NESBITTS *Oſteogenia, oder Abhandlung von Erzeugung der Knochen im menſchlichen Körper, in zwoen Vorleſungen erkläret, aus dem Engliſchen überſetzt von* IOH. ERNST GREDING, *nebſt einer Vorrede D.* CHRIST. GOTTL. LVDWIGS. *Altenburg, gr.* 8. *mit Kupfern.*

Reliqua proxime.

Conten-

Contenta in hac parte:

1. TARIN Osteographie ou description des os etc. p. 385
2. EIVSDEM Myographie ou description de muscles p. 395
3. TREW Plantae selectae. Dec. IV. p. 396
4. POTT *Zweyte Fortsetzung der chymischen Untersuchungen von der Lithogeognosie.* p. 399
5. Dissertation qui a remporté le prix sur le principes de l'action des muscles p. 403
6. *Hamburgisches Magazin XI. Band* p. 432
7. SPROEGEL Diss. sistens experimenta circa varia venena in viuis animalibus instituta p. 441
8. VAN DOEVEREN Diss. de vermibus intestinalibus hominnm p. 447
9. VAN SWIETEN Commentaria in BOERHAAVII aphorismos. Tom. III. p. 457
10. Hist. et mem. de l'academie royale des sciences de Paris. an. 1749 p. 461
11. HANOVS *Seltenheiten der Natur und Oeconomie I. und II. Band* p. 515
12. *Oeconomisch physicalische Abhandlungen VI. Theil* p. 525
13. HVNDERTMARK de mercurio viuo etc. p. 528
14. Kongl. Svenska Vetenskaps academiens handlingar foer Aoer. 1751 p. 532
15. BOEHMERI Diss. de vegetabilium cellulosa contextu p. 541
16. Noua physico-medica p. 546
17. Continuatio indicis scriptorum physico-medicorum, quae anno 1753. prodierunt p. 557

COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.

VOLVMINIS III. PARS IV.

LIPSIAE
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
venduntur etiam
AMSTELODAMI apud PETRVM MORTIER.
MDCCLIV.

I.

Memoires de l'academie royale de Chirurgie Tome ſecond à Paris chez Delaguette 1753. 4to mai. Hiſtoire 12 pl. Memoires 3 alph. 8 pl. tabb. aen. XXII.

Hoc eſt:

Commentarii academiae regiae chirurgicae, Tom. II.

Academia regia chirurgorum pariſina ab anno huius ſeculi trigeſimo primo initia ſua repetit, ubi Cl. MARESCHAL, Chirurgus regius et eius deſignatus ſucceſſor Cl. DE LA PEYRONIE, rationes academiae, ſub regiis auſpiciis inſtituendae, deſignabant et potentiſſimo Galliae Regi proponebant. Licet vero academia tum temporis publica auctoritate non ſuffulciretur, obſeruationes tamen et eruditae meditationes ſocionum, in primo volumine in quarto, vel tribus partibus in octauo 1743 editae, laborum, hactenus ſuſceptorum, ſummam exhibuerunt. Paulo poſt Cl. DE LA PEYRONIE teſtamento ſuo ſummam argenti conſtituit, ad diſtributionem nummi aurei, praemii loco ponendi, et alia commoda academiae aſſequenda. Cl. MARTINIERE anno 1747 primarius

Regis chirurgus constitutus, commendatione sua id tandem effecit, ut 1748 publicis literis munita Potentissimi Regis sub auspiciis, et Praeside chirurgo Regio primario florere inciperet academia haec chirurgorum. In edendis igitur hoc et sequentibus, quae expectamus, voluminibus normam, quam academia regia scientiarum parisina in scriptis suis edendis hactenus obseruauit, et haec nostra adoptauit, ita, ut historia separatim primo loco, post ea commentari proponantur. In historia itaque 1) obseruationes breuiores, 2) tituli vel breuis recensio librorum, ab academicis editorum, 3) elogia non nullorum academicorum demortuorum, fama et meritis illustrium, 4) machinae et instrumenta, iudicio academiae submissa, exponuntur.

p. 1. Huius itaque voluminis historia nunc declarata academiae fata tradit, et literas publicas, quibus hoc institutum a Rege potentissimo confirmatum fuit, pro-
p. 9. ponit. Adduntur quoque quadraginta nouem articuli, quibus ordo academiae stabilitur, et qui anno 1751 auctoritate regia confirmati fuerunt. Cl. DE LA PEYRONIE eosdem iam delineauerat, quo munera publica, classes academicorum, rationes laborum et colligendarum obseruationum, electionem sociorum, conuentus publicos, quaestiones examini eruditorum proponendas, praemia, harum solutioni destinata, aliaque, quae ordinem academiae concernunt, publica auctoritate et ad legis normam definiantur.

p. 21. Excipit hanc academiae praescriptam normam catalogus academicorum, qui die 1 Octobris 1752 vixerunt, ex quo praecipua inter noua medico physica huius fasciculi indicabimus.

p. 31. Sequuntur nunc elogia non nullorum academicorum demortuorum, ex quibus praecipua vitae momenta breuiter adducturi sumus.

GEORGE MARESCHAL, anno ſeculi praeceden tis quinquageſimo octauo natus, licet in iuniore aetate externis vitae commodis maximam partem deſtitueretur, indefeſſo tamen labore et in addiſcenda et in facienda chirurgia tantam famam acquiſiuit, ut iam anno 1696 LVDOVICO XIV. in morbo quodam conſiliis aſſiſteret, 1703 vero Chirurgus regius conſtitueretur. Non ſolum vero huius, ſed et ſucceſſoris LVDOVICI XV. gratia fruitus, et eques ordinis ſancti Michaelis creatus eſt, anno 1719 Cl. DE LA PEYRONIE ſocium ſibi elegit, ad annum tamen 1736, uſque vixit, et ſeptuageſimum octauum aetatis annum attigit. Nulla quidem ſcripta edidit ipſe, obſeruationes eius paſſim tantum ab aliis auctoribus conſignatae inueniuntur, ex eo potiſſimum clarus factus, quod ſuo conſilio atque auctoritate rem chirurgicam in Gallia et perfectiorem et honoratiorem reddere ſtuduerit.

Cl. PETIT filius, patre IOHANNE LVDOVICO, p. 43. paulo poſt laudando, 1710 prognatus, ob ingenium docile patrisque in inſtituendo filio attentionem, in iuuenili aetate ſtudium anatomico chirurgicum excolebat, cum etiam philoſophiae addiſcendae operam nauaret, anno 1729. artium magiſter creatus fuit, et anno proxime inſequente a chirurgorum ordine receptus, et exercendo et docendo artem anatomicam, tantam acquiſiuit cognitionem, ut 1732. publica auctoritate patri, in demonſtrationibus anatomico chirurgicis praeſtandis, ſubſtitueretur. Exercitum ad Rhenum anno 1734 et ſequente ſequutus eſt, et tantam famam ſibi acquiſiuit, ut anno vigeſimo quarto aetatis ſuae nondum ſuperato, chirurgus primarius exercitus gallici conſtitueretur. Multos quidem commentarios, rem chirurgicam illuſtrantes, elaborare incepit, et ad honores ſocii regiae academiae ſcientiarum adſpirauit, ſed anno 1737 praematuro fato ereptus fuit, cum annum vigeſimum octauum nondum ſuperaſſet.

p. 49. FRANCISCVS DE LA PEYRONIE Monſpelii anno 1678 natus. Licet vero ille a patre chirurgo ſtudio medico excolendo deſtinaretur, praecipue tamen chirurgiae ſe dedit, eamque tanta cum induſtria excoluit, ut decimo nono aetatis anno ordini chirurgorum adſcriberetur. Paulo poſt Lutetiam Pariſiorum miſſus, chirurgo regio, ſupra laudato Cl. MAREſCHAL, commendatus, nullam occaſionem artem, quam profeſſus erat, perficiendi praetermiſit. In patriam reuerſus anatomen et chirurgiam in ſchola medicorum docuit, noſodochio monſpelienſi praefectus fuit, et in exercitu regio chirurgi primarii munus obtinuit. Poſt varia, cum laude peracta, officia Lutetiam Pariſiorum vocatus, patriam aegre reliquit, honoribus tamen et muneribus auctus in regia ſede receptus, anno 1717. Chirurgus regius ſubſtitutus denominatus fuit, quod munus poſt obitum Cl. MARESCHAL, uſque ad vitae finem ſolus ſuſtinuit, et artis chirurgicae incrementa, ab anteceſſore iam ſtabilita, ulterius auxit. Non tantum enim plurimas obſeruationes collegit, et cum academia chirurgorum, hinc etiam cum publico communicauit, ſed potiſſimum hanc ipſam academiam Regi ſuo ita commendauit, ut nunc publica auctoritate ſuffulta floreat. Tandem et literis teſtamenti pecuniae ſummam deſtinauit, qua commoda eius inſigniter aucta fuerunt. Obiit anno 1747.

p. 61. IOHANNIS LVDOVICI PETITI elogium, quod Cl. LOVIS propoſuit, hic non repetimus, cum eius iam alibi mentionem iniecerimus *.

p. 79. Recenſentur poſt ea non nulla opera et ſchediſmata, a variis academicis ab anno 1731 ad annum 1741 edita, de quibus vero, cum ſatis nota ſint, nihil monemus.

p. 94. Inſtrumenta chirurgica, academiae cenſurae ſubiecta et ab ea approbata, ſunt: 1) Machina ad immar-

dam

* vid. Comment. noſtr. Vol. I. Part. I. p. 155.

dam sectionem venae iugularis, quam Cl. CHABERT inuenit, qua nimirum collum sine compressione asperae arteriae constringitur. 2) Lamina, ad comprimendam arteriam intercostalem vulneratam apta, quam Cl. LOTTARI, Professor anatomiae taurinensis, communicauit. Haec instrumenta in tabula prima delineata inueniuntur.

His praemissis ad commentarios ipsos indicandos p. 1.
nos conuertimus, in quibus occurrunt

1) *Disquisitiones de hernia vesicae.* Auctore Cl. p. 4.
VERDIER. Colliguntur primo obseruationes variae circa hernias vesicae, tum a sociis expositae, tum ex scriptis chirurgorum passim collectae, et ex his causae, signa et medendi methodus declarantur. Recensentur primo herniae vesicae, post mortem detectae, quae, cum symptomata urgentia non occurrant, ab aegrotis feruntur. Cl. CVRADE primam exposuit, ubi suprema pars vesicae cum ipso uracho in annulum descenderat, et saccum siue cauitatem peculiarem effecerat, ita, ut vesica, in transitu per annulum constricta, obseruaretur, maiori cauo in pelui relicto, minori herniam efficiente, in scrotum demissa. Hac data occasione de figura vesicae et differentia sacci hernioſi, a peritonaeo facti, disseritur: In scrotali enim hernia, quam epiploon vel pars intestini formauit, peritonaeum, per annulum transgressum, saccum efficit, qui partem ex abdomine motam continet; hernia vero vesicae primum exit, pars scilicet anterior et lateralis, peritonaeo non tecta, paulo post vero pars peritonaei, vesicam tegens simul educitur et saccum lateralem format, ita, ut vesicae portio descendens non includatur in sacco sic dicto hernioso, prout in praecedenti casu epiploon vel intestini pars conspicitur. Cum vero ita per herniam vesicae saccus lateralis formetur, saepius accidit, ut modo di-

ctae partes abdominales herniam complicatam efficiant.

p. 11. Additis aliis obseruationibus, ex sectione cadaverum collectis, ii casus recensentur, ubi chirurgi negligentiores abscessum se inuenire crediderunt, et hernias vesicae in viris aperierunt. Hoc, cum in rustico quodam euenisset, Cl. GVYON accersitus, viam urinae per urethram liberam reddidit, et vulnus inflictum, genuina curatione suscepta, conglutinauit. Necessarium vero omnino est in eius modi casibus, vel cereos vel alia instrumenta in urethram ingerere, quo

p. 17. descensus urinae facilis reddatur. Recensentur post ea variae obseruationes, a chirurgis, in arte exercitatis, collectae, qui hernias vesicae ex signis suis cognouerunt, et varias rationes, incommodis inde ortis subueniendi, declararunt. Ostenditur vero has hernias interdum inguinales esse, et praecipue quaedam exempla, in foeminis obseruata, adducuntur. Tales etiam casus enarrantur, ubi vesica supra os pubis distenta tumorem effecit, qui tamen nondum adhuc per foramen extra abdomen deductus fuit. Vesica etiam ex sede sua descendit, si illa in prolapsu sedicto uteri et vaginae quoque deducitur, cuius rei memorabilia quaedam adducuntur exempla. Tandem quoque vesicae duplicatae, vel alio modo in cauitates laterales extensae, specimina describuntur.

p. 37. Plurimis itaque Auctorum obseruationibus praemissis Cl. VERDIER ad examen causarum, quibus herniae vesicae inducuntur, progreditur. Cl. MERY alioque Auctores refellere annititur, qui hernias has tantum ex vitio malae conformationis ortas fuisse, obseruerant, et ostendit, extensionem successiuam partium, quibus vesica in situ suo continetur, occasionem praebere posse, qua data, crebrioribus urinae retentionibus ultra modum extensa vesica hernias formet. Licet vero sub ipsa vesicae repletione et distensione hernia non formetur, illa tamen deplet-

tum-

tunicisque, per adhaerentem pinguedinem relaxatis, et figura eiusdem saepius per pressionem praeternaturalem mutata, hernia oritur, in primis, si generaliores herniarum causae violentae, scilicet agitationes abdominis, accedunt. Vti vero hernia vesicae non raro intestinalem et epiploicam efficit, sic hae ipsae hernia etiam causae esse possunt herniae vesicae, postmodum formatae, ita tamen, ut hernia vesicae non in ipso sacco hernioso, sed inter illum et fasciculum vasorum spermaticorum inueniatur.

Signa herniarum vesicae diuersa inueniuntur, p. 43.
pro ut ipsae herniae differunt et vel simplices vel complicatae nueniuntur; tenendum tamen est, difficultates in reddenda urina, tumorem post urinam diu retentam ductum, stimulos ad urinam, si herniam remittere tentamus, easdem satis declarare. Hae vero hernie, si recentes inueniuntur, non prorsus incurabiles pronuntiandae sunt; maiores autem inueteratae, in obesis et senibus oriundae, curationem vix admittunt, saepe tamen, nisi circa annulum nimis stringantur, usque ad vitae finem sine incommodo feruntur.

Tandem ad curandi vias accedit Noster, et decla- p. 47.
rat, quo modo suspensoriis, vincturis aliisque adminiculis iuuandus sit aeger, donec pars vesicae prolapsa, fibris muscularibus adiuta regrediatur. Si vero pars vesicae prolapsa regredi nequit, et urina, in hernia contenta, hanc nimium distendit, acu triquetra eadem pungenda est, et incisio tentari potest, si calculus in parte hernioſa haeret. Si in hernia complicata herniotomia suscipienda est, chirurgus partim ad saccum hernioſum, partim ad herniam vesicae attendat. Si enim partem vesicae egressam prescinderet, maiora incommoda orirentur, quam quae ab incisione expectanda forent; licet enim casus adducantur, ubi vulnera vesicae cum deperditione substantiae sanata fuerunt, uti v. c. Cl. MORAND Pater calculum

ex vesica extraxit, qui circa globulum plumbeum concreuerat, qui Tab. III. fig 1. depingitur, chirurgi tamen attentio omnino necessaria est, cum grauior vesicae laesio raro ex voto succedat, quod si vero casu facta sit, pars vesicae vulnerata in abdomen non intrudatur, sed subducta per urethram urina in labia vulneris conglutinanda est. Tab. II. figuram herniae vesicae et intestinalis complicatae exhibet.

P. 59. 2) *De abscessibus hepatis tractatio, cui summa observationum* adiicitur. Auctore Cl. PETIT filio. In abscessibus abdominalibus suppurationem absolutam et sedem certam definire ardua res est, observationes quaedam hac de re adducuntur et diiudicantur. Cl. TAILLARD tumorem in dextro hypochondrio, versus epigastrium et pectus ascendentem, conspiciens, et fluctuationem inter quartam et quintam costam sentiens, incisionem ibi fecit maximumque puris copiam eduxit, paulo post digito immisso foramen per diaphragma in conuexam partem hepatis, tanquam in sedem abscessus penetrans inuenit, et cum ille superficiei tantum inhaereret, et recens esset, euacuationem puris et sex hebdomadarum spatio consolidationem se praestitisse asserit. Cl. PIBRAC abscessum hepatis inciderat et omni attentione adhibita persanauerat, noua febre, post quintum mensem nata, abscessus nouus efformabatur, qui, licet suis signis se non manifestaret, die tamen decimo quarto pure per aluum excreto cognoscebatur. Mortuo aegro sedes mali in parte concaua hepatis, ubi cum intestino colo coaluerat, inueniebatur, colo quidem perforato, non tamen ita, ut euacuatio sufficiens succederet. Nouus vero abscessus per cicatricem veteris viam inuenire haud potuit, euacuationi aptam. Additis variis aliis morborum, huc spectantium, historiis, quaedam corollaria subnectit, ex quibus praecipua sunt: Adhaesiones ad colon interdum felici abscessuum euacuatio-

cuationi occaſionem praebere, ſaepius tamen tantum morbum producere, cum aegroti, pure per aluum excreto, breue ſaepius ſolatium ſentiant, tandem tamen accedere maraſmum et lentam virium conſumtionem. Abſceſſus, externo vulnere aperiundi, magnum illud requirunt, quo ſufficiens puris euacuatio et deligatio vulneris minus doloroſa fiat. Hepar ſcirrhoſum et deprauata humorum diſpoſitio fiſtulas non raro relinquunt, in priore caſu frictionem mercurialem cum fructu ſe ſuſcepiſſe teſtatur Cl. Auctor.

3) *Hepatis abſceſſus* quinque tractauerat Cl. MORAND, ex quibus quatuor perſanauerat, ex his obſeruatis concluſiones quasdam pathologicas et therapeuticas deducit, cum vero conciſa dicendi ratione utatur, eum vix ſequi, ſed pauca quaedam momenta tantum indicare poſſumus. Suppurationes hepatis in abſceſſus, vel per fluxionem vel per congeſtionem formatos, diſtinguit Noſter, illi ſparſim occurrunt, hi unum occupant locum. Sedes abſceſſus non ſemper operationi fauet, in parte concaua non niſi cum colo cohaerere et per hoc imperfecta tamen ſaepius ratione euacuari poteſt; in parte conuexa ſuperiori diaphragma perforat, ſed operatio empyematis inſtituta raro expectatum praebet auxilium; in parte conuexa inferiori, verſus acutum marginem protenſa, natus abſceſſus, in hypochondrio dextro, magis vero in epigaſtrio, tumore ſuo eminet, in hoc caſu operatio optime ſuccedit, et tales fuerunt, quos Cl. Auctor perſanauit. Signa diagnoſtica et hic ſaepius incerta ſunt, febris non ſemper aucta, dolor exiguus, fluctuatio obſcura. Materia purulenta, ex his abſceſſibus educta, faecibus vini ſimilis et ſpiſſa inueniebatur, vitro ſuſcepta pars alba ſupernatabat, inferius ſpiſſa non nihil rubicunda ſubſidebat, quae aqua diluta particulas pulpae vaſculoſae huius viſceris referebat, quae tamen, ut Cl. Auctor credit, virtute ſyſtaltica p. 69.

ſtaltica vaſorum reſtituitur. Haec pathologia ſunt.

p. 73. Ex therapeuticis ſequentia annotabimus. His abſceſſibus maturantia medicamenta omnino applicanda ſunt; inciſio fiat perpendicularis, magis in ſuperiori, quam inferiori parte tumoris, ne peritonaeum ita laedatur, ut pus in abdomen euacuetur, longitudinalis autem inciſio non ſufficit, ſed transuerſa ſubiungenda eſt, in epigaſtrio ſcilicet linea alba cum aliqua muſculi recti parte incidatur, in longitudinali enim inciſione ſola linea alba introrſum cedens orificium occludit, nec purulenta materia ſatis euacuatur. Sinus, in abſceſſu formati, non metallicis ſpecillis, ſed cereis diſquirendi, nec iniectiones mundificantes copioſae applicandae ſunt; viſcus enim molle facile laeditur, fiſtuloſa ulcera rarius remanent, cum ſubſtantia viſceris propullulet, nec ullus adſit contextus cellulosus pinguedine repletus.

p. 79. 4) *Obſeruationes variae de membris violento modo auulſis.* Cl. BENEMONT pedem, per rotam in genu auulſum, in puero obſeruauit, et partem affectam conſolidauit. Cl. TALIN quatuor digitos pedis in foemina cum parte flexoris auulſos vidit. Cl. RECOLIN pollicem manus cum toto flexoris tendine auulſum obſeruauit.

p. 83. 5) *Varias obſeruationes de membris auulſis* Cl. MORAND, ex aliorum obſeruationibus collectas, ſubnectit. e. g. de brachio, ad ſcapulam auulſo, aegre tamen curato. In omnibus his laeſionibus haemorrhagia, primo intuitu metuenda, inſignis non fuit, vaſa enim elongata et diuulſa extremitatem fimbriatam habent, et vim ſanguinis, dum longitudinales fibrae in actu dilacerationis contractae, circulatoriam contractionem quoque efficere videntur, inſringunt. Nec tendinum dilacerationes moleſtae ſunt, hoc enim,

praeter

praeter plures experientias hic collectas, ratio confirmat, uti enim diſciſſio tendinis non adeo timenda eſt, quam punctura, ſic dilaceratio cum diſciſſione comparanda erit.

6) *Continuatio exercitationis de effuſionibus* (epanchemens) Auctore Cl. PETIT filio. Initium in primo huius tractationis articulo, varias obſeruationes de effuſione humorum in primis ſanguinis in abdomen proponit *, nunc in articulo hoc ſecundo modum, quo effuſiones fiant, diſquirit, et varia conſectaria inde deducit Cl. Auctor. Cum effuſa liquida in abdomine cadaueris utplurimum qua quauerſum diſperſa inueniantur, in viuis idem euenire creditum fuit, Cl. Auctor autem oſtendit, expanſionem viſcerum abdominalium in primis inteſtinorum, eorumque niſum verſus abdominales muſculos et diaphragma, nec non horum reniſum id efficere, ut vel materia ex laeſis cauis euacuari non poſſit, vel ſe ſe ita colligat, ut collectionem quandam, ſuis limitibus circumſcriptam, ſiſtat, per aptam viam euacuandam; concludit igitur ex hoc aſſerto, fluidum, extra vaſa miſſum, e. g. ſanguinem, non ita ſe ſe in cauitatem abdominis diffundere, uti in interſtitiis muſculorum, ubi ſenſim in tela celluloſa ex cellula in cellulam deſcendit. Porro quoque declarat, effuſiones, in hanc cauitatem factas, non adeo frequentes eſſe, ut vulgo creditur; nec enim ſanguinem ex vaſis, nec foeces ex inteſtinis effluere poſſe, niſi actio muſculoſa partialis vaſorum et inteſtinorum, ſuperet illud, a reniſu partium, in cauo expanſo contentorum, factum obſtaculum, quod ulterius in arterioſi et venoſi ſanguinis nec non foecum effuſione declarat. Obſeruatione etiam quadam inſtructus oſtendit Noſter, ventriculum laeſum etiam in violentis vomitus agitationibus p. 92.

* vid. Comment. acad. reg. Chirurg. Tom. I. Edit. in 4to. p. 238. in 8. Part. II. p. 1.

nibus nihil in abdomen effundere, ex quo phaenomeno concludit, in vomitu perficiendo ventriculi vim non tantam esse, quam diaphragmatis et musculorum abdominalium. Hoc, musculosa ventriculi fabrica cognita eo magis miramur, cum vesicae felleae et urinariae effusiones a Cl. Auctore, ob vim validam musculosam harum partium, pernicioſiores iudicentur. Idem quoque ostendit, data tantum apertura effusos liquores facilius ex abdomine effluere, quam inter viscera se insinuare, nec, quod casu in obseruatum fuit, adhaesiones marginales collectam materiam semper coercere, sed ipsam effusionis naturam illud praestare.

p. 104. Inde itaque articulo tertio ad signa effusionum, in infimo ventre obseruatarum, declaranda se conuertit Cl. Auctor. Quando scilicet symptomata, quae cum vulnere coniuncta sunt, v. c. singultus, vomitus, obstructio alui et urinae etc. post quartum vel sequentes dies euanescunt, paulo post vero iterum oriuntur, tunc effusionem olim factam fuisse, non sine ratione suspicamur. Ostenditur autem, nec ex pondere, nec ex volumine materiae effusae, haec symptomata oriri, nec sanguinis effusi quantitatem haec producere valere; veram autem rationem sic sibi sistit Noster: Sanguis effusus sensim coagulatur, crusta vero lymphatica, in omni coagulo conspicua, massam coagulatam cingit, et modo, vix satis explicando, adhaesiones format, quod si igitur inter ea plus sanguinis affluat, massa coagulata non amplius se extendere valet, ergo partes vicinas distendendo et premendo effusionis symptomata producit. Quod si vero nihil sanguinis accedat, et coagulum tandem ex suis causis resoluatur, aliqua quidem pars resorbetur, interim tamen ex partibus vicinis aliquid accedit, quod massae effusae volumen augendo, resorptionem tandem difficilem vel nullam reddit, ut itaque symptomata, denuo oriunda, inde explicari queant.

Notandum

Notandum in finem eſt mortem praematuram Cl. Auctoris ulteriores huius doctrinae continuationes, quas ab initio promiſerat, nobis eripuiſſe.

7) De his ipſis *effuſionibus* quoque egit Cl. GARENGEOT. Hic enim expanſionem inteſtinorum, varie inter ſe conuolutorum, effuſos humores in interſtitia non admittere, ſed omnes ad partem anteriorem et inferiorem abdominis deferri declarat, ubi omnino inciſio efficienda eſt, ſi liquido extra vaſa miſſo viam aperire volumus. Aſſertum hoc per varias cadauerum diſſectiones illuſtrat, et porro oſtendit, ſi ſymptomata vehementiora, in primis reſpirandi difficultas, ab expanſo nimis abdomine dependentia, primo die accedunt, magnum vas laeſum, vel aliud liquidum ex magno abdominis viſcere effuſum eſſe, nec hoc in caſu aegrum ſeruari poſſe, ſi vero ſymptomata tardius accedunt, aperturam, in loco ſupra indicato, omnino efficiendam eſſe. p. 115.

8) *Deſcriptionem machinae, qua ſanguis ex arteria intercoſtali fluens ſiſtitur*, exhibuit Cl. BELLOQ quam, ſine icone Tab. IV. expreſſa, ſuccinctam tradere non poſſumus, p. 125.

9) *Commentarius de concretionibus calculoſis matricis* Auctore Cl. LOVIS. Corporis humani humores, liquidiſſima parte orbati, coagulantur, in variam denſitatem abeunt, caua occupant et irritant. In utero quoque tales concretiones inueniri experientia docuit, quae, licet pro ratione denſitatis vel calculoſae vel oſſeae vel dubiae ſaepius conſiſtentiae fuerint, ad calculoſas tamen omnes reduxit Noſter, et collectas ex variis veterum aeque ac recentiorum ſcriptis octodecim obſeruationes ita in ordinem digeſſit, ut ſymptomata, quae morbum comitantur, recenſeat, varia de indole, figura et mole calculoſarum concretionum p. 130.

tionum exponat, et de extractione, per artem praestanda, differat. Producit vero calculus uterinus interdum dolorem grauatiuum, interdum acutum, sobre stipatum, interdum exulcerationem, quae non raro excretioni occasionem praebet, quo in casu etiam interdum dubium oritur, an ex vicina vesica, an ex utero progrediatur calculus; saepius enim cum calculo uteri dysuria et ischuria coniuncta sunt. Non raro dissectiones cadauerum uteri calculum exhibuerunt, nullo symptomate adeo urgente, in viuis obseruatum, tandem quoque non in cauitate, sed in ipsa uteri substantia, calculi inueniuntur. In iconibus additis a Tab. V. ad IX. et calculi, in utero reperti, variae formae, et uteri calculosi delineantur, in quibus lamellatam quidem, at non adeo regularem fabricam deprehendimus, quam in calculis vesicae.

p. 147. De chirurgica operatione, his calculis adhibenda, pauca adiicit Cl. Auctor. Inaequalis calculi superficies extractionem, arte praestandam, saepius impedit, si specillum inter calculum et uteri parietes introduci posset, nec calculi moles nimia, nec adhaesio, nec carcinomatica uteri dispositio inueniatur, tunc extractio omnino suscipienda esset. Cum vero non propria experientia confirmata, sed meditatione tantum inuenta hic proponantur, iis recensendis nunc supersedemus.

p. 151. 10) *Obseruationes de structura et usu eleuatorii, a Cl.* PETIT *inuenti* Auctore Cl. LOVIS. Fabrica eleuatorii breuissimis describitur et ostenditur, eleuatorium suo sustentaculo, per mutuam commissuram (*charniere*) affixum, motum in omnes plagas non permittere, hinc iunctura m per orbiculum (*jonction par genou*) adaptauit Noster, quam Tab. X. delineauit, et usum instrumenti, consentiente etiam Cl. inuentore, perfectiorem reddidit.

11) *De*

11) *De naturae adminiculis in luxato femore, per artem non repoſito*, agit Cl. MOREAV. Femur luxatum et muſculos et vaſa vicina diſtorquet ita, ut aeger, diu dolore detentus, motus conſuetos in principio praeſtare nequeat, tandem baculo roſtrato ſiue radula ſuffultus incedat. Deſcribuntur hic duo exempla eorum, quibus femur luxatum fuit, in priori caſu verſus ſuperiora, vbi in oſſe ileum noua articulatio formata fuit, femoris capite per glutaeum minorem detento, ita tamen, vt ſuperficies cauitatis recipientis planior acetabulo, non cartilagine, ſed periostio denſiore reddito, inducta eſſet, femoris capite ſimili modo applanato. In altero caſu luxatio, anteriora verſus peracta, femoris caput ad foramen ouale deduxerat, quod cruſta oſſea ſupra obturatorem internum nata, nouo quaſi acetabulo continebatur. Acetabulum verum hoc in caſu verſus inferiora anguſtum erat, quod compreſſioni adſcribi poterat, cur vero ſuperiora verſus magis profundum inueniretur, ratio vix patet. In Tab. XI. et XII. haec oſſium mutatio morboſa egregie adumbratur. Exemplar ſuperiora verſus luxati femoris, cum nouo acetabulo, Tab. XI. delineato, et hic deſcripto prorſus ſimile, Dreſdae in theatro anatomico oſtenditur. p. 155.

Tres ſequentes commentarii de fiſtula lacrymali agunt.

12) *Examen monitorum* Cl. MOLINELLI *contra commentarium* Cl. PETITI *de fiſtula lacrymali* * *a* Cl. BORDENAVE *ſuſceptum.* Praecipua eo redeunt: in decla- p. 161.

* Exſtat Commentarius PETITI *in Memoires de l'acad. roy. des ſc. an. 1734.* edit. in 4. p. 135. edit. in 8vo. p. 185. et monita MOLINELLI *in Commentariis de Bononienſi Scient. et art. inſtitut. atque acad. Tom. II. Part. I. p. 161.*

declarando lacrymarum progreſſu vias cum ſiphone comparauerat PETITVS, cuius ramus breuis duplex in oculum, alter longior in nares hiat, de hac comparatione et inde declaranda ſuctione dubitat ANELLI, hinc Noſter ſententiam PETITI explicare et quodam modo defendere annititur. Cum in hac fiſtulae lacrymalis eiusque differentiis definiendis diſſentientes hi Auctores conueniant, non niſi in operatione perficienda aliquis obſeruatur diſſenſus, ſeq. quae ab una alteraque parte producuntur, ſcilicet obiectiones motas et ad eas factas reſponſiones, dicere hic non poſſumus, cum varietates fiſtularum lacrymalium, in operatione perficienda, aſſumtam medendi methodum interdum mutent.

p. 175. 13) *Noua methodus ſubueniendi morbis ſacci lacrymalis, quae fiſtulae lacrymales dicuntur.* Auctore Cl. DE LA FOREST. Praemittitur ſuccincta viarum lacrymalium deſcriptio et differentia morborum, quae fiſtulae lacrymalis nomine veniunt, a Cl. PETIT ſtabilita, indicatur. Prima eſt fiſtula, in angulo oculi magno occurrens, qua tamen viae lacrymales non afficiuntur: ſecunda fiſtit tumorem, per expanſionem ſacci lacrymalis enatum et ex obſtructione partis cuiusdam ductuum lacrymalium oriundum, quae non nullis quoque hydrops ſacci lacrymalis dicitur: tertia eſt vera fiſtula lacrymalis, quoniam ulcus ſaccum lacrymalem et cutim vicinam afficit. De ſecunda itaque et tertia ſpecie potiſſimum agit Cl. Auctor et cauſam praecipuam in obſtructione orificii inferioris ductus naſalis, in nares hiantis, ponit, unde, ſi vel interdum tenuiſſima pars lacrymarum effluit, ſpiſſior materia remanet et primo tumorem, poſt ea ulcus ſacci lacrymalis efficit. Methodos Cl. virorum ANELLI, PETITI et LA FAYE breuiſſimis ſub examen vocat et oſtendit, hos de aperiendo orificio naſali non ſatis
p. 179. cogitaſſe, ipſe vero primo in cadaueribus, paulo poſt etiam

etiam in viuis hanc methodum felici cum ſucceſſu tentauit. Difficile quidem interdum perficitur haec methodus, cum varietas ſitus canalis lacrymalis et oſſis, ſic dicti, ſpongioſi inferioris, nec non partium, per morbum iam inducta, deſtructio aptam ſaepius applicationem impediant, teſtatur tamen Cl. Auctor, ſe omnes has difficultates feliciter ſuperaſſe. Tab. XIII. ſpecilla vel ſolida vel cauitate donata, inſtar catheteris incuruata, nec non ſyringa, ſiphonibus ſuis inſtructa, et alia inſtrumenta, ad operationem praeſtandam apta, delineantur, quibus et orificium naſale aperitur, et per excauata ſpecilla, tanquam canales, lacrymarum et medicamentorum mundificantium liber exitus relinquitur, tandem liquores medicati iniiciuntur.

Si obſtructio ductus naſalis tanta eſt, ut ſpecillum cauum non immitti queat, ſpecilla ſolida introducuntur et per aliquot dies ibi relinquuntur, donec via libera reliquis applicandis apta inueniatur. Si orificio naſali aperto ſaccus lacrymalis ulceribus obſeſſus deprehenditur, tunc iniectio ſola ſufficit, niſi materia nimis ſpiſſa exiſtente iniectio non admittatur, quae, hoc in caſu, ſpecillo introducto agitanda et ad exitum praeparanda eſt. Si ſaccus a parte oſſis unguis laeſus et os ipſum corruptum eſt, verſus exteriora aperire non iubet Noſter, ſed iniectionibus ſolis ſanationem praeſtari poſſe, experientia edoctus confirmat. Si ulcus tandem externe apertum eſt, ſpecillum, cuius extremum, ut in acubus, perforatum eſt, applicat eiusque auxilio fila medicamentis, ut in ſetaceo, illinienda introducit et ſanationem methodo conſueta perficit. Haec breuiter indicata variis morborum hiſtoriis adductis ulterius illuſtrat, quae omnino attentionem chirurgorum in curationibus horum morborum perficiendis, merentur, licet a nobis non fuſius recenſeri queant.

p. 193. 14) *Animaduerſiones de operatione fiſtulae lacrymalis* Auctore Cl. LOVIS. Proponitur primo ſumma duorum commentariorum, de hac ipſa re cum academia communicatorum. Prior eſt Cl. MEIAN, qui dum cognoſceret, ſpecilla Anelliana obſtructiones, a callo oriundas, non ſemper ſuperare poſſe, alteram vero operationem inciſione vel pertuſione partium vicinarum factam nimis doloroſam eſſe, filis, per vias lacrymales ductis, et medicamentis ipſis illitis, omnem curationem, et carie ipſa praeſente, abſolui poſſe declarare anniſus eſt. Aſſumit vero inſtrumentum, ſtilum ſcilicet tenuem, Tab. XIV. delineatum, per quem filum ſubtiliſſimum in puncta lacrymalia introducit ita, ut per narium orificium tranſeat, et alia fila multiplicata, medicamentis imbuenda allegari poſſunt, per inferius foramen ſurſum trahenda, ſi efficaciam ſuam in perſanandis morbis facci lacrymalis praeſtare debent. Addimus hic monitum, quod Cl. LOVIS inferius adducit, incongruum omnino eſſe filum ſuperius, ſi medicamenta applicanda ſunt, quotidie ſurſum deorſumque ducere, cum irritatio in partibus ſenſibilioribus oculi periculo non careat. Alter commentarius eſt Cl. CABANIS, qui ſimili modo filum per puncta lacrymalia introducit, quo illud per nares exeat et medicamentis imbutum ſuam praeſtet efficaciam, ita, ut poſt ea ab inferiori parte ſurſum iniectiones in ſaccum fieri poſſint. Inuenit vero inſtrumentum, Tab. XIV. adumbratum, quo fili extus per inferius orificium adiuuatur, quod tamen, cum compoſitum ſit, ſine icone non apte ſatis deſcribi poteſt.

p. 199. His breuiter expoſitis Cl. LOVIS ſuas ſubiungit animaduerſiones et utiles et eruditas; breui enim diſſertatione omnes complectitur methodos, in morbis viarum lacrymalium, in primis fiſtula, hactenus adhibitas, ſuccincte itaque ea recenſentur, quae Cl. Viri ANELL, WOOLHOVSEN, PETIT, MONRO et alii ſcripſit

scriptis tradiderunt, anatomicae BIANCHI et MORGAGNI obseruationes de orificio naturali, in nares hiante, enumerantur, et omnia, quae ad historiam praesentis doctrinae pertinent, proponuntur. Ex his autem, inter se comparatis, vere concluditur, differentiam casuum occurrentium etiam diuersas medendi vias exigere, quas chirurgus, in arte versatus, cognitis mali conditionibus et sede, vel in sacco lacrymali, vel in osse unguis, eligit et applicat, nec ullam methodum, ut uniuersalem, assumi posse.

15) *Obseruatio de vulnere pectoris, per sclopetum* p. 215.
illato. Auctore Cl. GVERIN. Vulnus hoc in latere sinistro conspiciebatur, globulus plumbeus fregerat partem anteriorem costae ultimae verae prope coniunctionem cum cartilagine, et per partem pectoris transiens posterius in eodem latere ita secesserat, ut fracturam costae eiusdem et vicinae spuriae effecerit. Insignia ossis fragmenta, in pectore deprehensa, symptomata grauissima induxerant, ita, ut ad diem trigesimum usque morbi triginta et una venae sectiones requirerentur. Ipso vero hoc tempore aeger adhuc de punctionis sensu in intimo pectore conquerebatur. Licet vero iam in principio dilatationes vulneris conuenientes ad extrahenda ossis fragmenta aliaque corpora peregrina factae fuissent, ex consilio tamen variorum chirurgorum peritorum, aegro simul adstantium, tandem transuersim apertum fuit pectus ita, ut a loco, ubi septima costa vera capitulo suo cum corporibus sextae et septimae vertebrae dorsi coarticulatur, usque ad partem anteriorem vulneris incisio per integumenta, musculos intercostales et pleuram, intercostali arteria caute relicta, administraretur, quo facto fragmentum ex pulmonis substantia extractum et vulnus methodo consueta feliciter percuratum fuit.

p. 220. 16) *De methodo ſanguinem arteriarum ſine ligatura ſiſtendi.* Auctore Cl. MORAND. Compreſſio ſtiptica remedia, cauterii applicatio, ipſa tandem vulnerata ligatura ſanguinem, ex arteria vulnerata vel praeſertim fluentem, coercent: in venis enim, niſi maiores ſint trunci, haec artis auxilia non requiruntur. Poſtquam igitur Cl. Auctor de variis ſanguinis effluxum cohibendi modis breuiter diſſeruit, notuum illud topicum Cl. BROSSARD ſcilicet fungum, quem agaricum poſt equini forma appellant, et cuius iam alibi * mentionem iniecimus, ut egregium prorſus remedium commendat, et varios caſus, qui promtum eius effectum confirmant, adducit. Ita in aneuryſmate, a quo perſanando Cl. Auctor, inciſione ampla facta et ſeparato ſanguinis coagulo, vulnus arteriae deteretur, Cl. BROSSARD eidem topicum ſuum applicauit, quo facto intra viginti horas pulſus iterum percipiebatur, quem aliis in caſibus, ubi ligatura iniecta fuerat, die decimo quinto vel ſeptimo demum perceperat Noſter, vulnus quoque menſis ſpatio cicatrice inducta conſolidatum fuit. Notum quidem fuit ſtipticum ex lycoperdi puluere, et ſubſtantiam fungoſam ipſam ad haemorrhagias ſiſtendas applicatam fuiſſe ex cl. viro diſcimus, praeſens tamen remedium omnino illi praeferri meretur. Equidem compreſſio partis et hoc in caſu neceſſaria eſt, ſola tamen non ſiſteret ſanguinis effluxum, niſi tanta eſſet, quae circulum ſanguinis in tota parte quodam modo cohiberet. Non ſine ratione tamen Cl. Auctor monet, chirurgum pro differentia ſitus arteriae, mox hoc, mox alio auxilio uti debere, hinc remediorum, ſanguinem ſiſtentium, differentiam breuiſſimis examinat et ad varios caſus applicat. Modum operandi ita explicat Noſter. Agaricus adſtringente vi non pollet, ideoque non eſt ſtipticum, in ſe conſideratum, ſed maſſa poroſa, inſipida, parum elaſtica, inde ex coagulo, ad arteriam laeſam

* in Comment. noſtr. Vol. I. Part. I. p. 144.

laesam obstruendam formando, serosam sanguinis partem fugit, quo thrombus, arteriam obturans, eo citius formetur. Eodem igitur fere modo agit, ut linteum carptum siccum et reliqua stiptica, serum fugentia. Recensentur in fine quaedam obseruata de effectu nostri stiptici medicamenti, et experientiae, in animalibus brutis institutae.

17) *Casus, in quo nephrotomia optimo cum successu administrari potest* a Cl. LAFFITTE proponitur. Abscessus interni semper ferme letales sunt, in renibus tamen abscessus, a calculo natus, et per externa signa dignoscendus, incisionem et interdum quoque aptam sanationem admittit, licet non negandum sit, fistulosa ulcera saepe hac in parte remanere. Obseruationes itaque tres chirurgicae adducuntur, quibus ostenditur, extractionem calculi ex renibus per nephrotomiam non possibilem esse, nisi in eo casu, ubi abscessus generatur, dum nimirum natura chirurgo viam ostendit, per quam calculum educere queat. p. 233.

Sequuntur nunc non nulli commentarii, qui amputationis doctrinam declarant. p. 239.

18) *Noua methodus administrandi amputationem in articulo humeri cum homoplata.* Auctore Cl. LAVAL. Proponitur operationis methodus, a Cl. LEBRAN olim inuenta, simulque ea adduntur, quae Cl. GARENGEOT, a Cl. PETIT mutata, in operationum descriptione annotauit. Noster vero hanc amputationem sequentem in modum perficit: Incisionem transuersam ad quatuor digitorum distantiam ab acromio per musculum deltoideum ad os usque praestat, alias quoque longitudinales anterius et posterius ad trium digitorum longitudinem subiungit, segmentum carnis et integumentorum, his incisionibus interceptum, elenando separat et binos tendines bicipitis

capſulamque articularem praeſcindit, caput humeri ad ſe trahit, et eiusdem extremitatem ſuperiorem poſterius a carne, vaſa continente, ſeparat, cultro ſemper verſus os directo; ligatura vaſorum poſt ea proxime ad alam iniicitur, tandem ad digiti transuersi diſtantiam a ligatura iniecta brachii ſeparatio perficitur, quo facto carnis relicta portio deorſum ducitur, ut cauitatem glenoideam tegat. Commoda huius methodi recenſentur ſequentia: ligatura vaſorum non fit, niſi eo tempore, quo brachium ſeparatur; reflectum carnis ſegmentum ſuperius eſt, hinc ſuppuratio facilius deorſum procedit; relicta etiam haec carnis pars craſſa eſt multisque vaſis inſtructa, et ideo conglutinationem facilius praeſtat.

p. 243. 19) *Hiſtoria amputationis ſegmento carnis relicto* (a lambeau) *ſecundum methodum* VERDVINI *et* SABOVRINI, *cum deſcriptione noui, ad hanc operationem praeſtandam, apparatus.* Auctore Cl. LA FAYE. Conſueta ratio membrum amputandi multis quidem incommodis obnoxia eſt, hinc iam circa finem ſeculi praecedentis chirurgi de ſegmento quodam carnis, quod relictae parti mutilatae ſuperinduci poſſet, relinquendo, cogitarunt, cum ea ratione operationem non tantis doloribus ſtipatam, magis promtam et certam fieri crediderint. CELSO hanc amputandi rationem iam notam fuiſſe vix oſtendi poterit, IOHANNIS vero chirurgus anglus eius mentionem iniecit; poſt octodecim autem annos per VERDVINVM, chirurgum amſtelodamenſem, et ſub initium huius ſeculi per SABOVRINVM, chirurgum genuenſem, magis exculta fuit haec amputandi methodus, ita, ut prior faſcias et reliquum apparatum magis aptum inuenerit, alter vero eam ad membra, in articulis re-

ſecanda

* IAMES YONGE currus triumphalis e terebintho *an account of the admirable vertues of oleum terebinthinae.* London, 1679. 4to.

secanda, extenderit. VERDVINI methodus post ea describitur *, et adduntur pauca, quae Cl. GARENGEOT monuit. Cum vero non nulli chirurgi praestantissimi hanc methodum laudauerint, mirum videtur Nostro, eandem a Viris Cll. HEISTERO et IVNCKERO eam in primis ob causam reiectam fuisse, quoniam ossis resecti eminentiae carnem irritando inflammationi vehementiori ansam exhibent. Anno p. 251.
huius seculi trigesimo nono chirurgi Cll. RAVATON et VERMALE methodum hanc ita perfecerunt, ut duo carnis segmenta relinquerent, quae, ligatis insuper vasis maioribus, ad exfoliationem ossis et suppurationem nimiam euitandam, applicarunt. De his itaque fusius disserit Cl. Auctor et machinam, ut ipsi videtur, perfectiorem, sed maxime compositam inuenit, cuius fabricam et applicandi modum fusius describit, eamque in iconibus, Tab. XV. expressis, illustrat.

20) *Subsidia, quibus amputatio, cum relicto carnis segmento facta, facilior et tutior redditur*, describit Cl. GARENGEOT. Cum hic facile perspiceret ad vasa retracta comprimenda carnis relictae segmentum haud sufficere, ligaturam vasorum necessariam esse duxit, fila vero, quibus illa praestita fuit, linteo duplicato, pollicem lato, inuoluit et post ea carnis relictam partem applicauit. Ipse vero fascias, ad amputata membra vulgo assumtas, adhibuit; facile enim apparatu machinarum, ab aliis inuentarum, et paulo ante indicatarum, chirurgum carere posse monet. Describit operationem, quae ex voto cessit, et, occasione se se offerente, se agaricum ad sistendum sanguinis effluxum applicare velle, promittit. p. 261.

21) *Obseruatio de resectione ossis post femoris amputationem.* Auctore Cl. VEYRET. Amputatione femoris, p. 265.

* vid. Acta Eruditorum Lipsi. an 1697. p. 119. c. Icon.

ris, in virgine viginti quatuor annorum secundum artis praecepta administrata, relicta fuit eminentia ossis, qua, cum post duos menses et duodecim dies exfoliatio non secederet, serram denuo applicare et partem eminentem rescindere coactus fuit Noster, quo facto, nulla quidem exfoliatio sequuta est, margo tamen ossis, non nihil eminens, et cum cicatrice conlitus inuentus, cauumque canalis, simili ossea vegetatione repletum fuit, aegra tamen pede ligneo, post ea applicato, corpus sustinere potuit.

p. 268. 22) *Commentarius de eminentia ossis, post amputationem membrorum remanente, in quo et in causa huius incommodi inquiritur, et remedia, quibus corrigitur et praecauetur, exponuntur.* Auctore Cl. LOBIS Cum eminentiae ossis, post amputationem remanentes, in primis in femore, et ulceribus occasionem praebeant, et applicationem pedis lignei difficilem reddant, de iis euitandis serio cogitandum est. PARAVS iam de retrahendis cute et musculis ante ossis resectionem sollicitus fuit, consilium tamen eius de cute filis oppositis colliganda, minus idoneum et ab iis, qui illud imitati sunt, periculosum inuentum fuit, ita, ut emplastra quoque conglutinantia, cutim latam supra partem truncatam adducentia, intentioni medentium nunquam satisfecerint. Adducitur nunc casus amputationis humeri, qui ex voto cessit, ut pars ossis truncata vix appareret, sed periostii externi excretiones carnosae cum interno periostio ubique coaluerint. Alio etiam exemplo ostenditur, partem truncatam relictam ossis saepius minui et Tab. XVI. fig. 1. humerus delineatus exhibetur. Ostenditur itaque, quantum attenta resectio periostii externi et interni truncatae partis coalitum cum parte carnosa iuuare possit. Membrana haec, ossa cingens, in humero versus inferiora facile abraditur, in femore a parte antica quoque, sed non aeque a parte postica, ubi eminentia aspe-

ra est, nec adeo facile in cubito et crure, vbi duo ossa sunt, interni vero periostii resectio a serra, rite constituta, dependet. Vegetationes tales osseae, ad extrema resecti ossis formatae, quae non adeo elongantur, sed largius expanduntur, Tab. XVI et XVII. delineantur. Non nullorum itaque chirurgorum sententiae controuersae, ex obseruationibus enatae, de resectione noua partis eminentis ossis, vel de cauterio actuali applicando proponuntur et diiudicantur, quae hanc doctrinam egregie illustrant, a nobis autem paucis vix indicari possunt verbis.

Progreditur porro Cl. Auctor ad disquisitionem p. 283.
causarum, hae in chirurgi negligentia saepius positae sunt, si enim v. c. carnes inaequaliter discindit, ligaturam vasorum male applicat et hac vel alia ratione largam suppurationem excitat, tunc ossis extremitas denudata manet. Haec tamen forte euitari possent, retractio autem musculosae carnis praecipue attendenda est, et quidem in femore magis, quam in reliquis extremitatum ossibus, quoniam musculi appositi validius contrahuntur. Remedium vero, quo eminentia ossis truncati et in femore praecaueri potest, Noster in eo ponit, quod fasciae, quibus membra supra incisionem formandam cinguntur, et quae in aequali incisione praestanda maximi usus sunt, tunc, quando os resecandum est, remoueantur, quo linteum diuisum, cuius ope carnes sub amputatione reducuntur, eo maiorem efficaciam praestet, et musculos, proprio iam nisu regredientes, retrahat, quo ita coalitus ossis cum carnibus eo facilius perficiatur.

23) *Obseruationes de vulneribus sclopetorum, cum* p. 287.
fracturis ossium coniunctis et quidem ad extremitatum articulationes earumque confinia. Auctore Cl. BOVCHER. Pars prima huius tractationis, quae nunc exhibetur, abusum amputationis in eius modi casibus demonstrat. Cum in ossibus, ad articulos vehementi

modo

modo diffractis, difficile definiatur, num naturae beneficio membrum conseruari possit, nec ne, vel etiam an in fracto membro conseruando plus periculi sit, quam in amputatione suscipienda. Cl. Auctor decem obseruationes proponit, ex quibus declarat, quanta sit naturae vis in restituendis partibus dilaceratis, dum modo ars aptis remediis succurrat. Venae sectiones, eaeque reiteratae, quae febrim mitigant, corticis peruuiani usus, quo praeter commemoratum effectum etiam gangraena coercetur, cataplasmata, quibus suppuratio sustinetur, apta medicamenta, et terebinthina potissimum, quae partibus neruosis applicantur, fragmentorum ossis separationem egregie facilitant, et in iunioribus potissimum subiectis, quibus vis vitae vegeta est, vel sanationem completam, vel membri, utcunque mutilati, vel breuioris rediti, conseruationem promittunt. Cum vero nos omnes has obseruationes notatu dignas iudicemus, unam vel alteram exempli loco adducere vix possimus, sed quaedam tantum consectaria addimus. Fomentationes anodynae et emollientes magis, quam spirituosae conueniunt, hae enim non nisi gangraenae imminenti opponi debent. Sunt non nulli casus, vbi ad amputationem solam recurrere possumus, v. c. si magna ossa femur et humerus ita fissa sunt, vt eminentiae nec separari, nec cum parte sana coalescere possint; si ossa talia pluribus in locis diffracta sunt; si extremitas ossis a parte reliqua, multis fragmentis destructa, tota separata est; si ob dolores vehementissimos et continuos parti affectae conuulsio accedit, quae, et partibus tendinosis resectis, non cessat, sed toti corpori communicari potest. Cum vero expectatio naturae succurrentis saepius fallat, magna omnino requiritur attentio, ne auxilium differatur, post ea inutile futurum.

24) *Disquisitio operationis caesareae.* Auctore Cl. p. 308.
SIMON. Prima pars huius tractationis, in volumine praecedente proposita *, exempla ostendit, quibus probatur, operationem hanc possibilem esse, secunda vero, quae nunc additur, examen casuum, qui operationem caesaream exigunt, proponit. In genere vero notandum est, in illis casibus, ubi foetus per vias consuetas adhuc educi potest, ad dubiam hanc operationem recurrendum non esse. Prima itaque ratio, quae sectionem caesaream interdum urget, est praeternaturalis ossium, peluim constituentium, dispositio. Haec vero accuratius disquirenda est: ossa pubis nimis depressa, os sacrum nimis eminens, tubera ossis ischii non satis inter se, nec ab osse coccygis distantia, eum certe statum efficiunt, sub quo infantis corpus per vias consuetas exire nequit. A Cl. BEISTERI sententia circa asseritam necessitatem huius operationis passim recedit Noster, et in primis urget, foetum viuum ad saluandam matrem nunquam esse interficiendum et unco extrahendum, quoniam hoc in casu operatio praestat. Tandem monet exostoses, in ossibus peluis obseruatas, ad malam conformationem pertinere.

Angustia vaginae, tumores eiusdem, nec non cal- p. 315.
losa orificii uterini dispositio, non nunquam operationis huius necessitatem indicant. Ratione angustiae vaginae extensio interdum possibilis est, et tumores et cicatrices, quae in hac parte saepius praeter naturam producuntur, ope chirurgica remoueri possunt, ex hac parte igitur rariores dantur casus, in quibus partus caesareus necessario adiuuandus est, si vero orificium uteri scirrho vel alio tumore obsessum est, tunc apertura huius orificii, in partu necessaria, non succedit, nec impedimentum arte chirurgica facile leuari potest.

Dila-

* vid. Memor. de l'acad. roy. de Chirurgie Tom. I. edit. in 4to p. 623. edit. 8. Part. III. p. 210.

p. 321. Dilaceratio uteri tertium casum sistit, in quo, de caesarea sectione susciplenda, quaestio oritur. Si foetus in utero quasdam partes offert, per quas extrahi potest, tunc operatio non tentanda est; licet enim obstetricia manus dilacerationem uteri sentiat, illa tamen, forte extracto foetu et contracto utero, sanari potest, ipsa vero sectio caesarea uteri dilacerationem non sanat. Tunc vero sectio caesarea omnino instituenda est, si foetus per dilaceratum uterum in abdomen penetrauit et partes eius, quae forte in utero adhuc subsistunt, extractioni praestandae non sufficiunt. Maxima vero difficultas in eo posita est, quod vix semper cognoscatur, num foetus per uterum ruptum in cauitatem abdominis iam transiuerit, ad quam rem declarandam, ut in reliquis huius tractationis momentis, obseruationes adducuntur.

p. 324. Conceptiones ventrales, in ouario et tubis factae, operationem nostram interdum quoque exigere possunt. Signa conceptionis ventralis generalia cum reliquis grauiditatis signis conueniunt, si vero tumor non in regione matricis, sed in vicina iliaca deprehenditur, si in orificio uteri nulla mutatio, graviditati conueniens, obseruatur, si motus localis infantis, instar corporis in abdomine separati, percipitur, immo, si ipsum corpus foetus tactu distinguere possumus, tunc nullum ferme dubium restat, foetum extra uterum esse positum. Cum vero et tunc dubium remaneat, an sectione caesarea administrata aut foetum aut matrem conseruare queamus, obseruationibus quibusdam additis Cl. Auctor casus speciales, qui hanc operationem urgent, definire tentat.

p. 331. Tandem ad hernias matricis respicit Noster, quae quidem rariores sunt, attamen, si occurrunt, tunc sectionem caesaream exposcunt, quando reponi nequeunt, si vero repositio herniae ante partum possibilis est, tunc ad sectionem non progrediendum erit. Haec impedimenta adducta a parte matris sunt, inue-

nuntur tamen et alia a parte infantis, in quibus tamen, non nisi urgente necessitate ad operationem caesaream deueniendum est; exempla enim prostant et gemellos coalitos extractos fuisse, infans vero in quadam parte hydrope affectus, cum viuere vix posset, post punctturam unco extrahendus est.

25) *Descriptio nouae fasciae, ad herniam umbilicalem coercendam aptae.* Auctore Cl. SVRET. Chirurgus quidam hernia umbilicali, nucem magnam vix excedente, affectus, consuetis fasciis eandem coercere non poterat; Noster itaque in auxilium vocatus cum in fasciis causam inuenire non posset, in abdomine maiorem extensionem sedente aegro obseruauit, quam in alio corporis situ non percipiebat, hinc laminam comprimentem cingulo instruxit, quod longius et breuius reddi poterat, quam fasciam amplius describit et Tab. XVIII. delineatam exhibet. p. 334.

26) *De noua methodo medendi cataractae per lentis crystallinae extractionem differit* Cl. DAVIEL. In cataracta non membranam praeternaturalem praetendi, sed lentem ipsam opacam reddi certissima et obseruationibus confirmata res est. Cataracta autem est vel vera vel spuria, illa est lens crystallina vel tota, vel ex parte, opaca reddita, sine alio morbo oculorum, ita, ut pupilla mobilis maneat, et aeger lucem a tenebris distinguere queat: haec quoque lentem opacam sistit, immobili tamen pupilla, ita, ut aeger obiectorum umbram distinguere nequeat. Figura extremitatis acus, cum qua cataracta deponi solet, varie a variis mutata fuit, et Noster quoque incommoda, post operationem accidentia, huic non nunquam adscripsit, in continuo tamen artis exercitio constitutus, alias perspexit causas, quae consuetam cataractae operationem minus aptam reddunt. Dum enim anno huius seculi quadragesimo quinto Massiliae in viro cataractam p. 337.

taractam deponeret, diſruptas quasdam lentis partes in cameram anteriorem ſecedere et ſanguinem ſimul effundi cognouit, corneam igitur inferius aperiendo contenta peregrina euacuauit, quo facto pellucida quidem conſpiciebatur cornea, et aeger non nulla obiecta diſtinguebat, ſed, cum ex praecedenti operatione variae partes diſruptae eſſent, ſuppuratio ſuccedens oculum turbauit. Hoc caſu tamen monitus Cl. Auctor, cornea inciſa et lente per cameram anteriorem extracta, operationem cum felici ſatis ſucceſſu aliquoties inſtituit. Cum vero paulo poſt in non nullis aegris res male cederet, de hac methodo ſerio cogitauit, ad ſitum et nexum lentis attendit, inſtrumenta varie mutauit, et operandi modum ad eum perfectionis gradum deduxit, quem nunc obſeruamus. Varias itaque experientias adducit, methodum operationis accurate deſcribit, et inſtrumenta et modum applicandi in additis Tab. XIX et XX. iconibus illuſtrat. Nos, qui iam alibi hanc methodum deſcripſimus *, nunc tantum commoda huius operationis recenſemus.

p. 348. In methodo hactenus conſueta cataracta ſolida et ad maturitatem accedens requiritur, in hac noua ſuſcipi poteſt operatio, licet nondum matura ſit cataracta; in illa lens depreſſa iterum aſcendere et locum ſuum occupare poteſt, in hac nunquam; in illa interdum, vel ex parte vel ex toto, in cameram anteriorem progreditur lens opaca, et noua requiritur operatio, in hac ipſa eductio anteriora verſus perficitur; in illa, ſi cataracta mollis eſt, imperfecta ſit operatio, in hac et molles cataractae educuntur; in illa humor vitreus interdum dilaceratur, in hac raro vel nunquam. Obiectiones poſt ea non nullas, quae contra hanc methodum formari poſſent, reſoluit Cl. Auctor, et inuentionis gloriam ſibi vindicat, in primis

* vid. Comment. noſtr. Vol. II. Part. II. p. 357. et Part. III. p. 453.

mis autem obiectiones Cl. THVRANT * euertere annititur.

In additis huic tractationi obſeruationibus academia chirurgorum teſtimonium ſubnectit, ex quo patet, ex triginta quatuor aegris, hac methodo tractatis, ſeptendecim perfecte ſanatos fuiſſe, octo aliquam viſus aciem retinuiſſe, nouem vero occoecatos manſiſſe; ex his ſex pupilla immobilis reſtitit, in duobus autem ſtaphylomata viſa ſunt, ſenſim tamen diſſipata. Cl. GARENGEOT eandem methodum in milite imitatus, paucioribus inſtrumentis uſus fuit. Cum enim ſucceſſiue quatuor diuerſis inſtrumentis utatur, Cl. DAVIEL et alii de apparatu inſtrumentorum imminuendo cogitarunt. Cultelli itaque, a Cl. Viris LA FAYE et POYET inuenti, Tab. XX. delineantur. p. 352.

27) *Commentarius ſecundus de amputatione oſſium maiorum in extremitatibus corporis.* Auctore Cl. LOVIS. Generales regulae artis in amputatione perficienda inſufficientes videntur, niſi ad ſpeciales caſus applicentur; traduntur itaque in hoc commentario utiles obſeruationes circa varia oſſa extremitatum amputanda. p. 355.

Agitur primo de femoris amputatione, in qua duplicem inciſionem et integumentorum et muſculorum ſuperfluam iudicat Noſter, quoniam operationem protrahit; hinc unicam et profundam inciſionem ſuadet, cuius rationem accurate declarat. Poſtquam enim partes ſupra inciſionem per faſciam firmauit, et carnes uſque ad os reſecuit, faſciam iterum ſoluit, quo facto carnes retrahuntur, eae vero partes, quae femori adhaerent, ut muſculus cruralis, paruo cultro ſeparantur, et linteo fiſſo, utrinque applicato, magis retrahuntur, os tandem ſerra proxime ad carnes praeſcinditur. Operationem nouiter receptam, qua duo ſegmenta carnis, truncatae parti applicanda, relin- p. 356.

* ibidem Vol. II. Part. II. p. 352.

relinquuntur, crudelem, doloroſam, minuſque utilem iudicat Noſter, hanc vero, quam praeſcribit, CELSI auctoritate confirmatam et nunc reſtitutam eſſe aſſerit, ideoque ipſa huius auctoris verba adducit. Cl. SHARPIO vero obiicit, eum methodum, a CELSO oſtenſam, cognouiſſe quidem, minime tamen ſequutum eſſe, quod iterum ex adductis SHARPII verbis declarare annititur. Operationem, cum ſegmento carnis relicto perficiendam, non niſi in eo caſu permittit Noſter, ubi poſt oſſa, cum dilaceratione partium mollium deſtructa, amputatio requiritur, in quo caſu aeger non tanto afficitur dolore.

P. 365. Proponuntur poſt ea obſeruationes circa amputationem humeri. In hoc oſſe denudatio non adeo metuenda eſt, ut in femore, ſed in partis inferioris reſectione pars mutilata cuſpidata redditur, quoniam retracto bicipite reliqui muſculi adhaerent et ita inaequalem cum oſſe coalitum efficiunt; monet itaque Noſter, partem muſculorum adhaerentium cultro ſeparandam eſſe, uſque ad loca retractionis bicipitis, quo facto aequalis redditur coalitus. In amputatione partis ſuperioris humeri alia ratione procedendum eſt; licet enim muſculi deltoidei, qui ſub operatione in ſtatu contractionis eſt, ulterior contractio vix attendenda ſit, obliqua tamen muſculorum pectoralis et dorſalis magni directio et partialis tendinum inſertio, vulnus ſiſtit, quod facile in ulcus mutatur, hinc operatio cum ſegmento carnis relicto, ferme ſimilis illi, quae in articulo fit, inſtituenda erit, id quod obſeruatione addita egregie illuſtratur.

P. 373. Monita, circa amputationem cruris propoſita, primo concernunt conſeruationem partis ſatis amplae integumentorum, quibus tibia anterius ſine muſculis tecta eſt. Poſtquam itaque varia monuit de crure, non in ſtatu extenſionis, ſed flexionis amputando, in anteriori parte ſectionem carnis ſemicircularem perficere iubet, aequalem vero refectionem utriuſque oſ-

ſis,

ſis, ad quam poſt ea attendere ſuadet, filo forti, circa oſſa circumducto, ex ſententia Cl. BERTRANDI, iuuat. Tandem Cl. Auctor, in amputationem, hoc in caſu cum relicto carnis ſegmento praeſtandam, inquirit, eamque, ut minus aptam, reiicit.

In cubito amputando ſectio praecedens integu- p. 383
mentorum eorumque retractio, ante quam carnes incidantur, maxime neceſſaria eſt, quo ſufficiens cutis pars ad tegendos muſculos inueniatur, oſſa autem, ante quam reſecantur, ob ſummam radii mobilitatem filo forti conſtringantur, quo ſimul ſerra praeſcindi queant. Cum etiam inflammatio et ſtrictura circa labia vulneris, in omni amputatione attendenda ſit, in hac noſtra minime negligenda erit, quoniam aponeuroſis muſculos cingit, quae hanc ob cauſam inter cutim et muſculos circumcirca quodam modo incidenda erit. Amputatio cum ſegmento carnis relicto hac in parte nullius uſus eſt. Caſum ſpecialem hic ſubiungit Cl. Auctor, in quo eminens quaedam oſſis pars relinquenda eſt. Si ſcilicet chirurgus os ſoluto perioſtio conſpicuum inuenit, ſectionem ſemper in eo loco, ubi firmiter adhaeret, inſtituit, ſi vero perſpicere nequit, quo uſque haec denudatio aſcendat, tunc partem oſſis relinquit et medicamenta applicat, quo ſeparatio oſſis fiat, agitatione partis eminentis non nihil adiuuanda. Hac quoque data occaſione, de amputatione partis, eo in loco, ubi gangraena ulcere egregie ſuppurante terminatur, non nulla notatu digna adduntur.

Sequuntur tandem obſeruationes de ſanguine p. 390.
ſiſtendo et reliquo amputationis apparatu in primis applicatione faſciarum. Modos ſiſtendi ſanguinem in vaſis laeſis per cauterium, ligaturam, a PARAEO primum adhibitam, alumen, opium, lycoperdum ſiue bouiſtam et ex mente recentiorum per agaricum quercus Cl. Auctor diiudicat, et ligaturam prae reliquis aptam eſſe monet, quoniam haec et tunc demum ad-

hibenda fuit, ubi agarici partes applicatae sanguinem sistere haud potuerunt. De variis arterias ligandi modis post ea disserit Noster et apparatum omnem cum fasciis applicandum describit.

p. 403. 28) *Descriptio machinae, qua ii, qui cruris aut femoris fracturam passi sunt, facile e loco in locum transferri possunt, quae etiam apparatus et fasciarum applicationem iuuat*, Auctore Cl. LA FAYE. Machina ex laminis, ferri stanno obductis, quae mutuis iuncturis componuntur, constans accurate describitur, et Tab. XXI. fig. 1. delineatur, et commoda praecipua, quae ex eius applicatione resultant, declarantur.

p. 415. 29) *Obseruatio de sanatione fracturae pedis dextri cum insigni tibiae destructione*, Auctore Cl. COVTAVOS. Fractura erat complicata et primo intuitu amputationem exigere videbatur; non tantum enim pars media tibiae quinque pollicum et aliquot linearum longitudinis eximenda erat, sed fractura quoque fibulae cum periostii denudatione conspiciebatur, inflammatorius tumor et gangraena longe lateque serpebant, apta tamen medendi methodus, et machinae nunc descriptae et ad hunc casum accommodatae applicatio, quae Tab. XXI. fig. 2. adumbratur, ita utilis fuit, ut in aegro sensim sensimque materia solida ossi similis restitueretur et cicatrices inducerentur. Aeger autem eo felicius grauissima symptomata sustinuit, et sanationis spem auxit, cum annum vigesimum nonum vix superasset, et de reliquo valida gauderet sanitate.

p. 425. 30) *De specie quadam cataractae minus nota*, differit Cl. HOIN. Post depressionem cataractae lens non nunquam reascendit, non nunquam vero membrana lentis, inflammatione tentata, opaca fit et nouam quandam obscuritatem inducit, quam secundariam

riam cataractam dicit Cl. Auctor et obseruatione adducta eius naturam declarat. In viro quodam, neglectus regiminis et alii errores, post cataractam feliciter depressam, altero die cum febre vehementi et vomitu, coecitatem inducebant, suspicio erat de lentis regressu et ophthalmia interna, ipseque aeger tertia post operationem hebdomade ex his aliisque causis moriebatur. Tunc Noster, qui ante et post operationem oculum attente considerauerat, dissectione facta in rationem phaenomeni inquirebat. Lens obscura, opaca et durior depressa manserat, in capsula vero lentis crystallinae, cataracta membranosa lentis magnitudine, in ipsa substantia membranae haerens, obseruabatur, quae ab ea haud separari poterat, vitreo humore pellucidissimo existente. Inflammatio igitur capsulae, quam Noster puncturae, per acum tenuem et teretem factae, adscribit, huius cataractae secundariae causa fuit. Signum eius sequens proponit: Si post cataractam depressam alia oritur, colore a praecedente diuersa, tunc perspicimus lentem non regressam esse, sed nouam formari cataractam membranosam. Ostendit vero Cl. Auctor aegrum praeseruari posse praeparatione conueniente ante operationem, acu utrinque secante, non pungente, in cataracta deprimenda adhibita, venae sectione larga et diaeta apta post operationem.

31) Sequuntur nunc commentarii et obseruationes *de hydrope saccato et scirrho ouariorum*, a variis Auctoribus propositae. p. 431.

Prima obseruatio est Cl. LE DRAN *de hydrope saccato operatione curato, remanente tamen ulcere fistuloso.* Dissectio foeminae hydropicae in abdomine saccum ostendit, qui a diaphragmate usque ad vesicam extendebatur, anterius cum musculis abdominalibus, posterius cum visceribus cohaerebat, et in quo aqua per paracentheſin olim extracta, haeserat. Si-

mili ferme aegra occurrente Cl. Auctor ſaccum adhaerentem inciſione abdominis euacuare voluit, aegra vero hanc recuſabat operationem, donec poſt varias paracentheſes malum ſemper recrudeſceret. Chirurgus, qui ultima vice puncturam acú triquetra effecerat, cannula relicta euacuationem continuam praeſtare intendebat, Cl. Auctor vero accedens, omnibus circumſpecte examinatis, ab apertura facta verſus os pubis integumenta et muſculos incidebat, cannula ex plumbo formata vulnus apertum ſeruabat, materiam ſanguinolentam, purulentam et lamellas quaſi exfoliatas ſenſim ſenſimque euacuabat, quae quidem euacuatio iniectionibus abſtergentibus et vulnerariis immiſſis adiuuabatur. Aegra tamen poſt octo menſes fluctuationem materiae contentae in hypogaſtrio obſeruabat, quae nouam omnino inciſionem exigere videbatur, quam etiam Noſter ad quatuor digitorum diſtantiam ab oſſe pubis transuerſim incidendo praeſtitit, et quidem per partem muſculi recti dextri, totum rectum ſiniſtrum et partem obliqui, arteria epigaſtrica quoque diſciſſa et poſt ea ligata, magna itaque puris copia euacuata fuit, et tumor, in hypochondrio ſiniſtro olim obſeruatus, diſparuit, vulnusque ſeptem hebdomádum ſpatio ſanatum fuit, aegra per quatuor adhuc annos ſuperſtite. Poſt obitum vero in ſectione cadaueris, ſacci hydropici reliquias, cum ilei et ieiuni conuolutionibus coalitas, plures-que ſcirrhos, in vicinia poſitos, viderunt adſtantes. Ex qua morbi hiſtoria, fuſius a Cl. Auctore enarrata, plura tandem conſectaria eliciuntur.

p. 442. Idem Auctor alium caſum proponit, *de hydrope ſaccato, per inciſionem ſine fiſtula curato.* In foemina hydropica poſt primam paracentheſin, methodo conſueta peractam, ſuſpicio de hydrope ſaccato mota, et ſub augmento tumoris ventris confirmata fuit. Cl. Auctor itaque ad lineam albam ſub umbilico abdomen incidit, et cannula applicata ſenſim ſenſimque materiam

riam contentam eamque in fine purulentam eduxit, quae tamen ita diminuta fuit, ut poſt ſex menſium decurſum quotidie tantum cochleare circiter materiae purulentae exiret. Biennium itaque ſine nouis incommodis tranſiit, cum vero aliquando aegra cannulam educeret et conſueto modo purgaret, eandem reducere non potuit, ſed vulnus breui conſolidatum fuit.

Sequuntur nunc aliae Cll. Auctorum obſeruatio- p. 445.
nes. *Hydropem ſaccatum inter peritonaeum et muſculos abdominales* deſcribit Cl. MOVTON ſimilem ferme *ſaccum ad peritonaeum*, vel, ut ipſe dicit, inter utramque peritonaei laminam, inuenit Cl. DE LA CHAVD. *Hydropem ouarii* Cl. MONTAVLIEV filius obſeruauit, et *hydropem cum inſigni ſcirrho in utroque ouario* vidit Cl. MALAVAL. Tandem Cl. DE LA PORTE *hydropem ſaccatum, ouario accretum*, inciſione abdominali leuare tentauit, ſed materia educta nimis ſpiſſa et vires aegrae fractae ſanationem non admiſerunt.

32) *Animaduerſiones ſuper has aliasque obſeruatio-* p. 455.
nes ſimiles, ſummatim propoſitas, ſubnectit Cl. MORAND. Hydrops ſaccatus rarius occurrere videtur, quam aſcites, collectae tamen obſeruationes contrarium euincere videntur. Prima ſpecies rarior eſt, vbi ſaccus, nullibi adhaerens, in aquis fluctuat; ſecunda ſpecies, quam inter duas peritonaei laminas aſſumunt, eadem eſt, quae inter peritonaeum et muſculos abdominales deprehenditur; tertia ex ouario dependet, membrana eius inuoluente diſtenta. Signa hydropis ſaccati eo forte redeunt. In principio tumor eſt, in aliqua parte abdominis tantum tactu diſtinguendus, is vero in incremento demum aſciten mentitur. Incommoda non tanta ſunt in hydrope ſaccato, ut in aſcite; urina ſaepius ſufficienti copia et ſanae ſimillima excernitur, moles abdominis ſola

moleſta eſſe videtur. Liquor extractus vix aquoſus eſt, ſed ſpiſſus, gelatinoſus. Fluctuatio ſaepius obſcura eſt, nec ita, ut in aſcite cognoſcitur. Scirrhi ſimul occurrentes tactu diſquiruntur. Si ſcirrhus acu triquetra pungitur, ſanguinolenti quid exit, ſed ſine inſigni incommodo, ea autem alio loco immiſſa, aquae poſt ea ſubducuntur. Si hydrops ſaccatus inciſione curandus eſt, tunc in principio fiat, in augmento mali auxilium dubium.

P. 461. 33) *Obſeruationes de vulneribus ſclopetorum, in primis cum deſtructione oſſium complicatis.* Auctore Cl. BOVCHER. Pars ſecunda * huius tractationis diſquirit, num in amputatione partis neceſſaria, haec mox ſuſcipienda, num differenda ſit. Cl. FAURE academiae commentarium exhibuerat, in quo oſtendere annititur, amputationem cum felici ſucceſſu ſuſcipi non poſſe, niſi ſymptomata, poſt laeſiones vehementes occurrentia, ceſſauerint. Experientia enim cognouerat poſt praelium, apud villam Fontenoi habitum, ex trecentis aegris, in quibus amputatio mox in principio tentata fuerat, vix triginta vel quadraginta euaſiſſe, cum e contrario in aliis, poſt menſis vel ſex ſeptimanarum interuallum ſuſcepta, non obſtante virium debilitate, ex voto ſucceſſerit. Cl. Auctor, qui ſummam huius commentarii propoſuit et contrariam ſententiam fouet, tria tempora, hoc in caſu conſideranda, diſtinguit. Primum eſt, ubi tumor inflammatorius et febris nondum ſe oſtendere poſſunt, ſecundum, ubi haec vel alia ſymptomata oeconomiam animalem quam maxime turbant, tertium, ubi illa vel prorſus vel ex parte remittunt. Variis itaque obſeruationibus et rationibus euincere annititur, vulnera ſclopetorum, ſi pars laeſa conſeruari non poteſt, in primo temporis interuallo amputationem exigere, cum paulo poſt in altero temporis inter-

* primam vide ſupra p. 599. ſeq.

interuallo oriunda ſymptomata eandem difficilem vel plane impoſſibilem reddant, paucos vero ex aegris eo uſque deduci, ut in tertio temporis interuallo adminiſtrari queat. Accuratius autem diſquirit Noſter et eos caſus, ubi nullum aliud remedium, quam amputatio adhiberi poteſt, et eos, ubi, ſi prorſus deſperatus aegri ſtatus eſt, haec operatio locum non habet.

Minime tamen negare poteſt Cl. Auctor, omnia p. 479.
vulnera ſclopetorum, in primis per tormenta bellica, maioresque globos, in primis igneos excitata, primo ſuo impetu ita agitare partem laeſam totumque corpus, ut varia ſymptomata v. c. ſtupor, horror, conuulſio, ſyncope etc. mox in primo temporis momento aegrum male afficiant, et ita amputationem vix admittant, dum itaque ad ea potiſſimum vulnera reſpicit, quae mitiori impetu infliguntur, a Cl. FAURE ſententia, contra quem hic agit, ex parte tantum recedit. Circa alteram nunc nominati Auctoris obiectionem, quod nimirum mox poſt vulnera inflicta, fluida magis agitata, ſolida inde ad conuulſiuos motus diſpoſita, et ita in parte mutilata inflammationes et haemorrhagiae magis timendae ſint, Noſter monet, et victu apto et diluente et refrigerante potu, venae ſectione aliisque remediis, in primo temporis interuallo oriundis incommodis occurri poſſe; cum enim aeger mox ad alterum tendat, in quo vix aliquid cum fructu tentari poteſt, ſaepius omnino dubitandum eſt, num ad tertium accedat, et an non in illo imbecillitas tanta ſit, quae amputationem non admittat.

His itaque omnibus ſerio penſitatis nos quidem arbitramur, ex generali quadam norma nihil certi deduci, ſed in caſibus ſingularibus tandem ex accurata ſymptomatum occurrentium conſideratione methodum medendi, cum aliqua ſpe ſalutis ſuſcipiendam, definiri poſſe. Ex iis tamen, quae in hoc commen-

tario ex una alteraque parte proponuntur, et obſeruationibus adductis illuſtrantur, iis occaſio diſſerendi exhibetur, qui quaeſtionem, ab academia chirurgiae ad annum 1754 praemii loco de hoc ipſo argumento propoſitam*, reſoluendam ſibi ſumunt.

p. 484. 34) *Obſeruationes variae de vulneribus ſclopetorum* a Cll. Viris CANNAC, GERARD, ANDOVILLE propoſitae, et quae a nobis ſuccincte repeti non poſſunt, argumentum nunc adductum egregie illuſtrant, et methodum medendi, vel cum felici vel cum minus proſpero ſucceſſu adhibitam, declarant.

p. 501. Cl. BORDENAVE ſummam variarum obſeruationum, ad eandem doctrinam pertinentium, proponit. Recenſentur vero viginti tres obſeruationes de vulneribus ſclopetorum, quatenus in diuerſis corporis partibus, capite nimirum, facie, pectore, abdomine et extremitatibus obuenerunt, et animaduerſiones paſſim inſperguntur, ex quibus non nullas ſelectas annotabimus. In contuſionibus capitis, per globulos, ex ſclopetis emiſſos, factis, niſi leuiſſimae ſint, inciſio, ad diſquirendas cranii laeſiones, ſemper neceſſaria eſt, in leuioribus quoque fiſſuris externis trepanatio requiritur, cum interna lamina, ut pote fragilior, ſaepius plus laedatur, quam externa, nec in hoc caſu acceſſus ſymptomatum expectandus erit. Vulnera faciei colliſa, licet facilius diſquiri poſſint, tamen ob commotum ſimul cranium et perioſtii cum internis membranis cohaeſionem, difficilem dilatationem et penetrationem medicamentorum in varia caua, caute tractari debent. Deſtructio vertebrarum periculum omnino inducit, ſaepius tamen magis difficiles ſunt caſus, ubi nulla, vel exigua, oſſium deſtructio eſt, ſi medulla ſpinalis plus commouetur, quam in priori ſtatu. Deſtructiones partis mediae in oſſibus extremitatum facilius curantur, quam circa articu-

* vid. Comment. noſtr. Vol. II. Part. I. p. 178.

articulationes. De amputatione mox ſuſcipienda vel paululum differenda regulae generales non dari poſſunt. Si aeger quietus in apto ſitu ſeruatur, etiam in fracturis complicatis ſaepius vis naturae expectanda, nec amputatio mox inſtituenda erit, quod tunc, quando aegri e loco in locum transferendi ſunt, vix tentari poterit.

35) *De diuerſis ſpeciebus aneuryſmatis ſpurii* Auctore Cl. FOVBERT. Aneuryſma in verum et ſpurium diſtingui res nota eſt. Cl. Auctor vero ſpurium, de quo nunc agit, in *primitiuum* et *conſecutiuum* diſtinguendum eſſe monet. Illud mox poſt laeſionem arteriae factam ſanguinem, in cellularem contextum vaſa cingentem, non nunquam ad alas uſque effuſum, ſiſtit: Hoc poſt aliquod dierum interuallum poſt arteriam, in venae ſectione laeſam, et quidem ex compreſſione non ſatis continuata vel alio neglectu oritur. Cum aneuryſmate vero haec altera ſpecies facile confunditur, quoniam paruus tumor ſenſim ſenſimque augetur, colorem cutis non mutat, et compreſſione in minus ſpatium reduci poteſt. Compreſſio partis laeſae cutim, pinguedinem, aponeuroſin bicipitis, et capſulam arteriae, cicatrice facta, unit, inciſa vero arteria non coaleſcit, ſed rotundum orificium habet, quod thrombo obturatur, ſi haec compreſſio uſque ad thrombi ſufficientem indurationem relinquitur, aeger certe reſtituitur, ſi vero ligatura citius iuſto remota, vel brachio agitato thrombus exit aneuryſma hoc ſpurium, conſecutiuum Cl. Auctori dictum, oritur. Methodum accuratam medendi ideo deſcribit Noſter, eamque non tantum obſeruationibus chirurgicis, ſed et anatomicis, in brachiis quibusdam, aneuryſmate olim vexatis, captis, illuſtrat. Addit in fine deſcriptionem machinae, ad compreſſionem arteriae aptae. p. 535.

36) *De*

p. 545. 36) *De hydrope pectoris, per operationem ſanato, diſſerit* Cl. MORAND. Vir viginti duorum annorum, menſis martii die decimo ſexto febre, exanthematibus et ſudore ſtipata, corripiebatur. His ſymptomatibus ſubito diſparentibus illa intendebatur et aeger potiſſimum dolore lateris ſiniſtri in pectore ad hypochondria uſque afficiebatur. Die ſeptimo maii, remediis inter ea fruſtra adhibitis, tumor lateris ſiniſtri oedematoſus, dolores pectoris, ſumma difficultas ſpirandi, lipothymiae frequentes, aegrum ita excruciabant, ut morti proximus videretur. Cl. Auctor in auxilium vocatus, omniaque ſerio perpendens, aquam in ſiniſtra pectoris cauitate haerere aſſerebat, et praeſentibus quoque medicis non diſſentientibus, in ſpatio intra duas coſtas acu triquetra perforabat pectus, hac retracta ex cannula quinque circiter menſurae (*pintes*) aquae ſucceſſiue educebantur, quo facto aeger ſenſim paulatimque liberius reſpirare et quaſi reuiuiſcere videbatur. Cum autem prima operatione non omnis aqua educta fuerit, poſt ſeptem dies triſtia iterum accedebant ſymptomata. Noſter itaque die decimo quarto maii, conſueta empyematis operatione adminiſtrata, quinque menſuras aquae, et in fine materiam purulentam educebat. Poſt haec tempora aeger conſtans ſenſit leuamen, et ſecretiones conſuetae ex voto ſucceſſerunt, et, licet maxima virium proſtratio eundem emaciatum et languidum redderet, nutriente tamen victu, in primis cura lactis, ſenſim reſtitutus fuit. Vulnus, quod iam iam anguſtius reddebatur, Cl. Auctor cannula argentea immiſſa apertum ſeruabat, et ita non tantum coalitum impediebat, ſed et materiae purulentae liberum exitum et iniectionibus detergentibus et vulnerariis introitum conciliabat. Tertio die menſis auguſti cannula, aegro nunc moleſta, remouebatur, plana turunda, ex emplaſtro complicato facta, vulnus apertum ſeruabatur, et ſeroſa primum, poſt ea purulenta materia educebatur, donec

nec die vigeſimo quinto decembris conſolidatio vulneris plenaria ſuccederet, ita, ut aeger ſub anni ſequentis initium negotiis ſuis praeeſſe poſſet. Subnectuntur quaedam meditationes circa auxilium hoc in hydrope pectoris frequentius adhibendum. Cum aquae, ſi pulmo ab earundem compreſſione apte et ſucceſſiue liberari debet, non una vice educendae ſint, puncturam cum acu triquetra una vel altera vice adhibendam eſſe monet Noſter, ante quam ipſa empyematis operatio inſtituatur.

37) *Commentarius, hiſtoriam inoculationis variolarum Geneuae a menſe octobri 1750 ad menſem nouembris 1752 adminiſtratae, exponens.* Auctore Cl. GVIOT. Inoculatio variolarum inter Europae populos, potiſſimum in Anglia recepta, Geneuae quoque, epidemice graſſantibus variolis, tentata fuit. Cum enim non nulli Viri dignitatibus conſpicui, in filiabus ſuis hanc operationem praeſtare iuſſerint, et ea quoque in noſodochiis ex auctoritate magiſtratus introducta fuerit, ſucceſſu proſpero non caruit, uti iam alibi a nobis oſtenſum fuit *. Cum vero Noſter ex triginta tribus aegris, in quibus inoculatio variolarum praeſtita fuerat, viginti et unius ipſe curam ſuſceperit, et duodecim reliquorum hiſtorias cognitas habuerit, pauca ex eius commentario repetere non dubitamus. Methodus prior fuit eleuandi veſicatorio paruo partem cuticulae in utroque brachio et plumaceolos, materia varioloſa imbutos, applicando; cum autem hac methodo ulcera nimis ampla inducerentur, in tribus tantum tentata fuit aegris. Altera, poſt modum ſemper adhibita, in eo conſiſtit, ut inciſioni pollicem longae, ſupra inſertionem muſculi deltoi- p. 552.

dei

* vid. Recenſionem libri Cl. BVTINI Medici Geneuenſis *Traité de la petite verole communiqué par inoculation*, quam exhibuimus in Comment. noſtr. Vol. II. Part. I. p. 58.

dei in utroque brachio inflictae, filum craſſum eiusdem longitudinis, materia varioloſa imbutum, applicetur*. Vernale et autumnale tempus inſectioni variolarum fauet, prius tamen magis, quam alterum. Subiecta, quibus varioloſa materia applicanda eſt, ſana de reliquo et in aetate a quinto ad duodecimum annum conſtituta ſint, in quibusdam tamen ad trigeſimum uſque progreſſis felici cum ſucceſſu tentata fuit. Praeparatio efficitur victu apto, parco, facile digerendo, in adultioribus maior cura adhibeatur, balnea pedum, purgationes aluinae et venae ſectio in quibusdam neceſſaria viſa fuerunt. Materia varioloſa ex ſano de reliquo corpore eligenda eſt, et quidem ex ſubſidentibus iam quodam modo variolis. Cl. RANBY materiam varioloſam decima ad minimum poſt eductionem hora applicare ſuadet, Noſter vero experientia cognouit eandem, per quatuor menſes conſeruatam, felicem effectum praeſtitiſſe. Mutationes poſt ea morboſas, poſt inoculationem obſeruatas, Cl. Auctor recenſet, quae omnis morbi benigni indolem declarant. Haemorrhagia narium, menſtrua citius accedentia, leues motus conuulſiui et deliria minus ferocia, non nunquam quidem, ſed ſine noxa obſeruata fuerunt.

p. 563. 38) *Commentarius ſiſtens rationem, qua noua methodus operationis cataractae perfectior redditur.* Auctore Cl. LA FAYE. Cum apparatus inſtrumentorum, quo Cl. DAVIEL in operatione hac perficienda utitur, nimis compoſitus ſit, eamque difficilem reddat, et forfex, qua cornea ſeparatur, non nunquam dilacerationem efficiat, de apparatu magis apto cogitauit Noſter. Breuiſſimis itaque recenſet methodos varias, in incidenda cornea a chirurgis adhibitas, cultellum deſcribit, quo ipſe in cornea incidenda et quoad

* Aliam methodum indicauimus in Comment. noſtr. Vol. II. Par. II. p. 339

quoad inferiorem partem ſeparanda utitur, et monet, eundem cum Cl. PALLVCCI inſtrumento vix confundi poſſe, poſt ea aliud inſtrumentum, quod cyſtotomum appellat, et cum quo corneam iam ſeparatam eleuat, et, ſi neceſſe eſt, capſulam lentis incidit, pharyngotomo, in vagina ſua contento, prorſus ſimile, deſcribit et Tab. XXII. fig. 1. delineatum exhibet. Cultellum priorem aegroto, ad operationem diſpoſito, iuxta angulum oculi externum ita in bulbum adigit, ut cuſpide corneam ad lineae ſemis diſtantiam a ſclerotica incidat, et ita per mediam cameram anteriorem uſque ad oppoſitum latus progrediatur, cultellum ad eandem a ſclerotica diſtantiam per corneam iterum exprimendo, quo facto omnem inferiorem partem corneae depreſſo inſtrumento diſcindit, ſic inciſione breui peracta, lenti, facile exeunti, viam aperit: quod ſi vero membrana lentis cryſtallinae reſiſtat, tunc cyſtotomo eandem incidit, quo lens opaca exeat. Deſcribitur poſt ea ſucceſſus huius operationis in variis aegris, cuius ſummam in ſequenti tractatione exhibebimus. Cornea vero ſeparata, palpebra ſuperiore demiſſa, facile deprimitur, et vulnus promte coaleſcit, ita, ut cornea tertio die, humore aqueo ſatis diſtenta, aparuerit, cicatrice externe vix cognoſcenda. Num conſueta cataractam deponendi methodus, an haec plus doloris efficiat, aegrorum, qui operationem paſſi ſunt, teſtimonio non ſatis definiri potuit. Hiſtoricam tractationem de inciſione corneae, a variis tentata, ſubiungit Cl. Auctor, et ea praecipue, quae Cl. MERY de hoc argumento iam olim propoſuerat*, repetit, indeque concludit, eundem primum veram nouae huius operationis ideam exhibuiſſe, Cl. DAVIEL tamen non minus laudat, quippe qui primus hanc operationem felici cum ſucceſſu exercuit.

39) *Suc-*

* Vid. Acad. Roy. des ſc. ad annum 1707. Edit. 4. Hiſt. p. 24. Mem. 500. Edit. 8vo. Hiſt. p. 27. Mem. p. 654.

p. 578. 39) *Succeſſum operationum, cataractae per extractionem lentis cryſtallinae, per Cl.* POYET, *praeſentibus academiae ſociis, quibus examen demandatum fuit, adminiſtratarum, recenſent.* Viri Cll. MORAND et VERDIER. Praeter inſtrumentum Cl. POYET, ſuperius Tab. XX. adumbratum, proponitur aliud, a Cl. SHARP Anglo inuentum et Tab. XXII. fig. 2. delineatum. Ex concluſo tamen academiae in nouendecim aegrotis, cataracta affectis, operationes variae ſuſceptae fuerunt. Et Cl. MORAND quidem ſex, methodo conſueta, per depreſſionem lentis, Cl. LA FAYE ibidem ſex, methodo paulo ante indicata, et Cl. POYET ſeptem, propria methodo, tractauerunt. Praecipua obſeruata hic ſummatim proponuntur, et oſtenditur, ex illis ſex aegris, in quibus Cl. MORAND cataractam acu depreſſerat tres curatos, tres autem reaſcenſum lentis expertos fuiſſe. Cl. LA FAYE in duobus optimo, in duobus mediocri, in duobus tandem nullo cum ſucceſſu operationem ſuam inſtituit. Ex ſeptem aegris Cl. POYET duo viſu excellenti gaudent, duo minus excellenti, unus lucem a tenebris diſtinguere valet, duo autem occoecati ſunt. Cataracta ſecundaria membranoſa, quam Cl. HOIN deſcripſit *, in uno ex iis aegris, in quibus acu depreſſa fuerat cataracta, viſa et obſeruatione confirmata fuit, ſed in hoc ipſo quoque amauroſis apparuit.

p. 585. 40) *Obſeruatio de concretione calculoſa matricis*, ex literis manuſcriptis Cl. PECQVETI, inuentoris ductus thoracici, excerpta, in fine additur, ipſa autem concretio Tab. XXII. fig. 3 et 4. adumbratur.

p. 587. Subiungitur catalogus, ordine alphabetico concinnatus, Auctorum, quorum commentarii et obſeruationes in hoc ſecundo volumine continentur, et index rerum, in eodem pertractatarum.

II. De

* vid. p. 608 ſeq.

II.

De la fonte des Mines des fonderies, des grillages des fourneaux de fonte, d'affinage, de raffinage des fabriques de vitriol de potaſſe etc. Traduit de l'allemand de CHRISTOPHE ANDRE SCHLVTTER. Tome ſecond avec 55 planches repreſentant les differens fourneaux decrits dans ce traité, auquel on a ajouté quelques notes. Publié par M. HELLOT de l'academie royale des ſciences, et de la ſocieté royale de Londres. à Paris. chez I. T. Heriſſant et I. N. Piſſot 1753. 4. 3 alph. 14 pl. tab. aen. 55.

Hoc eſt:

De fuſione minerarum officinis et furnis fuſioni, uſtulationi, cupulationi, purificationi metallorum aptis, nec non de praeparatione vitrioli et cinerum clauellatorum. Tractatus ex germanico CHRISTOPHORI ANDREAE SCHLVTTERI verſus et a Cl. HELLOT editus etc.

Metallurgicum ſtudium, in Gallia ſegnius tractatum, ciuibus ſuis magis commendaturus Cl. HELLOT, SCHLVTTERI opera, in gallicam linguam translata, et ope interpetris perluſtrata, edidit. Primum tomum, qui alteram partem SCHLVTTERI (*vollſtendiges Probierbuch*) artem ſcilicet docimaſticam exponit, anno huius ſeculi quinquageſimo vidimus;* nunc alter quoque tomus prodiit, qui primam partem operi SCHLVTTERI (*grüindlicher Unterricht von Hüttenwerken*) tractatum ſcilicet de officinis

* vid. Comment. noſtr. Vol. I. Part. II. p. 213.

cinis et furnis varioque apparatu, ad artis metallurgicae operationes accommodato, nec non diuersas methodos mineras tractandi, coquendi et perficiendi, proponit.

Minerae, ex terrae gremio erutae et variis metallicis partibus scatentes, ad fusionem adaptandae sunt, hinc successiuis operationibus mutantur. Vstulatio ex his prima est, qua sulphur et arsenicum, mineris adhaerentia, moderato ignis gradu expelluntur, ne fusionem impediant. Altera fusio est minerarum crudarum scilicet non ustulatarum; in quibusdam enim, quaedam sulphuris pars coniuncta fusionem iuuat, et cum aliis additis regulum producit crudum, uti lapidem cupri, *Rohstein*, concentratum scilicet metallum, sulphure tamen scatens, conspicimus, ustulatione tandem ad fusionem praeparandum. Minera argenti, plumbo iuncta, non obtinetur pura, nisi hoc in scorias siue lithargyrium mutetur, et argentum purum, vel auro interdum scatens subsistat, quae mutatio cupulatione obtinetur. Cuprum post iteratas ustulationes nigrum tamen manet, eius igitur elaboratio peculiari apparatu perficitur, quo purum redditur, *Gahrkupfer*. In cupro autem nigro saepius argenti moleculae deprehenduntur, quae eliquatione, *Seigerung*, inde eruuntur; addito enim eo ignis gradu, qui plumbum, cum argento coniunctum, fundit, cuprum omnino purum relinquitur. Omnem igitur apparatum, ad has aliasque operationes necessarium et methodum conuenientem, in variis officinis fusoriis adhibitam, in hoc opere descriptam deprehendimus, uti nostris, qui metallurgiae studiosi opus hoc perlustrarunt, satis notum est. Nos vero, qui operis ipsius rationem breuissimis indicauimus, ad singula capita excurrere non possumus, sed tantum pauca, quae hanc editionem concernunt, monemus.

Cl.

Cl. HELLOT verſionem eo animo edidit, quo neglectae in Gallia mineralogiae ſuccurreret, et oſtenderet, quo modo in Saxonia aliisque Germaniae prouinciis minerae argenti, non adeo diuites, in uſus ſuos conuertantur, quod, cum in variis Galliae prouinciis et plumbi et cupri minerae, argenteis particulis inſtructae, inueniantur, eodem modo fieri poſſet. Verſionis autem laborem ſuſcepit Cl. KOENIG, qui rem metallurgicam in Britannia inferiore dirigit, et in arte ſua exercitatiſſimus eſt, mentemque Auctoris ubique aſſequi potuit. Licet vero in gallica lingua parum exercitatus fuerit, puritatem tamen dictionis gallicae Cl. HELLOT perficere tentauit, et minus utiles et taedioſas quasdam repetitiones expunxit. Vti vero praecedentis tomi editio non germanica verſio dici poterat, cum multa aliter expreſſa, et non nulla addita eſſent, ſic in hoc altero tomo ordinem capitum et rerum accurate obſeruatum conſpicimus, tabulae etiam aeri inciſae rite imitatae ſunt, et parum ſplendoris illis decedit, quod ex maiori forma in paulo minorem redactae ſint. Quamuis autem vocabula artis in rebus metallurgicis, ex germanica potiſſimum lingua petita, non ſemper in gallicam linguam transferri potuerint, inde tamen rerum cognitio non adeo obſcura reddita, ſed analogis ſaepius vocabulis propoſita fuit. Id enim a gallico Auctore vix expectare potuimus, ut ubique, quod tamen interdum factum fuit, vocabula artis in Germania recepta aliis literis expreſſa adderet. Errores etiam pauci et forte non magni momenti inde irrepſerunt; ſic p. 36. *Aufgange von den Abzüchten* vertuntur *ſoupirail*, p. 37. vero *Abzug* dicitur *canaux pour faire ſortir l' humidité du terrain*, et eodem loco *ſoupirail* dicitur *ein Luftloch wegen des Feuerbrennens* in explicatione tamen Tab. XIV. fig. ε. no. 2 *und* 5. haec vocabula rite declarantur, ita ut error facile corrigi poſſit.

Notae, in fine paginarum additae, paucae sunt, et vocabula potissimum quaedam minus cognita illus-
p. 554 strant. Cap. CXVIII. ubi de cupro puro reddendo agitur, methodus quaedam, ab italo metallurgo adhibita, accurate describitur, quae tamen, licet in SCHLVTTERI opere non adeo ample descripta sit,
p. 571. ab illa, passim in Germania recepta vix differt. Cap. CXIX. Cl. HELLOT monet, cuprum in Suecia et Hungaria, postquam purum redditum fuit, iterum fundi et mallei ictibus perfici, quam methodum Gallis suadet, quo cuprum, in patria excoctum, inde
p. 584. perfectius reddatur. Quoniam etiam in tractatu SCHLVTTERI de mineris stanni earumque fusione nihil exponitur, pauca quaedam ex obseruationibus Cll. virorum SAVR et BLVMENSTEIN, in Saxonia collectis, adduntur, his vero rationes praeparationis stanni non satis declarantur, et simili modo alia, quae fusionem ferri et mineralium arsenicalium illustrant, ex scriptoribus nostris ad perficiendum hoc opus subiici potuissent.

Ex his autem Galli in metallurgia non nihil exercitati perspicient, quanta cura in elaboranda et perficienda metallorum coctione in Germania et non nullis aliis Europae prouinciis adhibeatur.

III.

Die Sattelfliege, beſchrieben von IAC. CHRISTIAN SCAEFFER, *Evangel. Prediger in Regenſpurg, Mitgl. der Königl. Deutſchen Geſellſchaft in Göttingen. Mit ihrer Abbildung, Regenſpurg, bey E. A. Weis, 1753. 4. 3 Bogen.*

Hoc eſt:

Muſca ſcuto thoracico rubro ſingulari inſtructa. Auctore IAC. CHRISTIANO SCHAEFFER.

Cuius iam varia occaſione mentionem fecimus Cl. Auctoris, induſtria in diſquirendis inſectis aſſidua, nouam etiam, nondumque ſatis deſcriptae muſcae explanationem praeterire noluimus, quod inſectorum hiſtoria aliqua ex parte illius cognitione locupletetur. Licet autem varia adhuc deſiderentur, ad perfectiorem eius cognitionem maxime neceſſaria momenta, confidimus tamen, hac ratione alios ad ſtudioſius ea perquirenda excitari poſſe, ut ea propter de praecipuis nunc hic breuibus referre animus ſit. Fortuna ſcilicet ſic fauente in aere volitantem inuenit hanc muſcam Cl. Auctor, quae peculiari ſcuti thoracici colore primo mox intuitu nouitate rei eundem percelluit, atque inter cognitas alibi muſcas hanc non referendam eſſe demonſtrauit. Longitudo eiusdem, ap. 4. capite ad alarum finem ducta, ſeptem et tres quartas partes linearum pariſinarum aequat, abſque alis vero ſex tantum lineas complet, ita quidem, ut caput tres quartas lineae partes, ſcutum thoracis duas, venter poſterior tres et unam quartam partem, alae quinque lineas, efficiant. Latitudo porro capitis, unius et dimidiae lineae eſt, ſcuti thoracis unius et trium quartarum, cum quo alae ſibi impoſitae conueniunt, quarum ſingula ſeorſim conſiderata duarum linearum eſt, venter lineam unam, in anguſtiſſimo loco, in latiſſi-

mo tres parum ſuperat. Antennae porro lineam unam et tres quartas eius partes, eminentiae mediae ſpinoſae ſcuti thoracici duas circiter, poſteriores unam et tres quartas partes lineae complent. Globuli alis ſubiecti unius fere lineae ſunt, pedes autem anteriores quatuor, medii quinque, poſteriores fere ſeptem. Ex his itaque differentia ab aliis aliquantum iam innoteſcit, ſingularia tamen momenta ex unius cuiuscumque partis diſquiſitione ſpecialiori innoteſcunt, quae et accurate deſcripſit Noſter et additis, ad naturam factis, iconibus viuisque coloribus illuſtratis, dilucidat.

p. 6. Caput nimirum, ac ſolet in aliis muſcis longe minus eſt longitudine minori latitudine, oculi duo maiores, priſmatici, reticulati, nigri, vitta longitudinali a ſe inuicem ſeparati, quae nigra glabraque, ſed non ubique aeque lata eſt. Poſterior vittae pars, quae a thorace proprior eſt, in tuberculum aliquod ouale eminet, tribus rotundis minoribusque eminentiis inſtructum, quae oculos minores ſiſtunt, anterior vero locus antennas ſuſtinet, cum aliis aeque non conuenientes, quas ea propter Cl. Auctor rapiformes nominari poſſe autumat, ſiquidem baſi craſſiori incipiunt et ſenſim in tenuiorem partem progrediendo terminantur. Poſſunt praeter ea in tres partes diſtingui, quarum prima conum inuerſum exprimit, capiti adcreſcit, piloſaque eſt, ſecunda rotundior, breuior, pariter piloſa, tertia longiſſima, rapae formam habet et in ſeptem iterum annulos diuiditur leuiter impreſſos. Os linguam (*Saugrüſſel*) continet, cuius ad latera duo faſciculi piloſi poſiti conſpiciuntur. Caput mediante longiori collo thoraci iungitur, cuius ſcutum conuexum, pilis coccineis, vel rutilanti flammae aemulis, excepta fimbria nigra piloſa, marginem circumquaque conſtituente, inſtruitur. Fimbria ſexangularem ſcuti figuram reddit, lineae tamen in angulos confluentes, in primis mediae denuo diuiſae ſunt, inter medium etiam atque poſteriorem angulum cuneiformes emi-

nentiae,

nentiae, ſpinoſae a Cl. Auctore dictae, obſeruantur; ad poſteriorem vero eius locum duae aliae fuſiformes, copioſiſſimis oblitae pilis, ſpinularum inſtar, eminentiae retrorſum diriguntur, quarum omnium conditiones praecipue ſubtiliter explicatas et adnotatas eſſe deprehendimus. Sub eminentiis, a nobis dictis, anterioribus alae adcreſcunt, ventre longiores, exteriori latere rectae, interiori obliquius decurrentes, ſuperficies ſuperior veſicularis apparuit; venoſae ſunt, tribus ſcilicet ramoſis venis interdiſtinctae, ortus earum, ut in aliis confucuit, ſquamam adhaerentem nullam oſtendit, quieſcens muſca cruciatas easdem reponit. Inferior ſcuti ſuperficies conuexa etiam, nigra et paucis pilis donata eſt, globuli ad alas longi magnique, nec ſphaerici, ſed concaui ſunt, quos Cl. Auctor, ut alibi uberius eſt docturus, immediatum ad volatum inſtituendum adminiculum eſſe coniicit. Pedes, hic procedentes longi ſunt et nigri varios articulos et unguiculos acutos recuruos habent. Venter in octo diuiditur partes, anterius anguſtus ſenſim lateſcens obtuſo fine deſinit, nigerrimus praeter ea eſt leuiterque piloſus. Conſideratio igitur nunc adductarum conditionum demonſtrat, vix ad claſſes, a Cl. REAVMVRIO ſtabilitas, eam referri poſſe, niſi, quam ſcuto armato, *a cuirassier armé*, appellat. Interim origo eius metamorphoſisque latent, a figura tamen plane ſingulari ſcuti, ephippii formam quadantenus exprimente, denominationem Noſter germanicam deſumſit et *Sattelfliege* vocauit, ſimulque locum quendam, in germanica SWAMMERDAMII Bibliorum Naturae editione male interpretatum, emendat,

IV.

Dissertatio inauguralis, exhibens observationes quasdam, circa negotium generationis in ouibus factas. Auctore IO. CHRISTOPH. KVHLEMANN, Gottingae, 1753. 4. pl. 2. tab. aen. 2. *

Quo plures in arduo generationis animalium negotio indagatoribus obstare solent difficultates, eo maioribus ii digni censentur laudibus, qui hoc in primis observationum genus non modo in se suscipiunt, sed fortiter etiam superant. Inter eos nominandus praecipue est Cl. KVHLEMANN, nostris eo dignior encomiis, quo plus fere prae omnibus ante ipsum hos subiere labores, in re adeo difficili praestiterit. Tantum ergo absit a nobis, ut eius summa cum cura factas potissimum circa lutea ouariorum corpora observationes taciti praetereamus, ut potius primariis ex iis in praesens indicatis momentis, operam Cl. Auctoris lectoribus nostris omnino commendemus.

p. 2. Sub initium Cl. KVHLEMANN, praefaminis loco, adfert veterum aeque ac recentiorum medicorum de animalium conceptione sententias. Commixtionem nimirum seminis utriusque sexus statuere cum HIPPOCRATE veteres omnes; ARISTOTELES vero feminis denegans semen, menstruorum ope, ex ma-

p. 4. sculo semine conceptum fieri contendit. Quem sequuti omnes sunt, donec immortalis HARVEVS utero soli, contagione genitalis maris ita dispositi, conceptum deberi ex observatis demonstraret. Recentio-

* Recusa haec fuit sub titulo: IO. CHRISTOPH. KVHLEMANNI, Borusso Westphali, observationes circa negotium generationis in ouibus factae. Editio secunda. Lipsiae, apud Io. Christ. Langenheim, 1754. 4. c. fig.

tiorum hac de re ſententiae duplices videntur; altera GRAAFII, auram maſculi feminis ſufficere adfirmans conceptui; altera LEEUWENHOEKII, vermiculos viri p. 6.
lis ſpermatis ouula ſubire ſtatuens. Suas vero confirmare adniſi ſunt viri magni ſententias, obſeruationibus in animalibus inſtitutis. Quid illi inuenerint, fuſius non enarrans Cl. Auctor, ad proprias potius ſe conuertit obſeruationes. Ordo earundem ſequens eſt. Primum enarrat ea, quae in ouibus virginibus p. 7.
occurrunt; dein quae in ouibus, oeſtrum venereum ſine foecundo coitu paſſis, obſeruantur; tertio, quae poſt foecundum congreſſum accidunt, tandem, quae circa ovi ſeu foetus formationem adnotata ſunt. Commodioris tractationis cauſa praemittitur adhuc genitalium in oue feminа deſcriptio. Ex qua notamus internas easdem eſſe, ac mulierum, externas vero aliter multoque imperfectius formatas; vaginae ſtructura quoque fere conuenit cum muliebri; uteri autem collum cartilagineae ſubſtantiae eſt et quinque praeditum receſſibus, mucum ſecernentibus; orificium uteri internum aeque occluſum cartilagine, ut ſemini aditum vix permittat. Vterus mollior duos formit faceos, cornua dictos ideo, quod in progreſſu anguſtiores facti recuruantur et in tubas abeunt. Membrana duplex, intercedente albidiori pulpoſa, cotyledonum L ad LXX. continens, uterum conſtitit. Tubarum fere eadem ratio eſt, ac in mulierum tubis, praeter fimbrias, quae non ita inciſae ſunt, cuculli formam mentientes potius. Ligamentorum ope adnexa ſunt ad uteri utrumque latus bina corpora glanduloſa, ouaria dicta, veſiculisque ſcatent pellucidis, lympha coagulabili plenis, ouula GRAAFIO vocatis.

Ad ipſas iam progrediendum eſt obſeruationes. p. 9.
Primum diſſecuit Cl. KVHLEMANN ouiculas virgines adhuc, tres, diuerſae aetatis, inuenitque ouaria tenera, albidiora, veſiculisque externe aeque ac interne

consita pellucidissimis, nullis autem inquinata maculis vel tuberculis; in utero muscum albidum, uteri collum arcte clausum, rugas vaginae exiguas, in altera tamen oue elegantiores. Vt autem ea, quae in adultis occurrunt, melius patescerent, atque, ut in primis corporis lutei aliorumue tuberculorum absentia in his cognosceretur, illud causa fuit, cur virgines etiam fecuerit oues. Praeter alia, vesiculas, licet minores, plures tamen in externa internaque ouariorum superficie deprehendi in tenellis, colligit ex observatis suis sollertissimus KYHLMANN.

p. 12. Altera observationum series sequentia offert in tribus ouibus, diuersae aetatis, quae oestro quidem percitae venereo, cum castratis tamen celebrauerunt coitum arietibus, diuersis post hunc horis iugulatis, ouaria oculis exhibuerunt pauca ouula Graafiana, pellucida, parum flaua, ex quibus unum vel duo reliquis multo erant maiora; porro corpora quaedam duriora, glandulosa, praecedentium annorum, cum maculis fuscis, exiguis. Tubae ouariis ita adplicatae erant, ut cuculli ea tegerent, neque tamen semper erectae. Vteri eadem conditio, ac ante coitum, praeterquam quod collum valde clausum, vagina uero amplior, modo sine, modo cum minoribus rugis, pellucidisque plaedita quibusdam corpusculis esset,

p. 15. quae putat fuisse hydatides. Ex his colligit Cl. Auctor, ouula absque congressu foecundo, in hoc animantum genere, non facile rumpi; hinc neque generari luteum corpus absente maris semine, vehementem semen hoc contribuere multum ad rupturam ouuli. An haec fieri prorsus non possit absque foecundo coitu, dubium? Ex cicatricibus, in virginum ouariis visis, absque partu umquam edito, id tantum sequitur, ouum mox post conceptionem elapsum fuisse ex utero. Coloris sublutei discrimen interdum non obseruatur in ouariis, illudque ex maiori sanguinis, per prouectiorem aetatem huc ruentis, copia vasorumque

runque inde fortiori distentione enascitur. Plura de his adhuc inferius.

En! ea, quae accidunt coitum passis prolificum. p. 17.
Tribus post illum initum horae quadrantibus, in ouario, tubarum fimbriis tecto, ouulum unum tumidum, vesicae instar, liquore spisso plenum, cum macula in medio fuit, seminis spumescentis multum in vagina, in uteri collo et utero nihil. Hora una et p. 18.
dimidia post coitum orta est ex ouulo Graafiano bulla pellucida, liquido limpidiori plena, rupturaeque proxima, quae sine ruptura tamen eximi potuit. Seminis in utero nulla vestigia. Alia ouis, quam intra quinque minuta temporis plures, quam octo, mares compresserant, una hora et dimidia post iugulata, obtulit in ouario sinistro ob ruptum iam ouulum cauitatem quamdam, quae stillabat liquorem, in margine haerentem cum striis sanguineis, nec non aliud ouulum tumidius reliquis, seminis in utero nullam, in vagina magnam copiam. Ex hoc vero exemplo colligit Cl. Auctor, plures coitus non impedire conceptum. Duabus post coitum horis eadem ob- p. 19.
seruata sunt in alia oue, ac in priori, flocculis vero insuper filorum instar in cauitatis fundo conspectis. Quinque horis post congressum ouuli rupti membrana iam crassior euasit; flocculis in cauo exiguis visis, muci cruentati aliquid adhaesit in cauo, reliquum in ouarii superficie et circa tubae fimbrias. Viginti dua- p. 20.
bus horis post coitum ouuli rupti membrana crassior, quam in priori; flocculi in cauo maiores; mucus in margine cum striis sanguineis; in utero et tubis neque semen fuit, neque aliud quid. Quadraginta octo horis post coitum in ouario sinistro papilla ex coccineo violacei coloris, mollis, instar carnis luxuriantis in ulceribus, intus caua ex parte, ad parietes acinosa, ex flocculis illis nata; in cauitate parum liquidi flauescentis. En! recens natum corpus luteum! sed ouum verum nullibi inuentum est. Tertio p. 22.

a con-

a congreſſu die viſa eſt papilla, priori fere ſimilis, ſed rotundior, parumque durior, cuius cauitas carne iam expleta fuit, craſſique facti parietes. Ouulum verum nec in ouario, nec in tubis, nec in uteri cornibus repertum fuit. Sexto die papilla apparuit mollis, tenui tecta tegmine, carne repleta duriori, in foueola media ductulo tantum ſuperſtite. In diſciſſa papilla non niſi maſſa carnea, multis concreta papillulis potuit conſpici. In apertis caute tubis uterique cornubus ouulum verum nondum reperire licuit vel ipſi
p. 23. Ill. HALLERO. Diebus a coitu octauo, decimo, duodecimo, papillam vidit Cl. Auctor rubicundam, expletam prorſus carne, ſine ullo relicto caui veſtigio; nec non puncta quaedam fuſca in ouario; in utero maiorem, quam ordinarie, muci albidi copi-
p. 24. am; ouum autem verum nullibi. Die decimo quarto poſt coitum in duabus ouibus, papilla rubra cum exigua cauernula, ex qua filum tenerum in foueola externa ſe ſe finiit; in uteri cauo mucus idem; ouum verum nullibi; in ouis alterius tuba dextra quidem globulus non pellucidus, margaritae ſimilis, muco
p. 26. ſcatens albido, adhuc tamen ſuſpectus. Die decimo quinto et ſexto poſt coitum, in quatuor ouibus, papilla rubicunda, pallidior, cum petiolo quaſi penſilis; in tubis et utero mucus tenax, albidus; ouum verum nullibi. Die decimo ſeptimo cerni potuit in altera oue, in ſiniſtra tuba uterique cornu ſiniſtro tenuis tela, pellucida, folliculum inanem formans, complicata, in muco albido natans, ſed in mucum diffluens ſub manibus; in ouario ſiniſtro papilla mollis pallidior: in altera oue tela illa non ita diſtincte viſa eſt, ſed muco ſimilis materies, albuminis oui inſtar, in filum trahi quae potuit; in ouario papilla rubra, foueola praedita.
p. 28. Ex his obſeruatis conſectaria iam addit Cl. Auctor. Primum igitur ante, quam lutei corporis geneſin exponat, ad ruptionis ouuli cauſam attendit. Quum

vero

vero ſemen maris in uterum nec penetraſſe, nec penetrare potuiſſe, ex obſeruatis aeque ac ex partium ſtructura pateat, idem cauſa erit ruptionis dubia. Etſi forte ad uterum veniret ſemen, per tubas tamen via ipſi inacceſſa. Obſtat tubarum ſtructura, ſeminis viſciditas, leges hydraulicae. Verum tubas ſi tranſ- p. 30.
ſcenderet ſemen vel vermiculus, quo modo penetrat in ouulum? Propriam aperturam, valuula donatam, finxit ingenium, oculus non vidit. Seminis via per venas reſorbentes prorſus non probabilis eſt. Ne- P 31.
que venereum aeſtum ruptionis cauſam eſſe ſupra intelleximus ex iis, quae accidere congreſſum cum caſtratis celebrantibus. His igitur remotis, ſuam Cl. p. 32.
Auctor adfert firmisque probat rationibus hypotheſin. Nimirum aura ſeminis vel halitus aptior ipſi viſa eſt cauſa ruptionis, obſeruatisque ſuis congruens. Halitum hunc volatilem docet odor, eius vero indoles nondum patet. Modum, quo ille mutet ouulum, quod tranſiit, coagulatione aut praecipitatione fieri probabile eſt. Liquidum enim ouuli admixto alcohole coagulatum fuit, nataruntque fila in coagulo tenuiſſima. Coagulatum hoc continet futuri fetus p. 33.
rudimenta, atque haec in eodem ante foecundationem praeexiſtunt, ut vero ab halitu ſeminis animetur et in formam ducatur, neceſſe eſt. Foecundatio igitur vera conſiſtit in hac coagulatione liquidi, motuque eius a ſpermatis aura excitato; Hunc autem in modum ex Cl. Auctoris ſententia perficitur foecundatio: Nimirum mas, a femina admiſſus, in eam adſi- p. 34.
lit, ſemenque calidum in vaginam iniicit; tunc ſeminis halitus, calore magis exaltatus, per uteri oſtium et uterum in tubam patentem melius penetrans ad ouulum, eiusque poros ſubit loco, quo tubae oſculum ſe adplicat. Vt halitus non exeat foras, vim quamdam attractilem vel eo tendendi niſum ſtattui poſſe coniicit Cl. Auctor. In liquido hoc ita coagulato ſunt et rudimenta fetus, ſenſim ad ſe inuicem

p. 35. concreſcentia, et ſuccus, quo fetus alitur. His obſtat hypotheſis BVFONII in luteo corpore, ante coitum nato, obſeruantis liquidum ſcatens animalculis, quod tubis reſorptum, in uterum continue fluat, et cum maſculo ſe miſceat ſemine. Verum ab Ill. HALLERO iam refutatus ille eſt, ita, ut plura addere opus non ſit. Illud tantum notari debet, corpus luteum ante coitum non generari, tubas neque ſemper ouario adplicatas, neque ſpongioſas et ad reſorbendum liquidum aptas eſſe, tandem liquidum poſt ouuli rupturam effluere, idque, quod remanet, ſanioſam eſſe materiem, conceptui vix aptam.

p. 36. Iam ipſius lutei corporis conſideratio accuratior ſequitur. Quod eius hiſtoriam attinet, notamus a veteribus, ad teſtes feminarum ſeu ouaria minus attentis, neque lutei corporis factam fuiſſe cognitionem, ipſumque HARVEVM inter obſeruationes ſuas id vel non conſpexiſſe, vel ad idem minus attendiſſe.

p. 37. Tandem lutei corporis inuentor fuit ſollertiſſimus GRAAFIVS, teſtes feminarum, tam hominum, quam brutorum, in primis cuniculorum diſſecans.

p. 38. Neque pauca debemus hac in re diligentiſſimo MALPIGHIO, qui vero plura profecto praeſtitiſſet, ſi ei certis notisque a coitu horis in viuiparis data fuiſſet

p. 39. obſeruandi occaſio. Locum quoque hic vindicant ſibi curioſiſſimi VERHEYENII obſeruationes; Cl. VALISNERIVM vero luteorum corporum auctorem claſſicum iure quodam dixeris, ob ſummam, in inquirendo generationis opere adhibitam, induſtriam.

p. 40. Sua denique circa generationis hiſtoriam merita Ill. HALLERO deneganda non ſunt, vel ſi tantum, hanc in rem ut eruditi inquirerent curatius, auctor exſtitiſſet atque ſuaſor. Haec ad hiſtoriam corporis lutei.

p. 41. Ad eius iam originem, progreſſum atque decrementum, deinde ad ſtructuram, tandem ad uſum attendendum eſt. Plerique vel ante, vel mox poſt coitum ouulum Graafianum intumeſcere, expanſum

rumpi,

rumpi, effuſoque ouo naſci papillam ſtatuunt. Cl. KVHLEMANN vero obſeruauit illud generari, quando iam ruptum eſt ouulum, ut ſupra dicta fuſius docent, quae hic repeti non poſſunt. Porro ſtructuram quod attinet, primo intuitu carnoſae illud eſſe viſum fuit, indolem tamen glanduloſam ipſi poſt accuratius examen tribuit Cl. Auctor cum aliis celeberrimis viris, ideo potiſſimum, quod idem color, idem, ac glandularum aliarum, incrementum atque decrementum, eadem vaſorum vel acinorum, congeries, eademque ipſi ſit textura cum ouario, glanduloſo corpore. Tandem ad uſum eius ſi attendas, in luteo corpore ouum verum oriri, nutriri, tandemque excludi et tubis committi, uno fere ore omnes ſtatuunt. Modeſtia Cl. Auctoris refellere hypotheſin hanc non audet, quam tamen deſtruunt ipſius accuratiores obſeruationes. Conſtat enim ex ſupra adductis, ante diem a coitu decimum ſeptimum, veri oui nequicquam repertum fuiſſe in ouulo rupto, vel in luteo corpore ipſo, vel in tubis, vel in utero. Vſus igitur corporis lutei nullus eſſe poteſt. Eſt etenim id non niſi cicatrix, ut in aliis vulneribus, ex carne ſupercreſcente, quae compeſci non potuit remediis adplicatis, nata. Miſſa lutei corporis conſideratione, noua de ouo vero naſcitur quaeſtio. Cl. KVHLEMANNI obſeruationes, Harueianis analogae, decimo nono demum poſt coitum die illud animaduerterunt, atque tunc modo telam, inſtar araneae telae, non formatum ouum. Forte in muliebri utero ante duo de triginta dies nihil oui veri reperiri, per analogiam liceat colligere. Oui igitur formatio alio prorſus modo perficitur. Graafiani ouuli liquidum nimirum ab halitu ſeminis inſpiſſari, atque in motum excitari, ut inde rumpatur ouulum, ex iis, quae ſupra de conceptionis modo dicta ſunt, iam patet. Hoc coagulum recipiunt tubae, ducuntque motus periſtaltici ope, ſub forma globuli, in uterum; ibidem eiusdem

p. 43.

p. 44.

p. 45.

p. 46.

p. 47.

praeci-

praecipua pars ſiue embryo in liquido ſuo natat; reliqua tenacior in telas expanditur, formatque vel-
p. 48. menta fetus. Cui perficiendo operi, et liquidi inſpiſſati indoles, et mucus uteri et calor multum inſeruire videntur. Interdum tamen coagulo huic vel in ouario, vel in tubis denegatur tranſitus, unde fetus tubarii vel ouarii. Exempla in ouibus non vidit Cl. KVHLEMANN. Haec igitur fatetur pauca fuiſſe ex obſeruatis corollaria, plura tamen adhuc ſupereſſe, quae perpendenda relinquit aliorum iudicio, atque ad ea, quae circa oui ſiue fetus formationem accidunt, ultimo loco conſideranda ſe ſe conuertit.

p. 49. Die nempe decimo nono telae, decimo ſeptimo die viſae, iam mutatae in filum cauum fuerunt, cuius extrema per tubas ad ouarium extendebantur. Ouum in medio hoc canale ſitum, ubi exemtum eſt, ſub manibus diffluxit, ut vix rubicundum punctum diſtingui poſſet. Superfuſo alcohole, adparuit inſtar puppis, vel nauiculae forte melius, membranis cinctum; funiculo umbilicali praeditum. Capitis partes per lentem vix conſpici, in media parte vero punctum ſaliens ſeu cor cum alio ſiue hepate detegi
p. 50. potuerunt, de reliquis partibus nihil. Die viceſimo ſecundo in uteri cornu dextro viſae ſunt oui exteriores partes paullo duriores, embryonis vero caput magnum, informe, ſubſtantia gelatinoſa, funiculus umbilicalis ex inferiori parte exiens, cauda amiſſa.
p. 51. Viceſimo quarto die conſpici potuit iam melior forma capitis; oſſa diaphana, oculi inſtar puncti albidi cum circulo coeruleo; os apertum, muco obſitum; cor rubrum, eius auriculae paruae; hepar magnum, corde tamen infirmius; extremitates progerminabant, et ſpina dorſi apparebat veluti tria ſtrata candida; de re-
p. 52. liquis nihil dignoſci poterat partibus. In alio embryone, quatuor horas adultiori, quam prior, omnia fere eadem, magis tamen exarata, in primis extremitates, viſa ſunt, quin ipſae arteriae carotides. Die

viceſimo

ceſimo ſexto multum mutatus apparuit embryo; capitis partes formatae, nec non extremitates perfectiores, biſulcae, cum coſtarum ſtaminibus, et pleura, et peritonaeo, apparuere. Spinae dorſi ſtratum medium candidum, duo reliqua punctata fuerunt; pulmo membranae dentatae inſtar, ventriculus cum reliquis partibus exiguus. Fetus tres dies adultior p. 53.
exhibuit ſe perfectiorem, ita, ut futurae cranii et carotides et diaphragma diſtingui potuerint, nondum autem ſexus et vrachus. Cordis auriculae et mucro erat pulcre ruber, reliqua pars pallidior. Triginta diebus poſt coitum partes omnes perfectiores, diſtinctiores euaſere et firmiores, ut ſexus etiam dignoſci poſſet cum reliquis peluis partibus. Allantois, duos et viginti pollices longa, in parte, qua cum utero per acetabula cohaeſerat, cotyledonem uteri ſecum abripuit ſquamae inſtar, in qua vaſa ſanguifera diſrupta
ponuerunt conſpici. Alius fetus tres dies adultior p. 54.
inuentus fuit idem, ac prior, paululum tamen perfectior. Quadrageſimo die partes embryonis erant firmiores, meliuſque exaratae, in primis pedes articulati, biſulci, coſtaeque maiores; hepar minus erat, cerebri maſſa mollis, reliquae omnes diſtinctiores; allantois viginti quinque pollices longa, continebat liquidi drachmas nouem. Quadraginta duobus a coitu p. 55.
diebus, omnia apparuerunt perfectiora, nihil noui; allantois quinque pollices breuior priore, drachmas ſeptem liquidi continebat. Quadrageſimo et octauo poſt coitum die in ouario ſiniſtro corpus luteum nouum inuentum fuit, nullibi vero, neque in tubis, nec in utero ouum. En! ſingulare ſine fetu fecundationis exemplum! Vtrum aetas ouis prouectior, an morbus tum epidemicus, cauſa ſit, non liquet. Tandem quinquageſimo circiter ſexto die viſus fuit fe- p. 56.
tus multo perfectior, capitis externa forma melior, aures longiores, palpebrae formari coeptae, cerebrique ſubſtantia firmior, pedes penitus formati, ungulis

praediti erant; reliqua omnia perfecta, in primis vrachus perſpicue dignoſci potuit inter vaſa umbilicalia. Operi ſuo tandem colophonem imponit Auctor, de eo ſentiens tanta cum modeſtia, ut ipſe fateatur, incompletam eſſe fetus hiſtoriam, maiorique egere indagine, alio tempore plenius pertractaturus eamdem in his animalibus materiem; quod ut quam abſoluere arduum omnino opus, vires integras ipſi adprecamur.

V.

Raccolta d' opuſcoli ſcientifici e filologici in Venezia preſſo Simone Occhi. 12mo. Tom. XLV. 1751. 21 pl. Tom. XLVI. e.a. 22 pl. Tom. XLVII. 1752. 22 pl. Tom. XLVIII. 1753. 23 pl. Tom. XLIX. e.a. 23 pl.

Hoc eſt:

Collectio opuſculorum, ſcientias et philologiam illuſtrantium Tom. XLV. ſeqq.

Diu dubitauimus, num et huic collectioni in commentariis noſtris locum concedere debeamus; cum enim plurima ex opuſculis propoſitis doctrinas, ad rem hiſtoricam et antiquariam praecipue pertinentes, ideoque a fine noſtro alienas, explicent, pauca, quae paſſim occurrunt, medico phyſici argumenti ſcripta negligi forte poſſe arbitrati ſumus; cum autem et in his non nulla notatu digna inueniantur; plura prioribus voluminibus inſerta legantur; et parua praecipue ſchediaſmata, ab Italis euulgata, apud nos vix obtineri queant: ſummam eorundem proponere, operae pretium nobis viſum fuit, ita tamen, ut, cum in non nullis exterorum diariis, in quibus praecipua pars ad noſtrum inſtitutum pertinet, titulos opuſculorum et exercitationum, ad nos non ſpectantium, indicare

indicare ſoleamus, in hoc quidem opere periodico et hos negligamus, cum minima certe pars cum diſciplinis medico phyſicis aliquo vinculo iungatur.

Collectionem autem hanc anno huius ſeculi vigeſimo octauo edere incepit Cl. ANGELVS CALOGRA ſiue CALOGIERA, monachus camaldulenſis, eo fine, ut diſſertationes et alia ſchediaſmata, theologiam, doctrinam moralem, hiſtoriam ſacram et profanam, matheſin, phyſicam et artem poeticam concernentia, ab Italis auctoribus conſcripta, nunc coniuncta ederet, et omni trimeſtri tomum ex viginti circiter plagulis, in forma, ut dicunt, duodecima impreſſis, conſtantem, in publicum emitteret. Ex numero tomorum, in titulo indicatorum, apparet, quolibet anno ut plurimum duos tantum tomos editos fuiſſe. Diſſertationes autem plurimae, his ipſis temporibus a variis Italiae eruditis elaboratae, et pauciores, a veteribus propoſitae, variae etiam ineditae, et ex manuſcriptis Auctorum impreſſae, exhibentur, non nullae tamen, ſeparatim quondam editae, vel ob argumenti praeſtantiam, vel quod ad exteros non peruenerunt, huic collectioni nunc inſertae fuerunt.

Incipiamus itaque ab iis, qui anno huius ſeculi quinquageſimo primo edita fuerunt, voluminibus, in tomis enim XLII. XLIII et XLIV. qui anno 1750 prodierunt, a quo tempore edita ſcripta noſtri commentarii indicant, parum vel nihil a nobis adducendum inuenimus.

Tomo XLV. II. legitur *reſponſio ad dubia quae-* p. 327.
dam Ill. SCIPIONI MAFFEI *mota, de Rhinocerote nſt. Venetiis viſo.* Praecipuae affectiones huius animalis recenſentur, pedum diuiſio et dentium conditio ut noua deſcribitur, ab aliis tamen iam notata; rhinocerotis nomen in verſione vulgata ſacrae ſcripturae, variis in locis aſſumtum, hoc ipſum animal non

indigitare oſtenditur; Romae tamen idem olim viſum et in nummis expreſſum fuiſſe declaratur.

p. 375. 14. *Epiſtola* anonymi cuiusdam *de bufone* exhibetur. Vidit nimirum ille auiculam, poſt inſignem agitationem alarum mortuam cadentem, et bufonem paulo poſt conſpexit, qui auiculam veneno ſuo interfecerat, ſpumaque viſcida obduxerat. Fugiens ad aſpectum hominum bufo, paulo poſt reuertens, auiculam deglutiuit. In hoc phaenomeno explicando verſatur Noſter et ſuſpicatur, bufones ore aperto, lingua rubra apparente, auiculas decipere, quae lumbricos quaerendo in linguam hanc rubellam impingunt, et ore bufonis retinentur; licet vero motibus agitatae fugiant, tamen veneno tactae in terram cadunt, et a bufonibus deuorantur, id, quod exemplo ſerpentis caudiſonae, lepores deuorantis, declarat. Oculis ſuis bufones auiculas e longinquo occidere, fabula eſt, quam Noſter multis ex rationibus refellit. Ad inflationem ventris, in bufonibus obſeruatam, ita te declarandam, Cl. Auctor pulmones accuratius examinauit, quos quidem non adeo amplos inuenit, et iis tamen foramina non nulla, in veſiculas quasdam membranoſas cinereas hiantia, cognouit, quae veſiculae, cum in infimum ventrem producantur, aereque turgeant, inflationis cauſa inueniuntur. Has cum aliis veſiculis, in animalibus natantibus viſis, comparat: ſed, quod deſcenſum et aſcenſum in aquis his facilitari conſpicimus, bufones vero ex animalium natantium genere non ſunt, ratio veſicularum et inflationis dubia nobis videtur.

p. 165. Tom. XVI. 2. Obſeruatio IOSEPHI CORTIGLIANI *de Apuliae androgyno* additur. *Maria Iosepha Carlucci* foemina habita, ſenſim externis vulvae labiis increſcentibus et priapo apparente, dubium ſexum oſtendit, annos nata viginti quatuor. Priapus flacci-

flaccidus, duos pollices longus, unum craſſus erat, imperuia glande, ad baſin uſque denudata. Teſtibus inſtructum ſcrotum utrinque pendebat, vuluam a radice priapi incipiente in duas partes diuiſam mentiens, clitoris, nymphae et os vaginae prorſus deficiebant, in vulua tamen meatus urinae conſpiciebatur iuſto anguſtior. Vox grauis, nulla menſtrua, plura in corpore viuo non fuerunt detecta. Cl. Auctor aſſerit omnes ſcriptorum obſeruationes non niſi fucatam hermaphroditorum ſpeciem exhibere, *nam*, pergit ille, *vel maſculo ſexu integro, foemineisque imperfectis et, ut ita dicam, delineatis partibus, vel contra, vel neutro ſexu completo fuere. Primi duo imperfectos hermaphroditorum caſus, tertii peculiare quoddam monſtri genus conſtituunt.*

4) *Continuatio meditationis ſuper hiſtoria morbi noui hydrocephali.* Auctore Cl. EVSEBIO SGVARIO. p. 73. Hiſtoria huius hydrocephali in his collectionibus tradita fuit,* ubi et viuum infantem eiusque caput, poſt ea idem diſſectum deſcripſit Noſter, omniaque variis additis meditationibus illuſtrauit. Haec vero, quoniam preſentes meditationes non preſſius concernunt, non repetimus. Cl. Auctor vero poſt ea ſimilem hydrocephalum deſcriptum inuenit ** et ulteriores ſuas meditationes nunc ſubnectit:

Articulo I. *Examen principiorum, ad formandum calculum de viribus cerebri neceſſariorum ſiſtit.* Ex chirurgicis cognitum aſſumit, cerebrum, cranio laeſo, licet integumentis ſuis tectum ſit, ſe eleuare; dura matre vero laeſa, carnem fungoſam propullulare: inde concludit cerebrum in continuo niſu dilatationis verſari, ſupponit igitur molem cerebri inſigniter extenſuram fore caluam adulti, ſi medicamentis applicatis

* Tom. XL. no. 5. p. 237.

** In actis eruditorum Lipſienſibus anno 1686 menſe ſeptembri. no. 29.

omnia ossa mollia et minus resistentia reddi possent. In infantibus quidem, quorum ossa nondum indurata sunt, nec suturis cohaerent, motum hunc extensiuum locum habere concedit, non tantas tamen extensionis vires esse, quam in adultis monet. Hanc igitur cerebri vim occasione hydrocephali examinare suscipit Noster, et eandem in adultis ponderi quadraginta sex librarum aequiparari posse ostendit; porro vero declarat, hunc motum non cerebro ipsi, sed sanguini, vi cordis impulso, adscribi debere.

p. 91. *Articulo* II. *Systema* BAGLIVII *ratione motus oscillatorii durae matris sub examen reuocatur*; cum enim ex praecedentibus pateat, sanguinis impulsum motum cerebri praestare, motum oscillatorium durae matri adscribi non posse, asserit Cl. Auctor. Post explicatam igitur BAGLIVII sententiam ostendit, duram matrem, si continuo motu gauderet, post laesiones graues coalescere non posse, id, quod in corde et pulmonibus experientia comprobat, in dura matre vero non ita deprehenditur. Nec irritationes durae matris, per puncturam vel applicationem liquorum acrium praestitae, aliquid euincere videntur; cum in omnibus violenta quaedam et conuulsiua mutatio eueniat, cum naturali motu non confundenda. BAGLIVIO ad fibrarum, in dura matre occurrentium, ordines et directiones prouocanti, opponit Noster, eas non motui, sed firmandis sinubus huius membranae inseruire. Adhaesionem durae matris ad cranium tantam esse, quae liberum motum impediat, calua nimirum superficiem internam magis impressos habere arteriarum tractus quam externam; et fontanellam, in infantibus pulsantem, non durae matris, sed arteriarum, in ea distributarum, pulsationes indicare ostendit Cl. Auctor.

p. 116. *Articulo* III. *in exiguam cerebri, insignem vero durae matris sensibilitatem inquiritur* et ostenditur, ipsam durae matris irritabilitatem a medullaribus fibris sustineri.

ſuſtineri. Sed cuncta hic expoſita allegare ſuperfluum ducimus, cum recentiorum de irritabilitate experimenta Cl. Auctori ignota fuerint.

Articulo IV. *de animae ſede, per obſeruationes detecta, diſſeritur.* Fluidum nerueum aerem eſſe ſubtilem, mediante nutrimento per ultimam hanc ſecretionem in fibrillas medullares introductum, primo aſſumitur, poſt ea motus muſculares ex mente BORELLI explicantur, animamque non ſedem fixam in parte quadam habere, ſed per totum corpus diſperſam eſſe, aſſumitur. p. 126.

7) *Hiſtoria abſceſſus, qui in lobo dextro cerebelli deprehenſus fuit.* Auctore IOH. BIANCHI, Medico Riminenſi. Puer nobilis nunquam morbo affectus fuerat, praeter effluxum ichoroſae materiae ex auribus, qui tamen, cum et parentes in prima aetate eo affecti fuerant, facilem curationem promittebat. Ille tamen ad annum uſque nonum durabat, ubi vernali tempore et externis et internis remediis, caute adhibitis, ſiſtebatur, ſurditate tamen in aure dextra non nihil remanente. Menſe nouembri ſubito et ſine externa cauſa ſtupore et tremore corripiebatur aeger, paulo poſt febre irregulari, tertianae ſimili, attamen inflammatoria commouebatur, et medici de fluxione aurium, olim praeſente nunc impedita, ut cauſa, cogitabant, varia vero remedia, in hunc finem exhibita, incaſſum applicabant; tremor et conuulſiones ſaepius ſe oſtendebant variaque ſymptomata et ſuperuenientia mala, hic non fuſius recenſenda, medicos dubios reddebant. Die decimo tertio poſt noctem inquietam paralyſis dextri lateris accedebat, tandem ſub finem diei decimi quarti ſine euidenti mortis accedentis ſigno, conuulſus peribat aeger. Anatomica diſquiſitio praeter alia, hic non annotanda, abſceſſum detegebat, in lobo dextro cerebelli collocatum, p. 169.

tum, oui gallinacei magnitudine, materia purulenta cineritia et foetidiſſima repletum.

p. 191. Ex hac morbii hiſtoria Cl. Auctor varia corollaria deducit. Septem priora naturam morbi et mina aptam, a non nullis medicis ſuſceptam, curationem concernunt. In octauo oſtenditur, laeſiones magnas cerebelli in parte dextra non producere paralyſin vel hemiplegiam partis ſiniſtrae, uti in cerebri laeſionibus oppoſitum latus affici obſeruatur; hoc enim in caſu latus dextrum affectum fuiſſe declaratur. Corollario nono ulterius concluditur, neruos cerebelli non, uti WILLISIVS aliique aſſerunt, motibus vitalibus et naturalibus inſeruire, cum aeger noſter per quatuordecim dies has actiones exercuerit. Quam vero obſeruationem ideo imperfectam pronunciamus, quoniam lobus ſiniſter integer deprehenſus fuit. Corollario decimo et undecimo quaedam obſeruationes anatomicae proponuntur: v. c. cerebelli inciſuram poſteriorem non lineam curuam, ſed angulum acutum deſcribere; ramos medullares transuerſim diſſecti cerebelli undecim occurrere, non pauciores, qui ab aliis pinguntur; inciſuras transuerſales cerebelli non parallelas, ſed irregulares lineas repraeſentare, quae cuncta icone addita declarantur.

p. 245. 9) *Obſeruationes medico anatomicae* D. BONAVERTVRA PEROTTI. Prima ex his de calculo renum curioſam quandam morbi hiſtoriam tradit. Vir quadraginta quinque annorum, in noſodochium deductus, de nullo alio incommodo conquerebatur, quam quod, ob dolorem in latere dextro, a ſcapulis ad femora ſe extendentem, huic lateri incumbere non poſſet; pulſus, urina, et excretio aluina hucuſque nihil praeternaturalis offerebant, poſt aliquot dies gingiuae tumidae ſanguinem plorabant, ſed haemorrhagia vix extimeſcenda erat. Septimo die febris continuae ſigna obſeruabantur, nono vero, cum his auctis,

ductis, urina vere sanguinea reddebatur, et suspicio de calculo renum confirmabatur, cum aegrotus iam olim arenulas cum urina excreuisset et vomiturition-ibus diuexatus fuisset. Sed et insignis sanguinis copia cum faecibus aluinis excernebatur, quae quidem excretiones per aluum et vias urinarias continuabantur, donec aeger maxime debilitatus, die decimo quinto morbi fato cederet.

Dissectione cadaueris susceptа non nisi in rene dextro causa morbi et mortis detegebatur. Hic enim iusto minor, in lobos quasi diuisus, superiora versus dilaceratus, et pallidi coloris inueniebatur, durus praeter ea, et scirrhis scatens, in pelui renis maior et inaequalis calculus, tuberi terrae similis, nec non tres minores alii, ciceris figuram exprimentes, occurrebant, qui omnes versus vasa emulgentia tendebant, et a sanguine inde producto cincti erant, vasa vero per renem disseminata vix apparebant. Et ureter sanguine repletus in media sui parte calculum continebat, specillo resistentem, quem Noster in sede sua reliquit, et ulterius, vesicam urinariam disquirendo, in ea parietes sanguine tinctos et gruinum cruoris, ponderis quatuor circiter unciarum, inuenit. Ex his tamen Cl. Auctor rationem copiae sanguinis, per aluum redditae, nondum dare poterat, ideoque nec in liene, nec in hepate, nec in tenuibus intestinis aliquid detegens, crassa incidit, et caeco vix aperto, sanguinem collectum et ad colon productum, nec non calculum, in uretere antea relictum et conicum, intestinum hoc caecum perforantem, conspexit, et ita phaenomena, in aegro obseruata, declarauit. Figura calculorum in icone addita exprimitur.

Obseruatio secunda causam morbi occultam, sectione cadaueris detectam, exhibet. Vir quinquagenarius, inflammatione pectoris correptus, morbum quidem superauit, remanente tamen languore corporis, grauitate pectoris et difficultate spirandi. Haec p. 265.

aegro ita moleſta erant, ut erectus ſtare vix poſſet, ſed corpus in latus ſiniſtrum curuando ſolatium quaereret, praeter ea quoque febris lenta continua et niſis ſicca aegrum maxime excruciabant. Venae ſectio adminiſtrata breue auxilium afferebat, recrudeſcebat tamen malum, et cum laeſionis in pectore euidentia ſigna non apparerent, de viſcerum infimi ventris obſtructione cogitabant medentes, in primis, cum per aluum materia bilioſa teneſmum ſaepe excitans, excerneretur. Cum autem apta remedia, in hunc uſum exhibita, fruſtranea eſſent, ſedes morbi denuo in pectore quaeſitus, et venae ſectione adhibita morbi impetus quodam modo imminutus fuit. Nihilo tamen minus excretio bilioſae materiae per aluum intendebatur, et altero die poſt venae ſectionem ultimam macula eryſipelacea, a muſculis pectoralibus ad hypochondria et tandem ad lumbos uſque extenſa, colore rubro cum intermiſto flauo conſpicua, eodem modo, ut ſanguis, venae ſectione eductus, cacochymiae bilioſae ſigna exhibebant. Materia vero, per anum excreta, paulo poſt attentius diſquiſita, purulenta et bile tantum tincta apparebat, quod quidem una cum aliis ſignis, in auxilium ductis, ſedem morbi in hepate indicare videbatur, ſed ante, quam de aptis remediis cogitare poterant medentes, aeger ex improuiſo moriebatur.

p. 275. Dubiae, quae hactenus fuerant, de cauſa morbi ſententiae non melius, quam ſectione cadaueris dilucidari poterant; hinc aperto abdomine omentum inflammatum, et hydatidibus, liquore luteo repletis, refertum conſpiciebatur, et inteſtina ſimili modo affecta et maculis rubicundis notata, inueniebantur, nec meſenterium ab illa labe liberum erat. Non ſatis mirari poterat diſſector ſubtiliſſimas vaſorum ramificationes, in his partibus, inflammatione detentis, conſpicuas, nullo tamen inflammationis ſigno in viuente adhuc aegro apparente. Hepar ſtudioſe diſquiſitum

nullum

nullum, praeter leuem obſtructionem, vitium oſtendebat, bilis vero cyſtica dilutior erat. Lienis ſubſtantia et confinia vaſa breuia nihil morboſi monſtrabant, aperto autem canali inteſtinorum, purulenta materia, ſupra deſcripta, ubique reperiebatur, quae in ventriculo ipſo copioſe et ad viginti circiter uncias haerebat, et per pylorum ad inteſtina deferebatur. Neque tamen in ventriculo fons mali quaerendus erat: ad thoracis itaque diſquiſitionem progrediebatur diſſector. Hic utrinque humore luteolo, illi ſimili, qui per canalem inteſtinorum tranſierat, repletus inueniebatur. Pleura, a parte ſiniſtra deſtructa, a dextra una cum mediaſtino et diaphragmate inflammata, liquor pericardii abundans, ſed cor illaeſum, reperiebantur. Dexter pulmonum lobus pure et tuberculis ſcatebat, ſiniſter vero ita deſtructus erat, ut vix quarta eius pars ſupereſſet, et membranae ſuperſtites duas inſignes vomicas in eo formatas fuiſſe declarabant. Viam ex pectore in ventriculum accurate non detexit Noſter, nulla vero alia, quam per oeſophagi tunicas deſtructas, poſſibilis videtur.

Tom. XLVII. 4. Diſſertatio D. CASPARIS DEODATI ZAMPONI *de origine vermium, qui in corpore humano inueniuntur.* Variae Auctorum ſententiae circa originem vermium, vel ex putredine vel ex ouo proponuntur, et in primis VALISNIERI ſententia, qua vermes, inteſtina inhabitantes, oua ſua deponere et ita multiplicari aſſeritur, ulterius explicatur, tandem obſeruatio Cl. Auctoris additur, qua vermes inteſtinales viuipara animalia eſſe declaratur. In lumbrico enim, ex aegroto excreto, miros quosdam motus obſeruauit Noſter, et ſub motibus his vehementiſſimis ex extremitate aquam ſpiſſam et ſpurcam ſecedere vidit. Qua re viſa mox quidem de opinione Cl. MOREALI cogitauit,* qui vermes ideo corpori

p. 83.

* vid. Comment. noſtr. Vol. I. Part. II. p. 237.

corpori humano infensos esse, acutissimosque morbos excitare asserit, quoniam vermes aegri, diarrhoea correpti, spurcam quandam materiam excernunt, quae, corpori communicata, dirissimorum morborum causa sit. Quoniam vero aquam hanc inodoram inuenit, attentius eam considerauit, et vermiculos viuos, exiguos, motu agitatos in ea conspexit, quos parturiens lumbricus emiserat. In modum itaque geneseos ulterius inquirit, eumque reliquis viuiparis prorsus similem assumit.

p. 213. 7. *Rarioris hydropis uteri historia* a D. NICOLAO ANTONIO CATANEO describitur. Matrona viginti octo annorum, habitus corporis tenuis, ex matre hysterica nata, plurium iam filiorum mater, anno huius seculi quadragesimo octauo, cum quarto mense grauida esset, tempore hyemali profluuio lymphae clarissimae per uteri vaginam corripiebatur, ita, ut quotidie duas circiter libras emitteret; tertia die febris accessit, qua effluxus quidem quodam modo imminutus, non tamen penitus suppressus fuit. Febris, tertianae similis, insigniter aucta grauissimisque symptomatibus, v. c. conuulsionibus stipata erat, cum tamen venae sectio, ac iterata quidem, et ad eam compescendam, et ad abortum praecauendum, institueretur, et praeter alia remedia, pro varia indicatione tentata, cortex peruuianus usu continuato adhiberetur, die trigesimo primo morbi cohibita fuit. Profluuium autem lymphae usque ad finem grauiditatis durauit, ita, ut quotidie ad minimum libra semis excerneretur. Dimidio octaui mensis vix exacto, cum ira excandesceret aegra, partus dolores accelerauit, filium tamen viuum et sanum edidit, et paulo post ex voto sanata fuit. In animaduersionibus pathologico therapeuticis, quae huic historiae morbi subiunguntur, effectus aquarum Nucerianarum, minus prospere nec per urinam, nec per aluum secedentium, accu-

accusantur, aegra tamen aestate praecedente et ante quam grauida facta esset, his usa fuerat. Aliae porro meditationes de venae sectionis et corticis peruuiani usu in febribus addunturi. Alios similes casus subnectit Noster, in quorum uno ostenditur, os uteri, tactu disquisitum, clausum fuisse repertum, lymphamque ex vasis vaginae ruptis prosiliisse, oedema autem pedum, grauidis adeo solenne, in hac femina non deprehensum fuisse. Adduntur tandem variae morborum historiae, quas eo ipso tempore obseruauit Cl. Auctor, quae vero cum enarrata hydropis specie nihil commune habent. Describit nempe hydropis pectoris curationem, quam talem fuisse ex tumore manuum cum BAGLIVIO concludit Noster, et quam squillae usu feliciter persanauit, qua occasione monet, squillam caute propinandam esse, cum illa valde subtile, acerrimum et quasi causticum elementum, neruoso generi aduersum, contineat, quam nociuam indolem et nitro et pulueri radicis vincetoxici corrigere tentat. Mercurii viui depurati usum in variolis confluentibus, febre petechiali stipatis, expertus quoque fuit Cl. Auctor, ita, ut ii, quibus ante septimum morbi diem aliquot doses huius medicamenti ad methodum Cl. MORALI exhibitae fuerint, bene se habuerint, quibus vero post septimum diem exhibitus fuit mercurius, et aegrius euaserint et plures doses assumere coacti fuerint. In aliis febribus malignis et petechialibus cum internis inflammationibus et abscessibus, sporadice grassantibus, similem effectum non vidit. p. 232.

p. 234.

10. *De natiua maris salsedine dissertatio.* Auctore Com. LVDOVICO BARBERII. In hac dissertatione primo ostenditur, maris salsedinem nec cum fluminibus inferri, nec a salinis mineris, in alueo maris dispositis, exsolui; hinc vero congenitam eandem aquae marinae esse concluditur. Salia nimirum per omnia p. 293.

globi

globi terraqui corpora dispersa sunt, ita, ut nulla adeo terrae massa reperiatur, quae salibus omnino careat et caput damnatum audiat. Vti igitur mare profundum sal potissimum continet, quod in terra non adeo deprehenditur, sic aquae et potissimum marinae innatam salis cubici copiam adscribit Noster, quae ex aliis causis non oriunda, neque ad sensum augetur neque minuitur. Licet vero sal marinis aquis pluribus modis subtrahi posse videatur, tamen, ut ex una parte perpendimus, aliquas salis molecvlas eidem denuo reddi, ex altera quoque concedendum est, quantitatem aquae, in universum assumtae, paullatim decrescere, dum aquosae partes in varia corpora transeunt et ibi in solidam substantiam mutantur. Assertum igitur Cl. Auctoris eo redit: aquae elementum sale suo ab opifice naturae esse donatum; dulces autem aquas omnes, praegressa naturali quadam destillatione aut filtratione tales reddi. Salsedinem maris necessariam fuisse ex causis finalibus concludit Noster. Pisces marini non nisi in aqua salina viuere possunt, non nulli enim, qui in flumina dulcia transmigrant, non diu in iis subsistunt, sed iterum in aquas salsas regrediuntur. Porro ostenditur, salsedinem maris putredini resistere, quae in tanta aquarum collectione facile oriretur, et per motum solum suae agitationem undarum impediri haud posset; aqua enim marina, in qua tot vegetabilia et animalia crescunt et viuunt iterumque pereunt, minime adeo pura est, ut ob hanc solam qualitatem putredini resistat. Tandem a salinis quoque particulis auctum aquarum pondus oriri declaratur, quo quidem mare ad molem maiores ferendas apta redditur.

p. 319. Dum vero porro in causas inquiritur, cur sal, ut corpus aqua grauius, in aqua sustineri possit, nec fundum petat, examinatis Cl. GVILIELMINI, hac de re propositis, sententiis iisque reiectis, Cl. Auctor ad attractionis quandam vim prouocat, per quam alii quoque

quoque physici solutionis phaenomena explicare solent. Bituminosa siue oleosa substantia, quae aquae marinae inest, eique non raro supernatat, Cl. Auctori non connata, sed ex sale per solis actionem enata videtur, quae vero res, ut illa de sapore nauseoso aquae marinae, nondum satis declarata deprehenditur.

11. Subiungitur epistolae D. IOSEPHI VIANELLI ad Auctorem dissertationis praecedentis data, in qua ostenditur, pisces aquae marinae plurimos in aqua dulci diu viuere non posse, et simul declaratur, insecta lucentia, quae ex Cl. Auctoris sententia aquam marinam agitatam lucidam reddunt, in aqua dulci non diu viuere, sed post validas agitationes, quibus et lucem, in aqua dulci detenta, referunt, perire, algam vero, cui adhaeserant, post ea in aquam marinam immissam, mortuis insectis, non amplius lucem praestitisse. p. 333.

12. *Obseruationes* D. BONAVENTURAE PEROTTI. Obseruatio tertia * de insigni capitis dolore eiusque causa differit. Foemina temperamenti pituitosi per aliquot annos dolore capitis insigni afficiebatur, cuius causa inde forte repetenda erat, quoniam anno vigesimo quinto aetatis post partum filii menstrua cessauerant. Venae sectio, mox in principio administrata, frustranea erat, durabat enim dolor per aliquot annos, variis remediis incassum adhibitis, dolor vero in principio vagus, tandem in sinistra parte sincipitis figebatur. Sectio venae iugularis, pediluuia et balnea, aliaque medicamenta ad tempus tantum malum leuabant, quod aere frigidiusculo admisso reuertebatur et adeo increscebat, ut tandem febris continua accederet, et bulbus oculi sinistri sub vehementissimis doloribus sensim sensimque protruderetur; p. 339.

* praecedentes vide p. 644.

tur; his ita succedentibus vigesimo die lethargo affecta aegra placide tandem animam exspirauit.

Sectione cadaueris instituta, in thorace et abdomine, praeter leuem pulmonum inflammationem eneruata quasi viscera, nihil attentione dignum inueniebatur; capite aperto dura mater, ad ossa vix adhaerens, et pia mater, a cerebri substantia facile separanda, ipsa corticalis substantia autem in sinistro potissimum latere destructa quasi, medullaris autem illaesa, deprehendebantur. Cum vero in his acquiescere non posset dissector, in dextro hemisphaerio, quod externe satis sanum apparebat, corpus durum nucis magnitudine, ex corticali substantia ad medullam penetrans, conspiciebatur, cuius tamen situs, indoles et magnitudo, non accurate satis describuntur: patet tamen ex dictis, quantum status praeternaturalis dextri hemisphaerii sinistrum afficere possit; licet in sinistro latere corporis nulla incommoda deprehensa fuerint.

p. 354. Obseruatio quarta, quae hic exponitur, decursum morbi hydropici et sectionem cadaueris tradit. Vir, qui per quinquaginta quatuor annos satis valida gauisus erat sanitate, corpore carnoso, facie florida, facile iracundus, cibos nutrientes et potum spirituosum copiosius assumens, tandem morbo, per duos reliquos vitae annos durante, corripiebatur. Oedema pedum et leue asthma prodromi erant morbi, quem non facilem adeo, sed lethalem pronunciabant medici, cum pulsus et tempore et impetu inaequalis deprehenderetur; aegrotus autem vires adhuc constantes sentiens, diaetae regulas ita negligebat, ut non obstante continuo haemorrhoidum fluxu, quo affici assuetus erat, difficultas spirandi auctior, urina vero parcior obseruarentur. Reiterata quidem venae sectio, apta diuretica et leniora purgantia malum ita leuabant, ut hieme et vere insequente satis tranquille viueret aeger, oedema tamen nunquam disparuit, licet

licet euacuatione ſpontanea ſerum copioſum efflueret. Subſequente aeſtate febre vehementiſſima corripiebatur aeger, venae ſectio tamen larga et potus ſubacidus tantam efficaciam habebant, ut non tantum tertio morbi die ſudor copioſus febrim ſolueret, ſed oedema etiam reliquaque vitae incommoda prorſus diſparerent. Cum vero paulo poſt diaetae regulas negligeret aeger, ineunte autumno incommoda, ſupra nominata, reuertebantur, quibus faſtidium ciborum et ſuppreſſio haemorrhoidum accedebant. Hinc palpitationes cordis, augmentum tumoris in ventre, virium proſtratio, pulſus apparens venarum iugularium aliaque peſſima ſymptomata excitabantur. Aeger vero ſpem ſanationis non deiiciens, illam purgante fortiori, quod ex adſtantibus non nulli ſuaſerant, obtineri poſſe credidit. Hoc vero per aliquot dies aſſumto, morbus inſigniter augebatur, et fluctuantes aquae ſatis declarabant, ex anaſarca aſcitem ortum fuiſſe. Sub vehementiſſimis igitur anxietatibus aeger tandem obiit.

In diſſectione corporis, attente adminiſtrata, Cl. Auctor vitium aliquod organicum v. c. aneuryſma vel polypum ſe inuenturum credidit, ſed diſquiſitio tantum pericardium, arcte cum corde coalitum, oſtendit, aqua flaua copioſa praeter ea in contextu cellulo-ſo ſubcutaneo, abdomine et thorace exiſtente. Facile tamen apparet, hoc in caſu morbum hydropicum curatu difficillimum, diaeta neglecta in primis vini abuſu, grauiorem redditum fuiſſe.

Tom. XLVIII. 8. *Diſſertatiuncula de maculis, in lapide obſeruatis, imaginem exprimentibus, cuius delineatio additur.* Auctore Cl. MICHAELE LAZZARI. De admirandis naturae miraculis primo diſſeritur, et oſtenditur, quo modo etiam maculae, intra lapidum lamellatorum ſtrata congeſtae, attentione dignae videantur. Ipſe etiam in chalcedonio expreſ- p. 267.

ſam hominis imaginem, quae ducem quendam Bauariae referre dicitur, conſpexit, qua in re, ſi imaginationi eius non ſubſcribimus, haud paucos forte conſentientes habebimus. Lapis durior erat, coloris rubicundi, punctulis flaueſcentibus interſperſis, polimra etiam perfectior redditus. Iaſpidem dicebant non nulli, quibus et Noſter litem non mouet, ſed varia alia ſpecimina lapidum, variarum rerum imaginibus ornatarum, recenſet.

p. 159. Tom. XLIX. 4. *Hiſtoria foſſilium Piſaurienſium aliorumque, in locis vicinis repertorum* Auctore Cl. IOHANNE BAPTISTA PASSERI. Diſſertatio prima, ſiſtens *hiſtoriam praecipuorum foſſilium, quae in agro Piſaurienſi inueniuntur.* Ligna foſſilia primum conſiderat, eaque in variis locis effoſſa deſcribit Cl. Auctor. Rupturas transuerſas, in truncis lignorum foſſilium deprehenſas, non tantum terrae motibus, ſed ſucco etiam peregrino adſcribit, qui fibras abbreuiare et fiſſuras transuerſas efficere valet, Cl. STELLVTI aſſertum, quod terrae quaedam in ſtrata, truncis arborum ſimilia, diſponantur, quod et nos interdum concedimus, prorſus negat; prouocat enim ad differentias lignorum, accurate in foſſilibus quoque obſeruatorum. Oleae lignum foſſile venas contortas, et pondus et denſitatem prorſus ſingularem oſtendit, cypreſſi truncus, cortice tectus, ad ramum ſeparatum, propullulantem olim, cum planta adhuc vegeta eſſet, gummi copiam, nunc ſuperſtitem, commonſtrauit; quercus lignum et in hoc mutato ſtatu rutilo colore cognoſcitur. Simili ratione et alia argumenta, quibus STELLVTI ſuam ſententiam confirmat, refellere annititur.

p. 178. Hactenus de lignis, quae ignem alunt et odore ſulphureo conſpicua ſunt, egit, progreditur inde ad ligna petrefacta. Quercus fruſtum, cortice denudatum, ſed veſtigia eius adhuc referens, in lapidem du-

riſſima

rissima substantia colorem fuscum ostendit, populi vero frustum cortice adhuc vestitum, album et magis molle fuit. Simili modo sorbi petrefacti disquisitionem accuratam exhibet, et ad aetitae descriptionem progreditur. Hi lapides sub crusta dura nucleum p. 182.
terreo lapideum tegunt, eorundem vero genesis ita a Cl. Auctore describitur. Creta, partibus salinis et metallicis donata, aquis per sabulum deuoluta, crustam acquirit, globosa utplurimum figura circumductam; salia et partes metallicae per corticem quasi transsudant, eumque duriorem reddunt, relinquendo terrestrem partem solam exsiccatam et in nucleum quasi mutatam; quam tamen sententiam, licet eamdem multis modis explicare suscipiat Cl. Auctor, nostram non facimus. Nec aetitas artificiales parandi modus, quem Noster tentauit, ex voto successit. De piscium et foliorum, in strata terrarum dispositione et petrificatione pauca postmodum adduntur et ad carbonis fossilis considerationem progressus fit. Vidit p. 197.
enim Cl. Auctor varias partes huius fossilis, ex fundo maris erutas et ad littora depositas, quae cum arena agitatae rotundam figuram acquisiuerunt; aliae vero superficie interna, in fragmentis apparente, splendent; aliae fibrosae magis sunt, et ex variis obseruationibus apparet, haec strata antiquissima esse. Sententiae tamen eius subscribere non possumus, qui eius modi fragmenta non mineralis originis esse concedit, sed ligna, suo modo sulphureis, resinosis et bituminosis partibus referta, iisdem ortum dedisse, asserit.

Subiungitur tractatio de arena rubra, quam tere- p. 206.
brantem dicit Noster, quae ad poliendos lapides adhibetur et minutissima fragmenta granitis vel porphyritis sistit, cuius venae in vicinia deprehenduntur. Mentio quoque iniicitur lapidum, qui conchas comminutas in sinu suo fouent, densissimi tamen sunt et in superficie laeuigati, quorum origo, cum ab altissi-

mis montibus deuoluantur, ante diluuii tempora fo-
nitur, et materia lapidifica, eos tam denſe conglu-
p. 212. nans, admittitur. Stalactitis intra tubos plumbeos, per quos aquae ducuntur, nati, curioſam ſane formationem deſcribit Noſter; cum circuli concentrici quinquaginta duo, qui varietate colorum ſe diſtinguunt, in tubo tali lapideo, intra plumbeum nato, obſeruati fuerint. Scaturigines enim, ex monte Sancti Bartoli deducti, ſenſim ſenſimque terram, tractu temporis maxime induratam, depoſuerant; haec diuerſa fuit, prout aquae particulas margaceas, boleres et ochraceas varie tinctas ſecum duxerant. Argillae etiam rubrae mentionem iniicit, quae vehementi ignis coctura maſſam poroſam exhibuit, ex qua vitrum deliqueſcere obſeruabatur, quae ideo commode ad praeparationem vitri adhiberi poſſet. Alia vero terra alba, in igne tractata, ſulphuris exſudantis veſtigia praebuit. Variae etiam ſpecies lapidis gypſei recenſentur, quae partim tranſparentes, partim opaci inueniebantur, et poſt uſtionem variae bonitatis gypſum exhibent. Tandem non nulla de lapidibus, caſu figuratis, qui figuram variorum fructuum referunt, exponuntur. Cl. Auctor vero duplicem promittit tractationem, quarum prior de teſtaceis vel aliis marinis corporibus petrefactis, altera de natura marmoris exponet.

p 265. 6. *Epiſtola* D. ANTONII LIZZARI *de rara quadam pulſus tarditate, in morbo complicato.* Vir ſeptuaginta annorum, temperamenti melancholici, hypochondriacis inſultibus valde agitatus, grauiſſima huius morbi ſymptomata, uſque ad annum ſeptuageſimum quartum inſigniter aucta, ſenſerat. Inter alia enim icterum, inſaniam, epilepticos inſultus, cum inſigni virium imbecillitate expertus erat, in omni autem hoc tempore tantam pulſus tarditatem obſeruandam exhibebat, ut intra minutum temporis non

niſi

niſi decem pulſus iique aequales digitum ferirent, id, quod eo magis mirandum erat, cum ſub rigore aliisque febrilibus agitationibus pulſum vix ſentiret acceleratum. Cauſam inſolitorum horum phaenomenorum vel in cerebro vel in pulmonibus vel in corde quaerendam fuiſſe Noſter aſſerit, et in cerebro magis et pulmonibus, quam in corde poſitam eſſe credebat. Cum autem alius quidam medicus ad polypum, in corde natum, prouocaret, Cl. Auctor de varietate polyporum non nulla proponit, et ſententiae quorundam medicorum, qui polypos in agone mortis naſci ſtatuunt, lubenter ſubſcribit, in noſtro itaque caſu ideo polypum praeſentem non concedit.

VI.

Prima raccolta di oſſervazioni mediche del Dottor GIOVANNI TARGIONI TOZZETTI, Medico del Collegio di Firenze Profeſſor publico di bottanica etc. in Firenze 1752. nella Stamperia imperiale. 8vo mai. pl. 11.

Hoc eſt:

Collectio prima obſeruationum medicarum D. IOHANNIS TARGIONI TOZZETTI. etc.

De tumore ouarii ſaccato tantum hiſtoriam, notatu dignam, cum publico communicare ſuſceperat Cl. Auctor, poſt ea vero non ſolum animaduerſiones de morbis ouariorum, ſed alias non nullas obſeruationes curioſas addidit, ex quibus libellus nunc indicatus componitur. Praemittamus praecipua momenta hiſtoriae morbi, accuratiſſime deſcriptae. Femina temperamenti ſanguinei, ſano et valido corporis habitu praedita, uſque ad vigeſimum ſextum aetatis annum, qui huius ſeculi decimus ſeptimus erat, integra ſanitate gauiſa erat; eo autem tempore, tertia p. 1.

vice grauida facta, variis vitae incommodis diuerabatur; filium tamen pariebat robuſtum, et praeter id, quod abdomen tumidum inde reportaret, menſtruis iuſto copioſius fluentibus, debilitabatur. Tumor autem ventris, in primis anno 1737, poſtquam menſtrua ceſſarant, augebatur, a quo tempore etiam efflorescentia quaedam exanthemata, eaque ulcerosa in extremitatibus inferioribus, nec non oedematoſi tumores apparebant, qui tamen ſalutares videbantur. Anno 1746 amarae et viſcidae pituitae vomitus accedebant, quo tempore, cum antea iam cum macie partium ſuperiorum tumor ventris increuerat, hoc incommodum in dies augebatur, pulſus aequalis, magnus, et celer, et frigus extremitatum ſuperiorum ſemper ſimul obſeruabantur. Efflorescentiae eryſipelaceae, quae ab anno 1749 non amplius apparuerant, circa finem ſeptembris 1751. iterum regrediebantur, ſed ſine conſueto leuamine: ab eo enim tempore varia ſymptomata peſſima, v. c. dolores colici, vomitus, deiectiones aluinae, urinae turbidae, foetidiſſimae, lipothymiae etc. accedebant, et circa finem nouembris ſexageſimo aetatis anno, vomitu continuo agitata, aegra occubuit.

p. 11. In ſectione cadaueris, quae hic accurate deſcribitur, varia, quae in ingenti abdominis extenſione obſeruari ſolent, phaenomena occurrebant, muſculi abdominales ſcilicet maxime diſtenti, tendinibus aponeuroticis ſtriis denſioribus auctis, peritonaeum craſſius redditum etc. cauſa vero expanſi adeo abdominis in tumore ſaccato, cum ouario cohaerente, inueniebatur; reſectis enim muſculis abdominis et peritonaeo, omentum vaſis varicoſis inſtructum et ex parte gangraenoſum apparebat, ſaccus ipſe, qui cum ſiniſtro ligamento uteri lato praecipue cohaerebat, praeter leuem cum omento et peritonaeo, in ſiniſtro hypochondrio obſeruatam, adhaeſionem, liber erat, ouarium huius lateris in ſede ſua vix conſpiciebatur,

tuba

tuba autem fallopiana ad totius facci tractum instar funiculi umbilicalis se se extendebat. Sacco inciso, aqua spissa, non foetens, cui non nullae olei particulae innatabant, effluebat, ipsa vero membrana, intestinis crassis non nihil similis, interius in cellulas membranosas extendebatur; in parte superiore, diaphragma respiciente, sarcoma adhaerebat, hydatidibus copiosis refertum, reliqua abdominis viscera, sursum ad diaphragma et retrorsum mole facci depressa, costae autem spuriae et cartilago mucronata extrorsum flexa inueniebantur.

Tumor itaque saccatus, vel in ultima ingrauida- p. 17.
tione vel paulo ante, ex minima vasorum obstructione, resistentiam pariente, oriundus, sensim paulatimque in tantam, quam descripsimus, molem extensus fuerat: dubium vero est, num ex Cl. Auctoris sententia aliqua ouarii particula, vel, ut ipse dicit, glandula, vel an tota membrana, ouarium inuestiens, in hunc saccum extensa fuerit, quae geneseos ratio et hic proponitur et nobis magis arridet, cum sarcoma, supra indicatum, molem ouarii quasi exhibuerit, et de peritonaeo notum sit, illud insignes expansiones cum augmento crassitiei sustinere posse. De his et aliis, quae historiam morbi illustrant, ulterius disseritur, passim utiles obseruationes immiscentur, praecipue vero difficilis morbi cognitio et defectus exoptati auxilii declarantur.

Ad morbos et praecipue tumores ouariorum, ul- p. 43.
terius illustrandos, se conuertit Cl. Auctor, varios scriptores, in quibus similes morborum historiae recensentur, adducit, licet rarius tanta facci extensio, uti in casu supra descripto inueniatur. Nec semper aqua vel liquor spissus, gelatinosus, sed interdum sanguine tinctus, interdum quoque sarcomata et atheromata et pili copiosi in cauis his expansis continentur. Horum omnium morborum causa in fabri- p. 47.
ca ouariorum quaerenda est, quam Noster studiose

deſcripſit. Subſtantia alba interior, ſiue parenchyma, membranaceum et fibroſum opus eſt, prorſus ſubtile, quod tamen vaſcula et nerui copioſi perreptant, haec ſubſtantia non ubique denſa, ſed verſus exteriora laxa et alueolis conſpicua eſt et calices ouorum ouaque ipſa ſuſcipit. Ouula veſiculas, albo liquore ſcatentes, duplici membrana et vaſculis ſubtiliſſimis cinctas, ſiſtunt, calices vero corpora glandulosa, oliuaria, ſiue ſic dicta corpora lutea, exhibent, quae interdum mole augentur, interdum minora redduntur. Verum tamen ouulorum naturam, utpote quae controuerſiis adhuc obnoxia eſt, non definit Noſter, ſed dicta hactenus ad explicationem morboſi ſtatus ſufficere iudicat.

p. 50. Si ouaria ſemper aequali modo ab humorum circulo afficerentur, morboſis mutationibus non adeo obnoxia eſſent, cum autem pro vario feminarum ſtatu, variis modis mutentur, obſtructionibus etiam prae reliquis partibus tentantur. Poſt incrementum enim, in pubertatis annis accedens, menſtruorum eruptionis, coitus, grauiditatis, puerperii, nec non menſtruorum ceſſantium viciſſitudines, affluxum humorum varie mutant, quibus cauſis naturalibus alii plures diaetae errores accenſentur, qui vel ſolida, vel fluida, vel mutuam actionem in utriſque morboſam reddunt et morbis his ſexus ſequioris potiſſimum occaſionem praebent. Fuſius in his declarandis verſatur Cl Auctor, omnes ouariorum morbos ex propriis et ex aliorum ſcriptorum obſeruationibus illuſtrat, et hos ipſos ſaepius ſine aliis corporum incommodis oriri, non raro tamen aliis morbis occaſionem praebere, monet. Diagnoſis morborum, in ouariis deprehendendorum, in primis ab initio prorſus difficilis eſt; ſitus enim et fabrica effectus morbi vix euidentes exhibent: in augmento vero morbi, ſub quo tumores tactu diſquiri poſſunt, auxilium dubium vel nullum. In fine huius tractationis Cl. Auctor libri cuiusdam mentio-

mentionem iniicit, quem manu ſcriptum in bibliotheca nobilis Viri IOHANNIS GIRALDI inuenit, cuius tamen auctorem nondum detegere potuit. Continet hic liber obſeruationes anatomico practicas, paſſim iconibus pictis illuſtratas, et circa finem ſeculi decimi ſexti conſcriptus eſſe videtur, cuius editionem tradere promittit Noſter, ſi in accuratiore perluſtratione varia, notatu digna, in eo inuenerit.

Subiunguntur quaedam obſeruationes, a Cl. Au- p. 97.
ctore collectae, et prima quidem de catalepſi agit. Vir viginti octo annorum die 19. iulii terrore percuſſus cadebat, et motu ſenſuque priuatus ſtipitis inſtar iacebat, oculis utrinque ad exteriores angulos fixis. Die 21. e. m. in noſodochium delatus, ſupinus in lecto decumbebat, calore corporis et colore faciei ferme naturali, oculis apertis, pulſu paruo et reſpiratione vix percipienda, puncturas non ſentiens, et extremitatibus corporis difficile mouendis, in eodem ſitu relictis. Veſicatoria, brachiis applicata, aegrum non nihil excitabant, ita, ut corpus mouere et ſonos non nullos edere inciperet, ſpuma tamen oris epilepticos inſultus indicabat. Die 24. e. m. ſpiritus ſalis ammoniaci naribus admouebatur, quo facto ex lectulo ſurgebat, timidus quaſi in fugam ſe recipere volebat, et medicamenti applicationem, naribus per digitos compreſſis, recuſabat, detentus autem et ſpiritu denuo applicato ita excitabatur, ut parum cibi ſumeret, delirium tamen perdurabat, donec, cibo et potu ſenſim aſſumto, poſt duodecim dies vires corporis et rationis uſum recuperaret et ſanus ex noſodochio ſecederet. A principio morbi ita quidem oppreſſus erat, ut ſexto tandem die ex profundo quaſi ſomno expergefactus videretur.

Obſeruatio de morbillis anomalis praecedentem p. 101.
excipit. Cum anno quinquageſimo et ſequenti huius ſeculi, morbilli, variolae et ſcarlatinae febres Florentiis graſſarentur, Cl. Auctor accurata eaque repetita

obſeruatione didicit, morbillos in non nullis altera vice recurrere; diarrhoeam in morbillis ſaepe ſalutarem fuiſſe, et apparente hoc alui fluxu et exanthemata et tuſſim ſiccam cum his ſolennem, ſine ullo aegri incommodo diſparuiſſe. In non nullis ſubiectis febris catarrhali ſimilis cum inflammatione faucium et tuſſi ferina acceſſit, ita, ut venae ſectio requireretur, poſt ſeptimum autem diem morbilli apparuerunt, et felici ſucceſſu poſt quatuor dies iterum euanuerunt. Femina, morbillos timens, febre quotidiana duplicata correpta fuit, quae continuam aemulabatur, et ita intra viginti quatuor dies quadraginta octo paroxyſmis cum tuſſi conuulſiua agitata fuit, venae ſectio duplex et varia remedia, in primis uſus corticis peruuiani, febrim ſedarunt, in fine tamen morbilli apparuerunt, ſine inſigni moleſtia iterum diſſipati. Additur tandem hiſtoria morbi de eruptione repetita exanthematum, cum variis ſymptomatibus anomalis.

p. 108. De hydrope, ſpeciatim de uſu veſicatoriorum in curando hoc morbo, porro diſſeritur. Anaſarca nimirum eſt illa hydropis ſpecies, in qua veſicatoria aquas potenter ſubducunt et vaſis relaxatis ſenſim tonum reddunt: in aſcite vero res ideo ex voto non ſuccedit, quoniam corrupta nimis materia morbi ulcera gangraenoſa efficit. Cl. Auctor duos praecipue caſus felicis curationis recenſet; in his tamen aliorum medicamentorum, diureticorum in primis, uſum ſubiungit. Vſum veſicatoriorum in non nullis aliis morbis quoque ſalutarem expertus fuit Noſter, v. c. in tumoribus pectoris et hypochondriorum, poſt ſcarlatinam febrim, feliciter in infantibus ſuperatam, oriundis, nec non in angina conuulſiua aliisque vitae incommodis. His tandem ſubiunguntur quaedam hiſtoriae morborum de hydrope aſcite, cum diſſectione
p. 130. cadauerum, hoc morbo defunctorum. Porro etiam ſubluxatio vertebrarum lumbarium, caſu curata, deſcribitur,

ſcribitur, de qua tamen morbi hiſtoria nihil nunc monemus, cum multa obſcura occurrant, et Cl. Auctor ipſe in fine tractationis dubitet, num fractura fuerit, an luxatio. In fine adiiciuntur quaedam obſeruationes anatomicae, de defectu epiglottidis, et veſiculae felleae, nec non de ductu pancreatico duplici.

Additur tractatio ſingularis, quae methodum me- p. 141.
dendi, in archinoſodochio florentino, incurabilium dicto, vulgo receptam, modeſte diiudicat, et errores commiſſos oſtendit, et, ut conſilium Priori et conſiliariis, huic noſodochio praepoſitis, menſe aprili 1751 a Cl. Auctore propoſita fuit. Praecipue vero concernit medicamentum ex lignis, quod in hoc noſodochio, ſine ullo mercurii uſu, ad debellandam luem veneream, quam celticam dicit Noſter, adhiberi ſolet. Agit itaque de ſelectu aegrorum, qui hac methodo tractandi ſunt, et inter alia monet, non excludendos eſſe, qui uſu mercurii hactenus tractati fuerunt, cum et ipſius mercurii uſus cum lignorum decoctis combinandus eſſet. Oſtendit poſt ea numerum aegrotorum nimium eſſe, nec omnium curam haberi poſſe, cum ſaepius plus quam trecenti homines a die ſecundo ad vigeſimum tertium iunii admittantur; tempus itaque, curationi aptum, a menſe maio uſque ad finem auguſti producendum eſſe cenſet. Declarat quoque varia, quae circa aedificia, conclauia et reliquum apparatum domeſticum mutanda eſſent, et dolet multos in noſodochium admitti, ſine praeuia et ſufficienti praeparatione. Maxime autem in eo verſatur Noſter, ut declaret, normam aliquam generalem in applicandis medicamentis omnibus aegris non conuenire, eo potius reſpiciendum eſſe, ut curationis ratio ad conſtitutionem ſingulorum aegrotorum et morborum circumſtantias, varie in variis apparentes, adaptetur. Tandem varia adhuc lectu digna ſubiungit, de calore nimio conclauium moderando, de victu rectius ordinando, de ſtatu conualeſcentiae

magis

magis attendendo, de sumtibus, in has curationes impendendis. Quae cuncta attentionem Cl. Auctoris, in hoc nosodochio medicinam facientis, satis declarant, et nobis ostendunt, curationes morbi venerei confirmati, sine mercurio susceptas, de quibus non nulli medicorum italorum tanta promittunt, non semper ex voto succedere.

VII.

Indices botanici et materiae medicae, quibus plantarum genera hactenus instituta simplicium quoque tam vulgarium, quam exoticorum nomina et facultates summatim recensentur. Accedit horti publici Bononiensis breuis historia. Bononiae ex typogr. Laelii a Vulpe 1753. 4to. alph. 1. tab. aen. 2.

Proponuntur in hoc libello, quem Pater IOSEPHVS MONTIVS delineauit, filius PETRONIVS MONTIVS perfecit et CAIETANVS MONTIVS, frater praecedentis, tandem edidit, varii indices, mere nominales, quibus memoriae eorum, qui herbarum et simplicium medicamentorum historiam colunt, succurritur. Primo enim plantarum genera, a variis botanicis methodicis hactenus instituta, alphabetico ordine enumerantur et synonyma, ab aliis assumta, adduntur. Cum autem characteres generum non exprimantur, eorumque a variis botanicis stabiliti limites non exprimantur, ex solis nominum citationibus, vix ulla redundare potest utilitas. Simili modo index plantarum, quae in medicum usum recipi solent, additur. In tabula nimirum praemissa tituli generales facultatum medicarum proponuntur et numeris insigniuntur, singulis vero plantarum nominibus numeri adduntur, ex quibus perspici potest, ad quam-

p. 1.

p. 133. nam medicamentorum classem pertineant. Tandem etiam

etiam variorum ſimplicium medicamentorum, ex triplici naturae regno deſumtorum, tituli enumerantur et numeris additis ad generales facultates medicamentorum referuntur. His vero, quae praecipuam libelli partem exhibent, ulterius indicandis non immorabimur, cum nobis ad incrementum hiſtoriae literariae medicae aſſequendum ſufficere videatur, breuem hiſtoriam horti publici Bononienſis, quam Cl. Auctor praemiſit, recenſere.

PETRVS CRESCENTIVS primus eſt, qui ſeculo p. I.
XIII Bononiae rem herbariam excoluit, et de ruralis vitae commodis praeclarum opus compoſuit, licet nullo publico docendi munere functus fuerit. Nec defuerunt duobus ſequentibus ſeculis viri, qui in plantarum viribus inquirendis explicandisque operam poſuerunt, quorum non nulli hic adducuntur. Sub finem ſeculi XV, diſcuſſa iam barbarie, veterum graecorum interpretatio a NICOLAO LEONICENO, ut anteſignano, ſuſcepta fuit, hic vero iam octogenarius Bononiam vocatus, et amplo ſtipendio ibidem ornatus, vixit.

Paulo poſt ad ſimplicium explicationem profiten- p. III.
dam LVCAS GHINVS vocabatur, origine pariter ac ciuitatis iure Bononienſis. Licet autem hic horti publici Bononienſis conditor non exſtiterit, ſed paulo poſt in Etruriam accerſitus, iuſſu magni Ducis COSMI I. in academia Piſana et Florentiis hortos publicos inſtruxerit, tamen cum anno 1554 ANDREAS CAESALPINVS horto Piſano praeficeretur, GHINVS, Bononiam reuerſus, uſque ad vitae finem inter Profeſſores locum obtinuit. Hic itaque primus fuit Italorum, qui montes et ſyluas peragrando, plantarum cognitionem magis ex natura ipſa eiusque obſeruatione, quam ex antiquis codicibus, petere inſtitueret, clarus celeberrimorum botanicorum praeceptor, multo clarior futurus, ſi commentarios in DIOSCORI-

DEM

DEM, quos parauerat, et quae MATHIOLI opus exornant, proprio nomine edidisset.

p. VI. CAESAR ODONVS successit GHINO, eo tempore, cum hic Pisas auocaretur, VLYSSES autem ALDROVANDVS, qui ab anno 1556. cum ODONE simplicium explicationem extra ordinem professus fuerat, anno eiusdem seculi sexagesimo ad naturalem philosophiam nouo et unico titulo destinabatur. Huius consilio et opera hortus publicus Bononiae constitutus fuit. Locus itaque media in urbe, neque admodum ab archigymnasio distans, interior scilicet praetorii area, huic operi destinatus, et eius perficiendi cura et ODONO et ALDROVANDO tradita fuit. Ad hunc vero praecipuae in horto adornando partes referendae sunt, qui eundem anno 1568. magno simplium numero collecto aperuit, et solus deinde anno 1571. praefectus eiusdem et plantarum demonstrator nuncupatus fuit. Licet autem anno eiusdem seculi octogesimo septimo, cum ampla cisterna in horto exstrueretur, stirpes in alium locum ad extremum urbis ambitum deferrentur, anno tamen 1600 iterum in pristinam sedem delatae fuerunt, horto praeter ea et sepimentis ferreis munito et areis spatiosis ornato. De reliquis ALDROVANDI meritis, quorum hic sparsim mentio iniicitur, nunc fusius non disserimus.

p. XI. IOANNES CORNELIVS VTERVERIVS Batauus, discipulus ALDROVANDI eiusque in laboribus immensis socius, qui et quaedam opera posthuma in ordinem digessit, anno 1605 successor ipsi a senatu datus est, in utraque et gymnasii et horti publici sede, et, licet HIERONYMVS HERMANVS ad explicanda simplicia VTERVERIO socius adscriptus fuerit, horti tamen curam nunquam suscepit. Plantas, quae tum temporis in horto exstiterunt, OVIDIVS MONTALBANVS descripsit, qui et aliis inclaruit scriptis et, nisi in tempora AMBROSINORVM incidisset, ad curam horti omnino admotus fuisset. BARTHOLOMAEVS

nimi-

nimirum AMBROSINVS, mortuo anno 1619 VTERVERIO, ad rem herbariam, publice in gymnasio et in horto explicandam, delectus fuit. HYACINTHVS post ea AMBROSINVS, socius fratris, tum in edendis Aldrouandi posthumis scriptis, tum in simplicium explicatione, postremo etiam botanicis demonstrationibus in horto praefectus est, cum eum locum BARTHOLOMAEVS moriens anno 1657. vacuum relinqueret. HYACINTHVS autem, qui variis scriptis inclaruit, anno 1672 diem obiit supremum, et botanices decus in Bononiense academia per quinquaginta duos annos penes AMBROSINOS fratres fuit.

IOHANNES BAPTISTA CAPPONIVS, varia eruditione celebris redditus, horti curam, anno 1672 susceptam, vix per triennium sustinuit, eo tempore ZANONIVS custos horti fuit, ex cuius historia stirpium rariorum cognoscitur, viridarium hoc Bononiense peregrinis plantis abundasse.

LAELIVS TRIVMPHETTVS, sacerdos et ec- p. XVI.
clesiae sanctae Mariae maioris canonicus, philosophico studio potissimum inclaruit; quoniam vero in horis subseciuis HYACINTHI AMBROSINI praeceptis et ZANONII familiaritate usus iam adolescens rem herbariam excoluerat, anno 1676. horti praefectus constitutus fuit, IOHANNE BAPTISTA fratre tum temporis in lyceo romano simplicium demonstratore constituto. Anno 1695 simplicium explicationem NICOLAVS CAESIVS suscepit, horti tamen curam non habuit. LAELIVS TRIVMPHETTVS vero in nouo Bononiae instituto ad scientias et artes, per obseruationes et experimenta tractandas, quod 1714. apertum fuit, primus illius loci praeses constituebatur. Post huius obitum 1722 IOSEPHVS MONTIVS horti praefectus et botanices demonstrator a senatu creatus fuit. Cum autem antiquus hortus, in praetorio constitutus, altis aedificiis septus, ad nobiliores plantas alendas minus opportunus esset, anno 1745

nouus

nouus hortus in alterius supplementum eodem loco, quo ALDROVANDI tempore hortus academicus floruerat, exstructus fuit. Vtriusque ichnographia in tabulis, ad finem libri additis, sistitur. In hac vero horti Bononiensis historia varia adhuc, quae historiam literariam Italiae, in primis studii botanici, illustrant, immiscentur.

VIII.

Recherches sur l'usage des Feuilles dans les plantes, et sur quelques autres sujets relatifs à l'histoire de la vegetation. Par CHARLES BONNET, de la Societé Royale de Londres, de l'Academie de l'Institut de Bologne, Correspondant des Academies Royales des Sciences de Paris et de Montpellier. A Gottingue et Leide chez Elie Luzac. Fils. clɔlɔccliv. 4 mai. alph. 1. pl. 20. tab. aen. 31.

Hoc est:

Inuestigatio usus foliorum in plantis, atque aliorum, quae ad historiam vegetationis pertinent. Auctore CAROLO BONNETO.

Cl. Auctor per plures annos in plantis obseruandis assiduus fuit, et in hoc studio animum ad duo praecipue attendit, primo ad incrementum plantarum, non in terra, sed in aliis materiis, praesertim in musco, educatarum, secundo ad usum foliorum. Obseruationum suarum ad primum horum argumentorum spectantium copiam fecit illustri academiae scientiarum Parisinae, quae eas nuper publici iuris fecit.

Nunc

* vid. Memoires de mathematique et de physique presentés à l'academie royale des Sciences par divers sçavans et lus dans ses assemblées. Tom. I. à Paris 1750. 4to p. 420. et Comment. nostr. Vol. I. Part. I. p. 33.

Nunc gratum amatoribus physicae munus offert, ea, quae de altero argumento experimentis, sagaciter et industrie captis, didicit, orbi literato in quinque commentariis, quibus hoc volumen absoluitur, impertiens. In *primo commentario* recensentur obseruatio- p. 1.
nes et experimenta, quae V. Cl. instituit, ut intelligeret, num folia plantarum absorbeant rorem, atque utrum inferior, an superior, eorum superficies humori ex aere attrahendo sit destinata, folia permultarum herbarum et arborum vegeta et virentia, et termino incrementi sui proxima, imposuit superficiei aquae ita, ut margines eorum et petioli aquam non attingerent, et eiusdem plantae alia folia in superiori, alia in inferiori superficie humectarentur; simul alia earundem plantarum folia sic imposuit aquae, ut petioli eorum soli submersi essent. Post haec assidue aquam a foliis haustam et exhalatione absumtam vasis refundendam, et calorem aeris circiter eundem conseruandum curauit, et in diario suo diligenter notauit, quo die folia aquae imposita essent, et quo die eadem marcescere inciperent, seu colorem suum natiuum amitterent. Quum omnia folia, de plantis decerpta, in sicco reposita, cito arescant: contra, quae aquae imposita sunt, per aliquot menses conseruantur. Quaedam autem folia, ut brassicae, fabarum, lilac, aeque diu vigent, in utrauis superficie aquam contingant. Folia quarundam herbarum, praesertim urticae, et amaranti foliis purpureis, in superiori superficie humectata, per duos tresue menses seruata esse, eadem vero, aquam superficie inferiori haurientia, paucis diebus flaccescere vidit Auctor; sed in arborum vel arbustorum foliis inferiorem superficiem longe praestare obseruauit superiori in nutrimento foliis conciliando. Non nullarum plantarum, e. gr. cristae galli, vitis, populi, folia per petiolos aquam imbibentia diutius, quam per utramuis superficiem nutrita, vixerunt; in aliarum foliis contrarium accidit. Foliorum, quorum quae-

dam duntaxat partes continuo humectatae fuerunt, reliquae etiam partes diu satis manserunt virentes, imo uno alteroue tantum unius rami folio per aquam nutrito, reliqua etiam in vigore suo perstiterunt; ut inde appareat quaedam inter folia, adeoque inter haec et caules nutrimenti communio. Petioli autem externa superficies imbibendae aquae in plantis quidem lignosis minime, in herbaceis vero parum, idonea deprehensa est. Hinc Auctor colligit, caulium et ramorum exteriorem superficiem nihil plane nutrimenti ex aere haurire. Aer foliorum superficiei, praesertim inferiori, quae asperior est, tam arcte adhaeret, ut difficulter inde abstrahi possit. Quae, quod Auctor eleganter demonstrat, vera causa est phaenomeni, quod minus cautum obseruatorem facile inducere posset ad credendum, folia exercere quandam respirationem; quum scilicet videmus, folium a ramo suo non separatum, aquae submersum, interdiu magna bullarum aeris copia obtegi, easque noctu disparere, postridie autem iterum conspici.

Porro quem ad modum Cl. Auctor inuenit in foliis arborum superficiem inferiorem nutritioni ramorum esse destinatam, et quasi radicum munere fungi: ita eandem per varia experimenta, quae enarrat, sibi persuasit transpirationi quoque arboris inseruire. Intellexit etiam, in plerumque plantarum herbacearum foliis superficiem inferiorem aptiorem esse transpirationi, quam superiorem. Hinc coniicit, foliorum superiorem superficiem solo hoc munere fungi, ut a vi radiorum solis defendat folii substantiam, nisi forsan aliqua etiam subtilioris succi transpiratio per illam superficiem contingat, cuius rei indagationem aliis relinquit. Interim hoc sibi format systema de usu foliorum, ut arbitretur, succum nutritium, qui interdiu e radicibus per fibras ligneas, trachearum actione adiutus, in truncum adscendat, vehi praecipue ad inferiorem foliorum superficiem, ut per poros eius superficiei

perficiei, quod ſuperfluum eſt, in aerem exeat; noctu autem, ceſſante caloris in folia et tracheas actione, ſuccum redire verſus radices, et inferiorem foliorum ſuperficiem alterius ſuae functionis exercitium inchoare, ut rorem e tellure aſcendentem hauriant.

In *ſecundo commentario* Cl. Auctor obſeruationes ſuas de ſitu foliorum et caulium exponit. Non ſolum quotidiana experientia conſtat, in ſingulis plantis pleraque folia ita eſſe diſpoſita, ut eorum altera ſuperficies verſus coelum vel aerem liberum, altera terram vel interiora plantae verſus conſtanter ſpectet: ſed didicit etiam Auctor ſingularibus experimentis, in quibusdam plantis, veluti malua, atriplice, acacia, ſitum foliorum per integrum diem conſtantem haud eſſe, ſed pro diuerſa ſolis poſitione diuerſum, et quotiescunque folia vi et arte de ſitu naturali detorqueantur, ea paullo poſt ſemet ſponte ſua in illum ſitum reſtituere, aut circa petiolos ſuos ſe ſe conuertendo, aut inflexione caulis ſeu rami, cui adnata ſunt; praeter ea et ipſos caules, quorum naturalis directio, quae verticalis eſt, vi mutata ſit, ſemet ipſos inflectere prope aliquem nodorum ſuorum ſic, ut apices ſurſum conuertantur. Non poſſumus ſingula experimenta deſcribere, quae V. Cl. inſtituit, ut cauſam huius nutationis foliorum, et flexionis caulium, eruere: ſufficiet, coniecturas, ad quas ipſum inueſtigationes illae duxerunt, recenſuiſſe. Scilicet non ſine veri ſpecie ſtatuit, ſuperficiem folii ſuperiorem formatam eſſe fibris, quas calor poſſit contrahere ſeu incuruare, inferiorem autem alius indolis fibris, quae humiditate contrahantur; hinc, eum folii ſitum naturalem eſſe, ut inferior ſuperficies terram, quippe quae plurimum humiditatis ſuppeditat, reſpiciat; hinc in plantis, quae ſenſiliores fibras habeant, foliorum ſitum pro ſitu ſolis mutari. Caulium vero motum et inflexionem explicat Auctor per contractionem fibrarum in una parte ſuperficiei caulis fortio- p. 77.

rem, quam in oppoſita, propter caloris in illa minorem, quam in hac parte, actionem.

p. 159. *Commentarii tertii* argumentum eſt ordo, quo folia in caulibus et ramis ſunt diſpoſita. Quum foliorum duplex ſit uſus, ut tum rorem e terra aſcendentem abſorbeant, tum tranſpirationi plantae inſeruiant: ſapientiſſimus rerum omnium conditor per diſtributionem foliorum in caulibus et ramis prouidit, ne inferiora folia ſuperioribus omnem rorem praeriperent, utque inter ſingula folia ſatis eſſet ſpatii, per quod aer libere fluere poſſet ac refluere. Variis autem mediis uſus eſt, ad hunc ſcopum ducentibus. Accuratius plantarum examen Cl. BONNETVM edocuit, quinque eſſe genera diſtributionis foliorum. Primum exhibent plantae foliis alternis; ſecundum plantae foliis paribus in crucem diſpoſitis, ſeu in quibus bina ex quouis caulis nodo exeunt e regione poſita, et a pari ſequentis nodi ad angulos rectos decuſſantur. Tertium genus eſt in plantis foliis verticillatis, quod poteſt in genera inferiora diuidi ſecundum numerum foliorum in ſingulis verticillis; et obſeruauit Auctor, foliorum in verticillo ſuperiori eum eſſe ad folia proxime inferioris verticilli ſitum, ut angulo inter duo ſuperioris folia reſpondeat ſemper folium inferioris verticilli. Quartum genus appellat diſtributionem in quincuncem. Intelligantur in cylindri recti ſuperficie quinque lineae rectae, ad aequalia interualla ductae, et axi parallelae; in imo primae rectae puncto ſit locus primi folii, in tertia ſed paullo altius poſitum ſit ſecundum folium, in quinta, et ad aequalem diſtantiam, haereat tertium folium, in ſecunda quartum, denique in quarta quintum: habebis quincuncem, quem Auctor vocat, foliorum, quorum pullum reliqua teget. Abſinthium, amarantus, balſamina, rubus idaeus, populus, ſalix, pyrus, malus etc. huius diſtributionis exempla praebent. Quintum genus diſtributionis foliorum eſt per ſpirales multiplices in-

tet

ter se inuicem parallelas. Tale obseruatur in pinu, cuius folia disposita sunt in spirali triplici, unaquaque helice septem folia exhibente: in abiete vero spiralis quintuplex conspicitur, et unaquaeque helix undecim folia alit. Generis huius inuentionem Cl. Auctor refert ad ill. CAL ANDRINVM, Matheseos et Philosophiae olim Professorem, nunc Consiliarium status reipublicae Geneuensis, et thesauro praefectum, cui se praeter ea et multas alias animaduersiones, et huius ipsius operis originem debere profitetur. Dari autem, monet Auctor, plantas, in quibus duo genera distributionis una occurrant, veluti myrtum, in qua secundum genus cum tertio, et cannabim, in cuius inferioribus foliis secundum, in superioribus quartum genus obseruari soleat. Ceterum haec diuersa genera distributionis foliorum commode adhiberi posse pro notis characteristicis, quibus varias eiusdem generis plantarum species non nunquam discernere queamus, Cl. Auctor probe admonuit.

In *quartum commentarium* singularia quaedam, in diuersis plantarum partibus, praesertim foliis, obseruabilia retulit. p. 191. In foliis compositis deprehendit petiolos proprios alio ordine dispositos, quam quo petioli communes in caule seu ramo ordinati sunt. Quarundam plantarum herbacearum, e. gr. melissae, brassicae, fabarum, folia ex petiolis suis, aquae impositis, radices egerunt; hinc Auctor plantas per folia propagari posse non dubitat, experimenta tamen, quibus haec quaestio decidi possit, imperfecta reliquit. Est quidam plantarum morbus, quum caules altius surgunt, quam par est, neque virides sunt, et robusti, sed pallidi, et graciles, atque exilia, maleque formata folia, coloris dilute viridis, aluut; Galli *etiolement* vocant. Cuius morbi causam ut reperiret Cl. Auctor, varia experimenta instituit, quae hoc loco recensentur: sed quum ex iis nihil adhuc certi disci posset, alio tempore huius causae inuestigationem re-

petiit, et tandem defectum lucis veram et unicam causam eius morbi esse comperit per experimenta, quae sub finem quinti commentarii enarrat.

p. 221. Cuncta enim huius *ultimi commentarii* argumenta ad enodandas magis et dilucidandas quaestiones, in praecedentibus commentariis tractatas, spectant. Primo Cl. Auctor varia addit experimenta de nutritione plantarum per folia. Communem opinionem, quod succus nutritius natura sursum tendat in plantis, falsitatis arguit inde, quod, cum folia, tum caules et ramos aquae in tubis vitreis sic immersos, ut verticaliter sursum spectarent, haud plus aquae eodem tempore imbibisse comperit, quam qui situ euerso aquae submersi essent. Neque magis verum putat sententiam, quod succus in plantis eleuetur iisdem causis, quibus liquida intra tubulos capillares supra libellam attolluntur; quum neque folia, neque caules, plantarum arefactarum quidquam liquoris imbibisse viderit, etiamsi plantas eiusmodi, veluti arundinem, in quibus etiam aridis vasa succifera oculis patent, adhibuisset. Cupidus sciendi, num folia praeter aquam alia etiam liquida fugere possent, et quomodo nouo hoc et insueto nutrimenti genere afficerentur, petiolos foliorum mali Armeniacae immersit aquae, vino rubro, vino adusto, spiritui vini, et aquae Carmelitarum; et obseruauit eos eodem tempore vini minimam, liquorum spirituosorum paullo maiorem, aquae autem purae maximam copiam suxisse; folia, quae liquores spirituosos hiberant, fuscas lineas ad latus praecipuorum neruorum ostenderant, odorem liquoris traxerunt, et post triginta horas aruerunt. Flores etiam non nullos expertus est odore imbutos esse liquorum spirituosorum, in quibus caules vel rami positi fuerant. De usu foliorum seminalium haec habet. Fagopyrum nascens, foliis suis seminalibus priuatum, fere semper periit breui post; quod autem superstes mansit, tardissime creuit, et multo exilius ac debilius fuit,

fuit, quam aliae eiusdem generis plantae, quibus folia seminalia non erant praecisa. Germina, seminibus phaseolorum inclusa, separauit Cl. Auctor a lobis, quos semina simul continent, et sic nudata germina terrae in umbra mandauit, atque ea frequenter irrigata, vidit tandem praeter spem haec germina radices agere, et post duodecim dies foliola sua explicare, ac die quadragesimo flores, sed paucos, prodere. Cunctae hae plantae, admodum pusillae erant; quippe alii phaseoli, ex seminibus integris nati, nouies illis erant altiores, et folia habebant plus, quam quinquies longiora. Sane dolemus cum Auctore, hos pusillos phaseolos, quos nemo facile pro phaseolis habuisset, frigore periisse paullo post, quam florere coepissent. Eis, qui elegans hoc experimentum repetere volent, tenendum est, semina ab initio in spongia humida per aliquot dies recondenda esse, ut separatio germinis facilius succedat.

Sequitur aliud genus experimentorum, lectu dignissimorum, quae capta sunt in plantis aqua colorata nutritis. Quum Auctori primo, rubia tinctorum aut gallis capillatis cynorrhodi coloratam, aquam adhibere visum fuerit, et plantarum naturalis color haec experimenta turbare posset, ad ea usus est phaseolorum et pisorum caulibus, qui in vasis clausis et luci imperuiis educati albo colore splendebant. Sed post ea atramentum scriptorium in locum aquae, rubia tinctae, substituit multo feliciori cum successu, et sic non solum in herbis, sed etiam in ramis variarum arborum, atque in radicibus vitis praeclare vidit vias, per quas succus nutritorius proficiscitur. Ex his autem experimentis, dignis sane, quae legantur, ac studiose repetantur, V. Cl. colligit, succum nutritium praecipue per fibras ligneas ascendere, quae in mediis radicibus latent, et e capillis radicum oriuntur; deinde pergere eundem succum per easdem fibras, inter medullam et corticem trunci continuatas, ad folia et flores,

et tandem ultimas illarum fibrarum ramificationes, in foliis et floribus obuias, per modum anaſtomoſeos iungi ductibus ſeu vaſis reuehentibus ſuccum per corticem deorſum. Negat tamen ſucci circulationem, ſanguinis circulationi in animalibus ſimilem, et de hoc argumento multa contra Cl. DE LA HAISE* diſputat.

Spatio excluſi praeterimus, quae Cl. Auctor annotauit de foliis et fructibus arborum monſtroſis, de inflexione caulium ſpontanea, de triplici ordine radicum frumenti, de rubigine, quam nunc, mutata priori ſententia, inſectis deberi credit, et de affinitate inter lolium et triticum, ob quam multi putant triticum in lolium degenerare poſſe, quam tamen opinionem, etſi ea per obſeruationem duarum ſpicarum lolii et tritici ex uno eodemque calamo enatarum, ab Ill. CALANDRINO factam, confirmari videatur, tam per expèrimenta a ſe diligenter inſtituta, quam per rationes grauiſſimas refellit. Singula haec argumenta pariter ac cetera adeo eleganter et perſpicue a Cl. Auctore ſunt tractata, ut neminem naturae curioſum ſine voluptate et fructu lectioni huius libri operam daturum eſſe confidamus.

* Auctorem libri: Diſſertation ſur la Circulation de la Sève dans les plantes, qui a remporté le prix etc. à Bourdeaux. 1733.

IX.

IX.

Hiſtoire de l' Academie Royale des Sciences et belles lettres. Année MDCCLII. à Berlin chez Haude et Spener, 1754. 4. alph. 2. pl. 8. tab. aen. 17.

Hoc eſt:

Hiſtoria academiae regiae ſcientiarum et elegantiorum literarum an. 1752. Berolini, etc.

In claſſe philoſophiae experimentalis, quae noſtram praecipue attentionem exigit, non nullos commentarios lectu dignos inuenimus, quorum nunc ſummam more recepto expoſituri ſumus.

1) *Noua experimenta et obſeruationes de vegetatione ſeminum, herbarum et arborum.* Auctore Ill. ELLERO. Ad vegetationem, in ſeminibus plantarum incipientem, rite contemplandam Cl. Auctor ſemina maiora ex curcurbitaceis, lupinis, fabis, phaſeolis, amygdalis etc. in vitra, humo repleta, immiſit eaque ita diſpoſuit, ut euolutionis rationem, in primis radiculae et germinis egreſſum et incrementum, partim per microſcopium aptius conſiderare, partim ſemina ipſa definito tempore ad ulteriorem perluſtrationem praeſtandam eximere poſſet. Seminibus itaque adſcribit membranas inuoluentes, exteriorem denſam et tenacem, interiorem tenuem plicatam, ex fibris ſubtiliſſimis ceu vaſis ſecretoriis compoſitam, et tertiam demum, quae tenuiſſima eſt et lobos inueſtit. Inuolucra haec in quadam ſeminis parte perforata ſunt, per quod orificium radicula primum exire ſolet. p. 17.

Semen ipſum tres partes eſſentiales oſtendit, lobos nimirum, radiculam et germen. Lobi ſunt corpora farinoſa, quae in crena quadam reliquas duas partes ſuſcipiunt, et copioſiſſima vaſa diſſeminata obtinent; haec in omni ambitu incipiunt, et per rami- p. 20.

ficationes copioſas in tres truncos colliguntur, quorum duo ad radiculam, tertius ad angulum acutum in germen progreditur, ſeptum vero ſiue nodus, has partes diſtinguens, verſus centrum ſeminis producitur. Membrana loborum in radicula et germine continuatur et in utrisque praeter ea ſubtiliſſimorum vaſorum diſtributio obſeruatur. Cum autem radiculae et germinis vaſa communem habeant originem, directio, in utrisque oppoſita deprehenſa, difficile explicatur. Cl. Auctor vero illud phaenomenon ſequentem in modum declarare tentat. Radicula binos truncos vaſorum, ex lobis progredientium, obtinet, maiorem itaque ſucci copiam recipit et citius extenditur, quam germen, quod unicum tantum truncum habet; praeter ea fibrae radiculae, microſcopio conſideratae, in apice apertae, germinis autem clauſae, reperiuntur; quamuis itaque ſemen ita plantetur, ut radicula aſcendentem, germen vero deſcendentem directionem obtineat, maiori tamen vi propulſa et oſtiolis patulis magisque bibulis conſpicua radicula verſus humiditatem terrae dirigitur, quaſi attrahitur, et ſoli reſiſtentiam ſuperat, germen vero, terram attingens, reſiſtentiam inuenit et in auras reflectitur. Radix ipſa poſt modum in terram producta, cum ex vacuis lobis nihil amplius accipere queat, omne nutrimentum ex terra attrahit, quo facto et lobi folioli ſeminalia fiunt, ſuccos ex radice accipiunt, eosque in germen dimittunt, illudque ulterius extendunt, in primis cum truncus vaſorum, ex lobis in germen olim ad angulum acutum deductus, nunc in recta linea progrediatur.

p. 25. Eſſentiam plantarum diuerſarum, in eadem terra progerminantium, in oleo eſſentiali ſeminibus proprio et ſpecifico ponit Cl. Auctor, quod euoluendam plantam quaſi viuidam reddit; ſolidis tamen minimis non paſſiuam tantum indolem, ſed aliquam actiuitatem ſiue vim oſcillatoriam tribuit, quod ſequenti experimen-

perimento probare annititur. Germina scilicet variorum seminum in phialas immisit, aqua fontana addita, et post macerationem per aliquot septimanas instituta et solis calore adiutam, non solum in moleculis oscillationem, sed liberum etiam et progressiuum motum obseruauit; quatenus vero hic a putredinis motu, in destructione corporum obseruato, differat, non monet.

Septum, quod superius inter radicem et germen assumsit, nunc exemplo bulbosarum plantarum illustrat, in quibus nimirum oculis microscopio non armatis conspici potest, directionibus vasculorum ad caulem et radicem perpendiculariter oppositis. Non nulla quoque de vasculis, ex cortice per lignosam partem ad medullam directis, proponit, quae, quatenus cum sic dictis insertionibus GREWII conueniunt, ex obscura nimis descriptione non intelligimus. p. 27.

2) *De sepultura talpae* agit Cl. GLEDITSCH. Varia phaenomena, quae in mutationibus corporum naturalium occurrunt, primo intuitu leuidensia apparent; in nexu tamen cum aliis considerata, attentione naturae indagatorum omnino digna inueniuntur. Assertum hoc, quod variis exemplis illustrari posset, in sepultura talpae a Cl. Auctore declarata satis confirmatum apparet. Praemissis igitur non nullis de natura et affectionibus huius animalis, ostenditur, quod talpa, mortua proiecta, breui temporis spatio dispareat. Scarabaei scilicet, talpam mortuam inuenientes, terram sub ea positam remouent et cauum formant, in quod talpam deducunt et terra undique accumulata contegunt. Hunc quidem laborem duplicem in finem suscipiunt, scilicet ut victum habeant, et ut ouula sua in ventrem cadaueris deponant, quae euoluta et in vermiculos mutata primum inde nutrimentum accipiunt. Quo autem de hoc phaenomeno, accurate iam obseruato, certior redderetur Noster, terram p. 29.

et

et ſcarabaeos in cucurbitam vitream, et in eandem ſimul cadauera ranarum, piſciculorum, auricularum et aliàs ſimiles carnes immiſit, viditque, ſcarabaeos operi intentos ſucceſſiue omnes has partes in terram excauatam repoſuiſſe. Simili prorſus ratione talpa filis ad baculos terrae infixos alligauit, ita tamen ut ſuſpenſae, terram tantum capito attingerent, ſcarabaei itaque foetore allecti, cum nihil amplius poſſent, caput tantum in terram depoſuerunt, relaxato autem quodam modo filo et reliquum corpus ſenſim ſenſimque ſepeliuerunt.

In ampliore hac tractatione paſſim varia naturae phaenomena tangit Cl. Auctor et ſpecimen attentionis eruditae ad phaenomena naturae exhibet. *Scarabaeum* autem, quem *veſpillonem* appellat, ſequentem in modum deſcribit: Gaudet nimirum *cupite* nigro atque depreſſo, *antennis* paruis, nigris, clauatis, circa apicem flaueſcentibus, in quarum interſtitiis macula, ſaepius trigona, ſubfulua in conſpectum prodit; *roſtro* bicorni; *oculis* protuberantibus ſeu emiſſitiis; *collari* ſiue *clypeo* nigro, glabro, marginato, et ſuperne in margine caput verſus tribus quatuorue punctis latis, eleuatis et nitidis, in lineam rectam denſe poſitis diſtincto; *pectore* nigro, ſcutiformi, utroque in latere inferius macula fulua, piloſa et ſplendente notato; *vaginis* ſeu *elytris* alas tegentibus breuibus, nigris, quadrangulis poſtice truncatis. Harum ſingula duas in medio habet faſcias latiores et luteas, utrinque latis et inaequalibus ſerraturis inciſas; *abdomine* nudiuſculo, acuminato, valde annulato, in apice et ad margines inferius praeſertim piloſo; *pedibus* omnibus ſerratis, *anterioribus* ſubtus flaueſcentibus, articulatione extrema latiore; *poſterioribus* non nihil piloſis, pilis aureo-ruffeſcentis coloris.

p. 54. 3) *Diſquiſitio commmixtionis acidi vitriolici cum ſale ammoniaco et productorum inde reſultantium.* Auctore

ſtore Cl. POTT. Haec quidem commixtio licet a variis chemicis iam tentata fuerit, nondum tamen ita declarata eſſe deprehenditur, uti in nexu variorum experimentorum hic ſiſtitur. Generales obſeruationes eo redeunt: Si ſali ammoniaco, in pollinem redacto, oleum vitrioli additur, magna obſeruatur ebullitio, ita, ut, niſi lente affunderetur, ſpumentes bullae margines vaſis facile ſuperarent; vapor vero aſcendit corroſiuus. Ratio huius phaenomeni facile patet. Cum enim acidum vitriolicum in ſal urinoſum agat, coniunctio utriuſque ſine ſtrepitu fieri nequit, acidum vero ſalis liberum redditum auolat. Sub vehementi tamen ebullitionis motu calor nullus, ſed frigus potius oritur, et euidentius quidem, ſi dupla olei vitriolici portio ad unam ſalis ammoniaci additur. Non omnis itaque ebullitio calorem excitat, et in ſale urinoſo, ut in aliis experimentis apparet, cauſa poſita eſſe videtur, licet Noſter ad actionem ſubtiliſationis quoque prouocet. Sed aqua eaque frigida quidem huic mixtioni addita, calor exſurgit, qui ex actione aquae in acidum vitriolicum declaratur. Quoniam vero hoc ipſo experimento et ſpiritus ſalis concentratus expellitur, et ſal ammoniacum ſecretum GLAVBERI ex acidi vitriolici et ſalis urinoſi mixtione oritur, utriuſque attentum proponitur examen.

Licet autem varia commiſcendorum proportio eſſentialia non mutet, accidentalia tamen quaedam annotanda ſunt. Si uni parti ſalis ammoniaci, in pollinem redacti, duae partes olei vitrioli in retorta tubulata adduntur, in vaſe recipiente amplo ſpiritus concentratus et fumans obtinetur, in ſeparationibus metallorum et ſolutionibus mineralium maxime utilis. Si vero ſub eadem proportione ſali ammoniaco parum aquae additur, et oleum vitrioli ſucceſſiue admiſcetur, ſpiritus ſalis prō ratione quantitatis aquae additae plus minusque fortis obtinetur, qui ideo odorem ſulphuris ſpirat, quoniam in ſale urinoſo quaedam partes p. 56.

in-

inflammabiles deprehenduntur; ſub finem tamen diſtillationis maſſae commixtae albi vapores acidi vitriolici ſuccedunt. Acidum hoc vitriolicum vere accedere per varia experimenta cognoſcitur, v. c. ſpiritus hic ſolutionem ſalis ammoniaci fixi praecipitat, dum acidum vitriolicum terrae calcareae adhaeret. Haec vero commiſtorum proportio, quam hactenus declarauimus, nec ſpiritum ſalis purum, nec ſal ammoniacum ſecretum bene ſaturatum exhibet, inſeruit tamen optime corporibus metallicis diu in fuſione retinendis. Aequales partes ſalis ammoniaci et olei vitrioli, teſtante KVNCKELIO, ſine aqua miſceri nequeunt, cum vapores nullo modo coercendos exhibeant. Licet vero Cl. Auctor in retorta tubulata fieri id poſſe aſſerat, ſpiritus tamen, quem ea ratione obtineremus, corporibus ſoluendis applicari haud poſſet. Cl. Auctor vero non addit aquam, niſi ad aliquam ſalis ammoniaci humiditatem obtinendam, quo facto ſpiritus ſalis ſatis purus, qui ſolutionem ſalis ammoniaci fixi non praecipitat, et ſulphuris odorem refert, acquiritur. Tertia proportio duas partes ſalis ammoniaci et unam olei vitrioli ſiſtit, cuius motus efferueſcentiae longe benignior eſt, ſed praeter alias dotes peculiares, a Cl. Auctore recenſitas, illam quoque habet, quod, ſi cum ſolutionibus metallicis tractetur, diu in fuſione ſeruari nequeat, ſed citius ſublimetur, quam praecedentes.

p. 60. Spiritum ſalis variis experimentis diſquirens Noſter, foliola argenti eum non ſoluere, ſed inſtar lunae corneae praecipitare vidit, cognouitque hanc eſſe proprietatem cuiuslibet ſpiritus ſalis, ſed tantum in eo caſu, ubi foliola argenti, minime vero, ubi lamellae eiusdem ſoluuntur, rem ita ſuccedere, monet Cl. Auctor. Si in vas recipiens alcohol vini immittitur, et ita miſcela ſalis ammoniaci et acidi vitriolici ſine aqua addita praeſtatur, igne applicato ſpiritus ſalis dulcis, ſed corroſiuus adhuc obtinetur; hic ſuccinum ſoluit,

nit, pelluciditate tamen non ſeruata. Si vero ſpiritus vini cum oleo vitrioli et ſale ammoniaco in retorta miſcetur, ſpiritus acidus dulcis aſcendit, qui ideo vitriolicae indolis eſt, quoniam ſpiritus vini facilius acido vitrioli, quam ſalis, iungitur. Spiritus ſalis vero paulo ante expoſita ratione collectus cuprum, ferrum et zincum ſoluit, et vitriola metallica calcinata volatilia reddit.

Cum autem in alumine, ſulphure et tartaro vitriolato acidum vitriolicum quoque adſit, cum his etiam experimenta inſtituit, variasque mutationes attentione dignas obſeruauit: v. c. ſi duae partes ſulphuris cum tribus ſalis ammoniaci miſcentur, utrumque ſublimatur et terra nigra in fundo vaſis deſtillatorii remanet; tunc vero flores ſulphuris igne admoto non accenduntur, ſed fumant tantum: certum itaque eſt, terram inflammabilem in fundo remanere. Methodus haec eſt ſatis apta, ſed hactenus ignota, terram inflammabilem a ſulphure ſeparandi. p. 62.

Alterum productum ex commixtione illa oriundum eſt ſal ammoniacum ſecretum, primum a GLAUBERO deſcriptum, licet iam olim inter alchemicos cognitum. Alias quidem methodos obtinendi hoc ſal ſecretum Noſter declarat, ſed vel productum bonitate ſe non commendat, vel apparatus pretioſior eſt. Hac occaſione ſimul oſtendit, quo modo aluminis praeſentia in aquis mineralibus detegi poſſit; ſpiritu enim urinoſo addito, reſpiciendum eſt, num terra alba praecipitetur, et an aliqua ſalis ammoniaci ſecreti pars ſublimetur? p. 66.

Affectiones autem ſalis ammoniaci ſecreti, quocunque demum modo praeparati, ſequentes ſunt: Aquam refrigerat, ſi in ea diſſoluitur, in quiete ad latera vitri ſurſum vehitur, poſt euaporationem cryſtallos plumoſas exhibet, linguam vehementer afficit, igni admotum volatile redditur, in clauſis autem vaſis ſublimatur, et aliquid urinoſi expellit. A ſale ammonia- p. 68.

moniaco vulgari odore sulphuris in primis in recenti statu se distinguit. Cum autem in eo praecipua posita sit differentia, quod acidum vitriolicum continuum nostrum sal secretum, cum commune sal ammoniacum cum acido salis impraegnatum inueniatur; solutio terrae calcareae in aceto vini, vel spiritu salis et nitri differentiam inter utrumque sal ammoniacum inter prodit: si enim in dictam solutionem sal ammoniacum verum immittitur, pelluciditas remanet; si vero nostrum sal secretum additur, terra selenitica praecipitatur; acidum vitriolicum enim terram alcalinam in seleniticam mutat. Vim soluentem spiritus vini sal secretum additum augere posse Noster negat, accurate enim saturatum sal nostrum in spiritu vini non soluitur; effectus igitur tantum in eo casu euenire videtur, ubi acidum vitriolicum abundat et spiritus vini virtutes soluentes auget. Acetum vini destillatum vero nostrum sal soluit, et inde vires soluentes auctas recipit. Parte una salis nostri in tribus partibus spiritus nitri soluta et solutione destillata, maxima quidem pars salis ammoniaci sublimatur, aliqua tamen in liquorem transit; spiritus sic productus est aqua regis et aurum soluit. En methodum aquam regiam formandi sine addito salis communis acido!

p. 71. His et aliis de natura salis ammoniaci secreti praemissis, vim huius in metalla eorumque solutiones accuratius disquirit Cl. Auctor, in primis cum non nulli chemicorum efficaciam eius in solutionibus intimis praestandis nimium extollere videantur, fallacia ideo instituant experimenta et minus certas saepius inde deducant conclusiones. Nos, qui cuncta hic proposita, lectu digna repetere non possumus, selectas tantum quasdam obseruationes, ut exempla, adducimus. Metalla, quibus soluendis acidum vitriolicum par est, nostro etiam sali cedunt, ita aurum ab eodem non soluitur, sed argentum et magis adhuc cuprum, quippe quod etiam a sale urinoso soluitur.

Falsum

Falsum est assertum GLAVBERI, mercurium cum sale hoc secreto figi posse; nam, nisi superabundans acidum vitriolicum aliquam partem in turbith minerale mutat, nulla alia obseruatur mutatio. Paulo infra quoque Cl. Auctor varia de cauta administratione experimentorum circa mercurificationem sic dictam proponit, quae ab iis attendi deberent, qui frustraneos saepius labores in auro quaerendo impendunt. Commixtio salis ammoniaci cum oleo vitrioli sine praecedente separatione solutioni et attenuationi metallorum commode adhiberi potest, qua de re experimenta varia, circa cuprum instituta, adducuntur. Solutionem salis ammoniaci secreti ad balsama et aromata recludenda non nulli commendant, et inde per abstractionem egregium liquorem parari asserunt, sed Cl. Auctor contrarium ostendit. Asserit enim, praecipuam oleosam et resinosam partem per acidum vitriolicum destrui et in substantiam sulphureo terrestrem mutari. Sal nostrum pro usu medico ut sal medium sulphureum et subtile redditum adhiberi potest; resoluente enim et diuretica virtute non destituitur.

4) *De locustis orientalibus, quarum agmina itinera* p. 83
instituunt, et anno 1750 Marchiam brandenburgicam quoque deuastarunt, differit Cl. GLEDITSCH. Quanta damna segetibus et omnibus in uniuersum vegetabilibus, haud numeranda insectorum copia inferat, vix satis declarari potest. Non nulla de his generatim adducit Noster et potissimum ad locustas orientales, gregatim volantes, describendas se conuertit. Hae ab anno 1733 ad annum 1739 in Marchia electorali, sed numero pauciores inuentae et a frigore hyemali tandem extinctae fuerunt. Postquam vero 1748 ex desertis Tartariae locis in Hungariam, Transsyluaniam et Poloniam migrarunt et non nullae usque in Scotiam et vicinas insulas penetrarunt, haud paucae quoque passim in Marchia brandenburgica obseruatae

fuerunt. Potiſſimum autem aeſtate anni 1750. et Polonia in ducatum Croſnenſem, Luſatiam inferiorem et varia loca Marchiae brandenburgicae penetrarunt. Licet igitur varia de his locuſtis earumque natura, ſpeciebus, migrationibus conſignata inueniantur, et Cl. virorum, FRISCHII et ROESELII obſeruationes laudari mereantur, in his declarandis tamen et Cl. Auctor operam ſuam collocauit, et praecipua obſeruata in hoc commentario expoſuit.

p. 88. Recenſentur vero octodecim locuſtarum * ſpecies, et a cicadis, ad quas LINNAEVS ranatram et laternariam quoque refert, diſtinguuntur: hae enim nec ſtridunt, nec pedes ſaltatorios habent, aliasque metamorphoſes ſubeunt. Quatuor vero diſtributiones locuſtarum ſiſtit Cl. Auctor et iconibus additis illuſtrat. *Prima* oſtendit antennas ſeu cornicula longiora et longiſſima, et foeminae ſimul gaudent vagina genitali extra corpus protenſa. Huic ſex ſpecies adſcribuntur. *Secunda* quoque antennis longioribus inſtructa eſt, ſed foeminae genitali tuba, extra corpus prominente, carent. Huius quatuor ſunt ſpecies. *Tertia* antennas breuiores et breuiſſimas oſtendit, et foeminae genitali tuba extra corpus prominente gaudent; hic unica ſpecies, ſcilicet orientalis aculeata, recenſetur. *Quarta* antennas quoque breuiores obtinet et foeminae genitali vagina extra corpus prominente carent.

p. 91. Agmina locuſtarum orientalium ut nubes coelum obſcurius reddunt, et ſubſidentia primum herbas ſuculentas optimas, ſi autem eae deficiunt, vegetabilia cuncta duriora, amara, acria, immo cortices arborum deuorant. Dum vero vagabundae oberrant ſaepiusque loca mutant, famem diu ferunt, et tunc minores

* Gryllum LINNAEVS dicit, et ad inſecta coleoptera refert, praeter ea vero huic generi antennae ſeraceae, elytra membranacea, aliformia, anguſtiora, thorax compreſſus angulatus et pedes ſaltatorii adſcribuntur: vid. Syſtem. Nat. Edit. Stockholmiae, 1748. p. 59.

minores manent, noſtratibus non adeo diſſimiles. Obſeruauit vero Noſter, tres mares cum una foemina coitum exercuiſſe, quod copiae ouorum, non niſi iterato coitu foecundandorum, adſcribit. Foemina huius ſpeciei vagina genitali extra corpus prominente non inſtructa, vel ſparſim diſſeminat ouula, vel eadem in terram, in primis in loca fabuloſa et decliuia, collem arbuſtis referta, recondit. Hoc quoque notatu dignum in primis eſt, animalcula haec rapacia in oeſtro venereo ſaepius ſe inuicem deſtruere, et mordendo laedere; non tantum autem mares in alios ſimiles, ſed et in foemellas ſaeuiunt, earumque corpora dilacerant. Praeter has ſtrages poſt coitum et ouorum depoſitionem mares et foeminae debilitantur ſenſim et moriuntur. Varia nunc de remediis ad exſtirpationem aptis, nec non de quintuplici metamorphoſi huius inſecti proponuntur; cum autem remedia huic metamorphoſi adaptanda ſint, eandem nunc recenſebimus, illa ex peculiari libello paulo poſt indicaturi.

Prima periodus locuſtarum a fine ſeptembris vel p. 100.
initio octobris ad finem circiter menſis maii producitur, ubi in ouulo reclusa futuram expectant excluſionem. *Secunda periodus* quatuordecim dierum ſpatio abſoluitur, ubi ex ouulo excluſae locuſtae repunt, et et vicinas plantas propullulantes deuorant. *Tertia periodus*, quae ſtatus adoleſcentiae dici poſſet, uſque ad menſem iulium protrahitur, ubi ita creſcunt, ut membra omnia naturalem magnitudinem et proportionem acquirant, alis exceptis, quae adhuc in vagina quadam continentur. Paulo poſt uſque ad medium dicti menſis, in Marchia potiſſimum brandenburgica *quartam periodum* attingunt; tunc nimirum alas ſuas euoluunt, in agmina congregantur et campos deuaſtant. *Quinta* tandem *periodus* a fine auguſti uſque ad finem ſeptembris producitur, ubi negotium generationis abſoluunt et paulo poſt moriuntur.

5) *Obſeruatio phyſica de planta quadam, quae prope ſcaturiginem thermarum carolinarum in Bohemia creſcit et Tremella thermalis gelatinoſa, reticulata, ſubſtantia veſiculoſa dicitur.* Auctore Cl. SPRINGSFELD. Prope ſcaturiginem thermarum carolinarum tophaceae cruſtae reperiuntur, quibus materia copioſa viridis ſingularis prorſus fabricae accreſcit, quam efflorescentem maſſam vitriolicam dixerunt non nulli. Noſter vero ad regnum vegetabile retulit, et iam alibi * muſci ſpeciem dixit. Poſt ea Cl. SECONDAT in deſcriptione aquarum calidarum Galliae ** non tantum idem obſeruauit, ſed et conſentientem addidit Cl. HILL, qui prope aquas Bathenſes in Anglica eandem maſſam viridem conſpexit, quam et Cl. Auctor ad fontes Toeplicenſes poſt ea inuenit. Plantae huius congeriem Cl. SECONDAT ſub aquis calidis potiſſimum detexit, Noſter vero non tantum ad ſcaturientem aquam inuenit, ſed omnibus partibus, quas vapor calidus tangit, eam accreſcere vidit, id, quod auctiori aquarum carolinarum calori tribuit, cum hoc vapore quaſi nutriantur plantae.

p. 104. Tres autem plantae ſpecies, vel ſi mauis varietates, deſcribit Cl. Auctor. Prima flaueſcens eſt, ſecunda viridis, tertia nigricans, quae ut microſcopio viſae apparent, in tabula addita delineatae exhibentur. Prima ſpecies eſt ſpongioſa, ſatis ſpiſſa et collectionem veſicularum fiſtit, in aequali praeter ea et perforata ſuperficie gaudet foraminulis, ad interiora tamen non penetrantibus, et licet veſiculae, inſtar telae celluloſae in animalibus, inter ſe communicare videantur, experimento tamen inſtituto, per communicantia oſtiola inflari non potuerunt. Cum tamen planta

* vid. D. G. C. SPRINGSFELDS *Abhandlung vom Carlsbade. Leipzig, 1749. 8. p. 134.*

** Obſervations de phyſique et d' hiſtoire naturelle ſur les eaux minerales de Dax et de Bagneres, etc. par M. SECONDAT, à Paris, 1750. 8. p. 12.

planta ut rete appareat, hoc eſt, interſtitiis et eminentiis conſpicua ſit, reticulata omnino appellari potuit. Veſiculae aere elaſtico repletae eſſe videntur, cum tactae motum quendam reſiſtentiae elaſticae ſiſtant. Planta ipſa, microſcopio viſa, praeter veſiculas, corpuſcula quaedam viridia oſtendebat, filamentis inter ſe iuncta, quae forte ut ſemina conſiderari merentur. Secunda ſpecies tenuior eſt, tophum inueſtiens, et ſine hac matrice vix ſeparanda, quae microſcopio viſa inſtar arboris Dianae chemicorum ſe expandit. Tertia ſpecies ad primam magis accedit, ſed viſcida eſt, et quoniam veſiculae filamentis cohaerere videntur, filamentoſa dicitur.

Ratione generis planta Noſtra ob membranaceas p. 107. expanſiones ad algam, ob veſiculas vero ad fucum referenda eſſet: Cl. DILLENIVM tamen ſequutus eſt Noſter, et ad tremellam retulit, cum tacta quodam modo tremat; Quoniam vero DILLENIVS et folioſas et tubulares et gelatinoſas tremellas coniunxit, Cl. HILL tria diſtincta genera inde formauit, quorum illud, quod gelatinoſas ſiſtit, Collema audit, quorſum etiam noſtra planta reducenda eſſet.

X.

D. IOH. GOTTLIEB GLEDITSCH *Abhandlung von Vertilgung der Zug-Heuſchrecken, und den eigentlichen Hülfsmitteln, die ſich auf eine richtige und Naturmæßige Erkenntnis dieſes Ungeziefers gründen. Auf Genehmhaltung und* Approbation *des Königlichen* Collegii Sanitatis *zu Berlin herausgegeben. Berlin und Potsdam, bey Chriſtian Friedrich Voſs. 1754. 8. 4½ Bogen.*

Hoc eſt:

Tractatus de exſtirpandis locuſtis, gregatim volantibus, verisque contra eas remediis, ex accurate cognita inſecti huius natura deductis. Conſenſu Regii Collegii Sanitatis, quod Berolini eſt, edita a D. IO. GOTTLIEB GLEDITSCH.

Cum locuſtarum differentias, naturam, et praecipuas quinque periodos ex fuſiori Cl. Auctoris tractatione paullo ſuperius expoſuerimus, nunc potius ad conſilia, quae hic libellus exhibet, et remedia conſideranda nos conuertimus. Ab ouo igitur incipiens Cl. Auctor ex ultima periodo quaedam ſe interſeruiſſe praemonet, ſine quibus vix ſuſcipi poterat oui contemplatio. Locuſtae nimirum, poſt ultimam deſquamationem nouis inſtructae alis, nocere ſenſim deſinunt, de propagando potius ſollicitae genere. Hinc agmina earum a ſe inuicem diſcedere, aptaque congreſſui loca ſolent quaerere, mare in primis alarum pedumue ſtridore adliciente feminam. Loca vero amant ipſae altiora, verſus meridiem orientemque ſita, calida, arenoſa et ſicca, ideo, quod ſua oua hic facilius ponere, meliusque contra iniurias abſcondere femina poſſit. Pinguis contra terra, pon-

p. 7.

p. 9.

 derosa,

derosa, limosa, viscida minime conuenit. Praeter p. 12.
loca si tempus congressus quaeras, illud pro differentia climatum, locorum, tempestatis, et nutrimenti earum modo erit maturius, modo serius; plerumque p. 14
illud apud nos incipit medio augusto post primam secalis messem, et ad finem octobris usque saepius protrahitur. Cl. GLEDITSCH diuersis temporibus noua locustarum iuuenum inueniens examina, triplicem dari statuit pullorum differentiam, aliam maturiorem, mediam alteram, atque aliam serotinam. Ex qua etiam noxam earum aestimare, summamque remedia quaerendi necessitatem perspicere licebit abundantius. Iam ipsorum ouorum consideratio sequitur.

Locusta femina plerumque gerit in ouario suo a p. 18.
centum et triginta, triginta quinque ad quinquaginta usque oua, quae iteratis vicibus in terram deponit sub forma glomeris oualis, mucosi, sensim durioris facti. Talis glomer continet modo quadraginta, modo plura oua, fistitque corpus oblongum, interdum cylindricum, plerumque conicum, plus minus incuruatum, digiti circiter longitudine; variat vero figura eius pro loci, quo continetur, differentia. Inuolu- p. 19.
cro quodam obducitur hic glomer, ex singulari muco facto, quem femina simul cum ouis de se mittit, quique sensim induratus oua in situ retinet. Mucum p. 20.
hunc in peculiaribus vasis secerni, valde probabile est, in primis cum saepe sine ouis solum eundem emittat femina post coitum, licet non foecundum, qui deinde eandem nactus formam, ac verus glomer, fatuum glomerem fistit. Ipse autem mucus nomen li- p. 23.
quoris partus a Cl. Auctore sortitus est. Oua in glome- p. 24.
re perfecto oblique sibi imposita sunt, stratis eorum semper se inuicem contingentibus, ita, ut cylindrum fere exhibeant. Oua haec suo inuoluta muco, multum quidem iniuriarum ferunt, pinguis tamen et lutosa terra, nec non pluuiosa frigidaque simul tempestas ipsis potissimum est exitio. Animalia quoque va- p. 26.

ria insignem eorum destruunt copiam, nobisque quasi viam monstrant exstirpandi tam nociuum insecti genus.

p. 27. Ad remedia igitur contra locustas si respexeris, duplicia adfirmat Cl. Auctor esse eadem, primum nempe iteratam agrorum arationem, alterum ipsorum ouorum collectionem. Primum quod attinet, extra consuetum tempus terram aratro vertere opus non est, sed, quae sub autumni initio et primo vere instituitur, aratio sat magnae destruendae ouorum copiae sufficere poterit; sola tamen haec tollendo malo non
p. 31. sufficit. Iteratam hanc agrorum arationem excipit ouorum collectio, ut alterum remedium, locustis in ouo enecandis in primis aptum. Laborem hunc, licet molestum, qui subeunt, multi adhuc inueniuntur, quin pueri et feminae pro leui mercede suscipere eum possunt. Oua locustarum quoque facile distingui ab illis cicadarum poterunt et figura et multitudine. Vere autem ineunte colligenda ea sunt, quam primum id permittat tempestas; neque incongruum esset, vel octobre et nouembre mensibus hunc susci-
p. 34. pere laborem. Lege ipsa sancitum est in Marchia Brandeburgica, ut quicumque iugeri unius possessor primo anno ante, quam foetus locustarum se diffundat, duas mensuras, ouis locustarum plenas, magistratui offerret, vel si deficiant oua, pecunia solueret. Quae oua omnia deinde publice cremantur igne, ne una mensura plus vice simplici offeratur, vel loco
p. 36. ouorum arena tradatur. Exempli loco refert Cl. GLEDITSCH, urbem Drossenam $212\frac{1}{2}$ mensuras oporum exhibuisse anno 1752; mensuram vero semis esse ponderis librae unius medicae vel 24 unciarum, atque comprehendere in se numerum $39,272\frac{8}{11}$ ouorum ex computo facto, indeque integrum modium, qui pondo triginta duorum est, ouorum 1, 256, 727, ut adeo in supra dictis $212\frac{1}{2}$ mensuris adsumere liceat sine errore 16, 690, 905 ouorum. Patebit ex hoc exemplo,

exemplo, quanta omnino ouorum collectionis sit necessitas aeque ac utilitas in delendis prorsus locustarum seminibus, quanta contra ex neglecta eadem futura sit agris totisque regionibus noxa. Atque hic finis esto factarum de prima periodo animaduersionum.

Altera periodus ab exclusione foetuum ex ouis in p. 41.
cipit, duratque ad secundam usque desquamationem eorundem, id, quod circiter mensibus aprili, maio, iunio contingit. Foetus hi primum debiles, neque agmina formant, inde inuentu difficiles; superata vero prima desquamatione, tenero suo, obscure rubicundo vel nigricante colore facile deteguntur, in primis magna iam agentes examina. Petunt tunc loca plana, arenosa, solis radiis exposita, iterumque ab ingruente frigore vel pluuia se se abscondere festinant. Vix vero adferunt multam hi foetus noxam, rore tenerrimisque pasti graminum germinibus, donec secundam post desquamationem validiores facti plus pabuli quaerant. Sed facile erit hos detegere et in fossas sepelire omnes.

Post secundam desquamationem tertia orditur lo- p. 43.
custarum periodus, duasque iterum complectitur earum metamorphoses, tertiam nempe et quartam cutis depositionem. Haec periodus est omnium pernicioſissima ideo, quoniam infecta haec, naturalem nacta magnitudinem, plus sibi quaerant pabuli. Tunc autem eas, suorum pedum perfecta vi cum nondum gaudeant, eodem modo, ac ante, in fossas propellere, iactaque super terra sepelire conuenit, ante quam se se in agros diffundant, pluraque forment examina, quae, ut supra de foetu maturo, medio et serotino dictum est, etiam vel mature, vel media aestate, vel tardius inueniuntur. Vt autem haec sepultura lo- p. 49.
custarum maiori cum sollertia, neque nimis festinanter instituatur, necesse est, ne ad fossarum ripas ex arena plures emergant fugamque quaerant. Cum his

iuuenibus adhuc locuſtis experimenta fecit Cl. Auctor, eas immittens in urinarium cum magna portione ceſpitis, gramine canino ſupino minore ornati, id, quod etiam aliquot dies poſt conſumſerant radicitus; aliae vero locuſtae, immiſſae in vitrum, paſtaeque cicuta, perierant omnes. Haec valent inter ſecundam et tertiam deſquamationem; ſed inter tertiam et quartam iam difficilius eſt eas exſtirpare deſquamationem. Tunc enim perfectiores factae locuſtae ſegetes petunt, et ſecali in primis, tritico, auenae et hordeo infeſtae, lino contra, fagopyro, viciis et ciceribus parcere viſae ſunt.

p. 53. Praematuram frumentorum meſſem vix laudare vult Cl. Auctor, ut remedium contra locuſtas ſit, ut potius ab uno propulſae agro, in alterum agrum, idque maiori multitudine et impetu, cogantur ſe ſe dare praecipites. Quo modo praeter ea migrantes iſtae ſua forment agmina, fuſe deſcribit Cl. Auctor, exponitque accuratius praeueniendi illis remedia. Nimirum propellere eas, alis nondum inſtructas, conuenit, tempeſtate pluuioſa frigidiori vel rore multo delapſo, atque tunc ad propellendas eas uno eodemque tempore ruricolas unitis viribus omnes oportet concurrere; cauendum autem iis eſt, ut ex agris foecundis propellantur in vias publicas, in arenoſa inculta-que loca, atque ut altero loco propulſis locuſtis opponantur pueri, qui eas irruentes fuſtibus vel ſurculis occidant. p. 59. Quod ipſam propulſionem attinet, eum in modum illa ſuſcipitur, ut aliquot homines laqueum, cui faſciculus ſtramineus vel ligneus alternatim infixus eſt, transuerſim ſuper agrum ad longitudinem eius trahant. p. 62. Porro ad quartam deuenimus locuſtarum periodum, qua poſt quartam deſquamationem alas liberas accipiunt, noxiaſque ſuas ad diſſitas terrae regiones ſuſcipiunt migrationes. Quarum cauſae, ex FRISCHII ſententia, venti, tempeſtas, pabulum, oeſtrique venerei tempus eſſe ſolent. Ad nos vero plerum-

plerumque ex Asia orientali peruenisse eas omnes docent historiae. Si iam oriatur quaestio, quo modo migrantibus his et impetuose irruentibus locustis se se opponere cum successu liceat? Difficile est, immo vix locum habet umquam propellere alatas illas, ut, si etiam propulsae fuerint, mox reduces factae, alias se cum ferant turmas. Hinc hac aetate locustas delere cum vix possint ruricolae, ad ouorum collectionem ut confugiant, necesse est.

Tandem vero quinta periodus et ultima, quae p. 69.
tempore oestri incipit, et qua magna earum agmina se se separare solent, locustas facile delendas nobis exhibet. Ipsae enim quamuis, post repetitum aliquoties congressum, positisque ouis suis, languidae aegrotaeque factae, tandem moriantur, temporis tamen huius, quod sub finem octobris ingruit, ratio habenda est sedulo. Cum insuper locustae in congressu ipso multae se mutilare, immo internecare solent, ut supra exposuimus, magnum tunc earum numerum illis in locis occidere, pedibusque calcare poterunt rustici. Vel si pueros quis doceat, quae sint locustae feminae, ouis grauidae, illi quotidie earum 240, facile adferre; atque ita, si quaelibet locusta habeat oua quinquaginta, quotidie 12000, uno hebdomode 48000, mense uno 192000 ouorum destruere poterunt. Haec itaque sunt, quae locustis delendis inseruire posse censuit Cl. GLEDITSCH consilia.

XI.

XI.

D. CHRISTIANI GOTTLIEB LVDWIG, Phyſiologiae P. P. O. B. M. V. Colleg. et Acad. Reg. Boruſſ. Scient. Sodalis - Inſtitutiones Pathologiae praelectionibus academicis accommodatae. Lipſiae ex officina Gleditſchiana, 1754. 8. pl. 11½.

XII.

Eiusdem Inſtitutiones therapiae generalis praelectionibus academicis accommodatae. Ibid. 1754. 8. pl. 10½. ſine praefat.

Ante hos duos annos, cum phyſiologiae inſtitutiones ederet, reliquas etiam medicinae partes ſe exaraturum eſſe promiſerat Cl. Auctor; quam tum temporis datam fidem ipſum nunc liberaſſe, ex libris iam iam adductis pateſcit, quorum hic loci rationem dare iure quodam tenemur, cum doctrinae, quas continent, illis, quas modo dictae phyſiologiae inſtitutiones exhibent, ſuperſtructae ſint principiis, a nobis ſuo tempore indicatis *. Eos etiam ſibi iungere hocque modo lectoribus noſtris enarrare commode poterimus, quum unus alteri reſpondeat, et huius ille contineat fundamenta; in utroque autem una eademque ſeruata fuerit docendi methodus, facilis nimirum, perſpicua atque tironum capacitati apta. Inſtitutionum itaque medicarum ſummam Cl. Auctor nunc abſoluit, quas fini ſuo, in quem conſcriptae ſunt, admodum accommodatas eſſe, quilibet aequus iudex intelliget, licet pro ſua, quam omnes norunt, modeſtia, eas non omnem artis ſalutaris ambitum exhaurire, ſed eius ſaltem proponere fundamenta profiteatur, ideoque ſe, muneris ſui rationi ſatis facturum, et ſibi ſuisque tantum ſe ſcripſiſſe dicat auditoribus, ut nimi-

* vid. Comment. noſtr. Vol. II. Part. I. p. 141. ſeqq.

nimirum habeat normam, ad quam eo facilius in praelectionibus ſuis animi cogitata cum illis communicare queat. Attamen, licet verum ſit, mera tantum noua in eius modi compendiis quaeri nec debere neque poſſe, quisque huius ſtudiorum generis peritus probe perſpiciet, tale opuſculum omnino multum requirere ſtudii atque laboris, quo neceſſaria a ſuperfluis, certa ſeparentur a probabilibus, cuncta vero ita ordinentur, ut ab iis, quae in ſenſus cadunt ideoque intellectu reliquis ſunt faciliora, ad alia magis abſtruſa atque difficilia fiat tranſitus, nec quidquam dicatur, quod non vel in iam antea dictis fundatum ſit, vel iis, quae adhuc dicenda ſuperſunt, vim atque lucem conciliet.

De *pathologiae* igitur *inſtitutionibus* nunc primum p. 1.
dicturi, e prolegomenis, huic opuſculo praemiſſis notamus, quaeſtionem a Cl. Auctore moueri: an non ita pertractari et cum phyſiologia comparari poſſit pathologia, ut in explicando corporis aegroto ſtatu idem ſeruetur ordo, qui antea in exponendo illius ſano fuerit ſeruatus? Re tamen accuratius perpenſa, intellexit, a methodo, qua alii auctores huc uſque uſi fuere, nec ipſi eſſe recedendum: ſanitatis enim ideam in omnibus hominibus unam eandemque; aegroti vero corporis ſtatus tot fere differentias eſſe, quot dantur homines. Morborum igitur eorumque cauſarum generalis, et ex principiis phyſicis deſumta, conſideratio praemitti debebat ſpeciali eorum inueſtigationi, ſiue ſic dictae ſymptomatologiae et, quae immediate ad eam pertinet, ſemioticae; in qua utraque vero explicanda idem ordo obſeruatus fuit, ad quem variae corporis ſani actiones in phyſiologia expoſitae fuerant. Melius tamen patebit ordo omniumque contentorum ratio, ſi tabulam totius opuſculi ſynopticam hic apponamus:

Pars

p. 3. Pars I. *Nosologiam* seu generalem morborum considerationem sistit; agit itaque

Cap. I. De morbo in genere eiusque diuisione.

II. De differentiis morborum essentialibus: scilicet

Sect. 1. De morbis particularum, solida et fluida componentium.

2. De morbis fluidorum.

3. De morbis solidorum.

4. De morbis partium compositarum, viscera et organa constituentium.

III. De differentiis morborum accidentalibus.

Pars II. *Aetiologiam* seu causas morborum explicat, atque ita agit

Cap. I. De causis morborum in genere.

II. De causis occasionalibus.

III. De causis praedisponentibus.

IV. De causa proxima.

Pars III. *Symptomatologiam* siue effectus morborum sufius proponit et ideo agit

Cap. I. De symptomatibus in genere.

II. De circulo sanguinis laeso.

III. De secretione laesa.

IV. De nutritione laesa.

V. De affectionibus morbosis fluidi neruei et neruorum.

VI. De sensus et motus laesionibus.

VII. De vitiis digestionis.

VIII. De vitis chylificationis.

IX. De respiratione laesa.

X. De excretione cutanea laesa.

XI. De excretione urinae laesa.

XII. De sensuum externorum vitiis.

XIII. De sensuum internorum et somni vitiis.

XIV. De morbosis organorum generationis affectionibus.

Pars

Pars IV. *Semioticam* pathologicam seu signa morborum exponit; agit igitur

Cap. I. De signis morborum in genere.

II. De signis morborum anamnesticis.

III. De signis morborum diagnosticis; explicat igitur

Sect. 1. signa rigiditatis.
2. signa laxitatis.
3. signa unitatis solutae.
4. signa spissitudinis humorum.
5. signa tenuitatis humorum.
6. signa acrimoniarum.

Cap. IV. De signis morborum prognosticis.

Sect. 1. ex actionibus vitalibus
a) circulatione sanguinis et pulsu
b) respiratione
2. ex actionibus animalibus, motu, sensu et somno.
3. ex actionibus naturalibus
a) digestione et chylificatione
b) secretionibus
α) urinae
β) sudoris et reliquis.

V. De signis mutationis morborum in cruditate, coctione et crisi.

En totius opusculi conspectus! Addamus nunc adhuc aliqua, ex eo ipso hinc inde depromta. Sanitas, qualem definiunt physiologi, vix ullo in homine deprehenditur esse perfecta: attamen homo nondum dici solet aegrotare, dum modo plurimis corporis actionibus subeundis atque praestandis par esse queat. Debilis enim tantum appellatur is, qui corporis sui functiones non cum debita constantia, sed cita peragit defatigatione. Quando autem praeternaturalis aliqua corporis dispositio unam alteramue eius actionem

nem laedit, tunc demum adeſſe morbus dicitur.
p. 7. Haud apte igitur non nulli morbum definire videntur, qui eum omnium, quae praeter naturam in corpore eueniunt, complexum appellant, ideoque morbum ipſum a ſuis cauſis atque accidentibus non ſatis diſtin-
p. 8. guunt. Morborum quidem origo eum poſtulare videtur ordinem, ut a cauſis ad ipſarum effectus ſiue mutationes, in ipſo corpore productas, quas propriae morbos dicimus, progredi debeant pathologiae doctores: cum vero non omnes morbi per cauſarum ſcrutinium, ſaepius autem per ſymptomatum conſiderationem detegantur, tironum gratia ille ordo debet inuerti, ita ut cum generali morborum inueſtiga-
p. 9. tione tractationis fiat initium; etiamſi nec hoc modo omnium morborum rationem dare, eosque per mechanicas tantum corporis leges explicare poſſimus, cum et animae actiones ſaepe laedantur, nec intima neruorum natura nobis pateat. Eatenus itaque morbos exponet medicus, quatenus a corporis tantum
p. 10. dependent qualitatibus. Quid? Quod et hoc reſpectu ipſi ſit difficilimum, quin et ſaepius impoſſibile, ad prima, ex quibus corpora conflantur, elementa regredi, eorumque laeſam proportionem aut mixtionem definire. Hinc modo clara demum uſuique aptior fit tractatio, quando ad collectionem uſque ag-
p. 13. gregatarum particularum deducta fuit, v. c. ſi fluida corporis collectiue ſumta, reſpectuque ad ſolida continentia habito, conſideraueris, tum quantitatis eorum laeſio adeſſe poteſt vel ratione copiae vel inopiae.
p. 14. In priore caſu adeſt plethora, quam in genere non ſanguinis tantum, ſed omnium humorum abundantiam appellare mauult Cl. Auctor, exiſtimans nimirum, haud dari plethorae ideam, ea niſi actionum ſimul laeſionem, vel eam quoque leuem, inuoluat; inde enim intelligi, vere abundare humores. *Si enim*, inquit, *rubicunda pars ſanguinis cum ſero quidem aequabiliter unita eſt, ſed moles haec ſanguinis maior de-*

preben-

prehenditur, quam quae a ſolidis contineri et in motu ulteriori perficiendo ſuperari poſſit, dicitur plethora vera, quae ideo, quoniam in geneſi ſua cum humorum deprauatione non coniuncta eſt, unica et ſola plethorae ſpecies dici meretur, etſi et haec, intercedente temporis ſpatio, corruptionem humorum inducit. Huic ge- p. 15.
neri plethorae verae dictae tres alias ſpecies, *ſpurias* quaſi ab eo nominatas, iungit: *nempe obeſam, ubi ſucci nutritii, ex bono ſanguine ſecreti, cum ſolidis non prorſus apponi queant, in caua et cellulas reponuntur easque diſtendunt:* porro aliam *a debilitate* dictam, *qua quidem copia humorum, in primis viis rite elaboratorum, per bonam chylificationem ad ſanguinem deducitur, quae tamen ob imbecillitatem neruoſi ſyſtematis et defectum appoſitionis in minimis ſolidis coerceri non poteſt, ſed, licet maſſa humorum in ſe non abundet, effectus verae plethorae producit:* tandem tertiam *cacochymicam* appellatam, *ubi humores corrupti abundant, quo in caſu tamen magis ad qualitatem, quam ad copiam reſpiciendum eſt.* De cacochymia Cl. Auctor p. 16.
ita ſtatuit, ut tenuitatem humorum nimiam, eorumque ſpiſſitudinem tum pituitoſam, cum atrabilariam, tandemque variam acrimoniam eo nomine comprehendat. Ipſius vero acrimoniae humorum genus in p. 18.
redundantia ſalium ponit, quarum differentiae variam quoque acrimoniae notionem definiunt, ita, ut vel acida occurrat, vel muriatica, vel alcalica, ſeu potius ob ſalis communis in corpore ſemper praeſentis cum particulis alcalinis volatilibus combinationem, ammoniacalis dicenda, et inde tandem facile oriunda acrimonia oleoſa rancida ſiue bilioſa, quae in bile potiſſimum acri facta obſeruari ſolet. In ſectione tertia p. 20.
de morbis ſolidorum has ultimas corporis partes ex duplici ratione conſiderat Cl. Auctor, tum qua fibras in ſe ſpectatas, tum qua canales, ex illis conuolutis ortos. Ex illo reſpectu naturale earum robur a particularum in ſe ſe inuicem niſu pendens vel auctum,

rigiditatem, vel imminutum, laxitatem; alterum vero illud vitale, a neruis oriundum, vel, ſi nimis auctum ſit, ſpaſmum, vel imminutum, debilitatem ſiſtit. Debilitatis itaque notio et fibrae rigidae et laxae competere poteſt, ſatis tamen explicari nequit, quum intimam ipſius fluidi neruei indolem agendique modum
p. 23. nobis non patere, ex phyſiologia conſtet. Solida vero, qua canales conſiderata, cauitatis ſuae vel auctae, vel imminutae, vitia recipere poſſunt. Ad illa pertinent vaſorum orificia nimis ampliata, vel latera eorum a ſe inuicem ſecedentia, vel plenaria quoque ruptura; ad haec autem obſtructio, compreſſio, collapſus ipſorum canalium, unde tandem vera eorum coalitio luminumque obliteratio oriri poteſt. Poſtquam, reliquis pathologiae partibus explicatis, ad partem eius ultimam, quae ſigna morborum exponit, deueniens Cl. Auctor, eorum diuerſa genera tum in genere, tum in ſpecie, pro diuerſa cauſarum et effectuum indole, ſecundum corporis functionum ordinem, in phyſiologia receptum, explicauerat, facile quidem perſpexit, ſi vellet ſingulorum morborum ſigna ſigillatim addere, nimis amplam fore tractationem; attamen tirones in eo quoque inſtruendos eſſe, ut, ſi animum ad ſigna in aegris occurrentia attenderent, ex iis nunc collatis ipſorum morborum mutationes atque decurſum diiudicare diſcerent: ultimum ideo adiecit caput *de ſignis mutationis morborum in cruditate, coctione et criſi*, in quo hanc veterum valde utilem doctrinam in exemplo ex omnibus morbis praecipuo omniumque etiam frequentiſſimo, febribus ſcilicet acutis, ita propoſuit, ut haec theoria ad alios quoque morbos tum acutos, tum chronicos ap-
p. 159. plicari poſſit. Materia enim morboſa in corpore exiſtente, noui oriuntur motus, quibus illa eo modo immutatur, ut vel deſtruat corpus, vel ex eo expelli queat. Medicus itaque diiudicet hos motus, num augeant vim morbi; an ſalutares ſint? In priore caſu

eos

eos compeſcat; in altero autem, ſi moderati ſint, ſuſtineat; ſin iuſto debiliores, excitet. Varium itaque p. 160.
morbi ſtatum debet cognoſcere; unum cruditatis dictum medicis, quando nimirum vis morbi adhuc urget, humorumque deprauata mixtio excretioni nondum apta reddita fuit; alterum vero coctionis appellatum, quippe quae vel perfecta eſt, indolemque humorum deprauatam in bonam vertit, noxiis particulis e corpore eliminatis; vel imperfecta ſeu metaſtatica, ubi materia morbi collecta in alium locum defertur, nouique morbi faciem ſiſtit; vel denique nulla, quando ſcilicet particulae iſtae nociuae magis magisque extricatae ipſum corpus deſtruunt. In generali p. 166.
itaque ſenſu iudicium de quouis morbi euentu dicitur criſis; ſpecialius autem ea dicitur illa morbi mutatio, qua vel lente naturalis humorum mixtio reſtituitur, excretione materiae morbi non adeo manifeſta; dici ſolet λυσις ſiue *criſis reſolutoria*; vel qua morbi materia cocta, ſeu excretioni nunc apta facta et a viribus vitae auctis mota, e corpore per varia eius colatoria proſcribitur, ipſo inde morbo finito; nominari ſolet *criſis* ſtricte ſic dicta ſeu *euacuans*, ad quam referri debet iſta criſis *metaſtatica* dicenda, in abſceſſibus potiſſimum et exanthematibus, in cute prorumpentibus, conſpicua. Perturbationem vero criticam Cl. Auctor p. 170.
eum morbi ſtatum appellat, quando materia illius ad excretionem iam diſpoſita, vel ex ipſa ſui mala indole, vel ex negligentia medentis aut aegroti, in corpore iterum oberrare incipit, mortem ſaepius vel alium certe eumque chronicum morbum efficiens. Sed ſatis de his dictum ſit!

Properemus nunc ad *inſtitutiones therapiae generalis*, ſupra quoque adductas. In genere iam de iis monuimus, quod ita ſint conſcriptae, ut rationem ſuam habeant in praemiſſis pathologiae ac phyſiologiae inſtitutionibus eodem modo, quo illae in his fundatae fuerunt. Medicus enim, qui aegroti curam p. 1.

in se suscipiens sanitati eum restituere satagit, omnia quae ad sanum hominis statum pertinent, cognoscere debet, ut ex iis, de quibus aeger queritur, iudicare queat, quaenam corporis partes a naturali suo statu recesserint, et quaenam eius functiones fuerint laesae, ideoque ut intelligat, quaenam ipsi facienda aegroque applicanda sint, ut is vel perfectam sanitatem, vel eam certe in plurimis functionibus recuperet. Illud itaque iudicium dicitur indicatio medica, in cuius diuersis explicandis generibus omnis therapiae doctrina consistit. Medentis enim rerum, quae ad artem faciendam pertinent, cognitione satis instructi primum ante omnia est officium, ut vitam viresque corporis aegrotantis conseruet; alterum, ut causas morbi remoueat; tertium, ut ipsum morbum tollat; tandemque ultimum, ut symptomata, quae instans aegri vitae minantur periculum, ipsamque igitur morbi curationem impediunt, vel abigantur vel certe sopiantur. Exsurgunt inde quatuor sic dictae indicationes, vitalis nempe, causalis, curatoria et symptomatica, quibus singulis exponendis singularia quoque capita Cl. Auctor assignat, uti nimirum ex tabula, quae totius opusculi conspectum sistit, nunc subiungenda, apparebit:

p. 3. Pars I. Fundamenta therapiae generalis sistit; agit itaque

Cap. I. De praesupponendis in therapia generali,
II. De formandis indicationibus in genere.

Pars II. Indicationem vitalem seu conseruatoriam proponit; explicat ideo

Cap. I. Conseruationem virium per alimenta,
Sect. 1. nutrientia
2. roborantia.
II. Incitationem virium per medicamenta
Sect. 1. analeptica
2. stimulantia.

Pars

Pars III. Indicationem cauſalem, praeſeruatoriam ſiue prophylacticam exhibet; agit itaque

Cap. I. De erroribus diaetae corrigendis.
II. De venenorum efficacia infringenda.
III. De plethora imminuenda.
IV. De cacochymia corrigenda.

Pars IV. Indicationem therapeuticam ſiue curatoriam proponit; agit ideo

Cap. I. De rigiditate ſolidorum relaxanda.
II. De laxitate ſolidorum roboranda.
III. De unitate ſoluta combinanda.
IV. De tenuitate humorum inſpiſſanda.
V. De ſpiſſitudine humorum reſoluenda.
VI. De acido morboſo corrigendo.
VII. De alcalino morboſo corrigendo,
VIII. De motu nimio ſolidorum et fluidorum compeſcendo.
IX. De motu imminuto ſolidorum et fluidorum excitando.
X. De obſtructione vaſorum et viſcerum reſeranda.
XI. De euacuatione primarum viarum
Sect. 1. per vomitoria
2. per purgantia.
XII. De euacuationibus ſeroſis
Sect. 1. per ſudorifera
2. per diuretica
3. per ſialagoga
4. per ſternutatoria
5. per veſicatoria. cet.
XIII. De euacuationibus ſanguinis
Sect. 1. per phlebotomiam
2. per alios modos.

Pars V. Indicationem ſymptomaticam ſeu palliatiuam ſiſtit, et agit

Cap. I. De dolore compeſcendo.
II. De excretionibus moderandis.

p. 18. Vita hominis perdurat, quam diu ſanguis atque humores per eius corpus circumducuntur, id, quod non ſolum per elaſticum vaſorum motum, ſed per vitalem quoque fluidi neruei influxum praeſtatur. Duplex inde oritur finis, quem ante oculos habeat medicus, vitae vires conſeruaturus: unus, ut corpus aegroti per repletionem in fluidis, horumque applicationem in ultimis ſolidis nutriat; alter, ut neruos, ſi nimis languent, excitet, eorumque fluidi influxum in reliquas corporis partes iuuet. Prior quidem vires conſeruandi modus naturali ſimilis alteroque conſtantior eſt: primum tamen locum non ſemper obtinere poteſt. Vi enim morbi adeo progreſſa, ut vis vitae fracta admodum ſit, vitalibus praeſertim corporis actionibus languentibus, tum fluidum neruum vel per medicamenta volatilia neruisque grata, ſeu ſic dicta analeptica, vel per ſtimulantia in actione ſua iuuari debet. His quidem ſtimulantibus comprehendi quoque poſſe videntur analeptica: interim tamen, quum dubia ſemper maneat eorum omnium in neruos actionis explicatio; analeptica dici poterunt ea, quae acceſſione quadam, ad ipſum neruorum fluidum pertingente, reficiunt aegrum; ſtimulantia vero, quae ſolidiores eorum partes irritando, viuidiorem motum in iis excitant, qualia praeter frictionem ſinapiſmi ſunt atque veſicatoria. Ad illa non talia ſolum Cl. Auctor retulit, quae odore ſubtili gratoque immediate ſe commendant, ſed quae etiam relatiue tantum
p. 24. talia dici merentur. Ex his nominare licet acida cum vegetabilia, tum mineralia, praeſertim ſi ea cum alcohol vini combinata fuerint. Analepticae autem medicinae nomen eam ob cauſam merentur, quoniam putredini reſiſtunt, ideoque debilitati, ab humo-
p. 25. rum reſolutione ortae, medelam afferunt. Qua occaſione tamen, pace Cl. Auctoris, monere liceat, ipſum ſibi contradicere videri, quando de acidis aſſerit, lympham ea quidem, haud vero ſanguinem co-

gere

gere posse; coagulum tamen inflammatorium ea non augere, licet istud non soluant, sed aestum saltem compescant. Quodsi igitur coniecturae locus sit, prius de acidis mineralibus, alterum vero de vegetabilibus, nisi scilicet iis mel vel aliud simile fuerit additum, dicere ipsum voluisse auguramur. Venenorum titulo ea corpora naturalia insignit Cl. Auctor, *quae corpori animali applicata, ex natura sua et mixtione, si non semper, saepissime tamen eius destructionem et mortem efficiunt*; quorum primaria secundum trium naturae regnorum ordinem recenset, simulque, quo modo eorum vis infringi debeat, docet. Mirari quidem aliquis posset, cur bina illa capita *de plethora imminuenda* et *de cacochymia corrigenda* ad eam opusculi partem referantur, quae de indicatione causali seu prophylactica agit. Notari autem debet, utrumque illum corporis statum duplici modo considerari posse, ab initio nimirum, ut causam morbi, in progressu autem demum, ut morbum ipsum. Tradit itaque tertium caput regulas, quo modo varia iam supra a nobis quoque enarrata, plethorae genera tolli queant; quartum vero, qua ratione incipiens humorum deprauatio siue cacochymia corrigenda sit; quo in utroque casu ad diaetam potissimum respiciendum est, ut errores in ea commissi detegantur, ideoque prima inde orientium morborum causa emendari, iisque ipsis subnascens occasio praeripi possit. Inter medicamenta, quae corporis robur augent atque confirmant, optimo iure omnium primum refert Cl. Auctor corticem peruuianum, debitae bonitatis notis egregium, siue in infuso, siue in substantia, uti solet dici, eum adhibere velis, cuius vires vel et in minimis corporis partibus se se exserunt, et in primis valde conspicuae sunt post grauissimos superatos morbos, in statu sic dictae conualescentiae, quin et in iis ipsis, v. c. gangraena febribusque continuis, quibus iudicandis superstites aegri vires impares esse deprehendi-

p. 32.

p. 44.

p. 60.

p. 63. hendimus. In humoribus quoque non ſatis elaboratis aut male mixtis caute datus prodeſt, ac intermittentes febres vel excitat, vel, ſi adſint, typum vero certum haud rite ſeruent, in ſuum ordinem redigit.

p. 156. Pauca adhuc addere liceat de indicatione ſymptomatica. Quando enim effectus morbi, eius cauſae vel ſymptomatum, nimis efferos ob inſtans vitae periculum mitigare aut compeſcere cogimur, ipſa morbi cauſa relicta, morbum palliare dicimus. Sitis quidem, vigiliae, virium proſtratio, dolor, nimiaeque excretiones huc referuntur ab auctoribus: quum bini autem priores haud facile, niſi ipſis eorum cauſis ſublatis, tolli queant; tertio vero ex capite de indicatione vitali occurrendum ſit; remanent tantum bini ultimi: doloris atque excretionum vehementia. Doloris cauſa proxima *in ſerie fibrarum inaequaliter tenſarum* ponitur, *ita, ut aliae fibrae influxu fluidi nervei moueantur, vicinis non ex natura ſua, ſed per conſenſum, ſimul ductis;* cauſa vero efficiens, praeter ſolutionem continui, vel acre aliquod eſt, quod obſtructionem, vel obſtruens, quod diſtentionem, ideo-

p. 158. que etiam dolorem gignit. In eo igitur caſu, ubi non ſtatim cauſam eius tollere poſſumus, ei ſaltem palliatiue medentur ea remedia, quae vel elaſticitatem partis laeſae, vel nimium fluidi nervei impetum, ad illam directum, imminuunt, qualia ſunt vel emollien-

p. 160. tia vel anodyna. Excretiones tandem nimiae, quarum cauſa vel laxitas partium atque debilitas, vel unitas ſoluta erit, ideoque ad indicationis curatoriae leges non niſi temporis tractu auferri poterit, adſtringentium in primis medicamentorum, externe potiſſimum applicatorum, et opiatorum circumſpectum uſum exigunt.

Apparebit ex eo, quod adduximus, quanto ſtudio veram medendi methodum auditores ſuos docere annitatur Cl. Auctor, ut morborum originem diuerſasque cauſas et effectus, quorum unus ſemper alteri

praebet

praebet ortum, omniumque igitur nexum detegere atque perſpicere, indeque veram atque tutam morbos ipſos curandi viam ingredi diſcant. Quum porro nobis conſtet, ſpecialium quoque morborum doctrinam ita ab eo in collegiis proponi, ut ad omnium indicationum normam eos curandi rationem tironibus tradat, merito cupimus, ut et hanc ſic dictam praxin ſpecialem edere velit.

XIII.

GOTTLOB CAROLI SPRINGSFELD, M. D. Defenſio uberior per DANIELIS WILHELMI TRILLERI Exercitationem alteram pleniorem de remedio habenarum atque arundinum extorta, qua recepta lectio loci cuiusdam SVETONII denuo vindicatur, et illatae iniuriae remouentur. Halae, apud Ioh. Iuſt. Gebauerum, 1752. 4. pl. $5\frac{1}{2}$.

Cum Ill. TRILLERI Exercitationem alteram pleniorem *, quam Cl. SPRINGSFELD Epiſtolae medico-criticae ** oppoſuit, adduxerimus; ut huius defenſionis uberioris mentionem quoque faciamus, aequum ac iuſtum eſt. Eorum liti nos quidem non immiſcebimus: argumenta tamen, quibus priorem ſuam ſententiam defendit Cl. SPRINGSFELD, afferemus.

Poſtquam de grauitatis atque vehementiae exceſ- p. 4.
ſu, qua ad epiſtolam priorem reſpondit Cl. TRILLERVS, valde conqueſtus eſt Cl. Auctor, qui ob veterem amicitiam atque familiaritatem, quae inter illos interceſſit, literas amoebaeas ſe expectaſſe, aſſeuerat, cauſam narrat, quae illum ad edendam epiſtolam primam mouiſſet: cui rationem tandem addit, cur Cl.

* vid. Comment. noſtr. Vol. I. Part. I. p. 67.
** ibid. p. 65.

TRILLERVS alios celeberrimos viros, qui illi argumenta ſubminiſtraſſe dicuntur, falſo in ſuſpicionem adduxiſſet, quod vero inficiatur, et Cl. TRILLERVM hac in opinione ſe aliosque fallere, fidenter affirmat.

p. 12. His praemiſſis, ad argumenta Cl. TRILLERI, dubiis ſuis in epiſtolio prolatis, oppoſita ſe conuerit, illisque pondus deeſſe autumat. Prouocauerat ill. TRILLERVS ad teſtimonia et literas aliorum doctorum virorum, qui eius emendationem approbauerant: his autem non ſolum alias, prioribus diuerſas, ſed etiam diaria publica literaria, quae fere omnia Cl. Auctori applaudebant, opponit. Ad primarium nunc venit argumentum: num ſcilicet morbus AVGVSTI, ex quo claudicauit, et quem SVETONIVS ſequentibus memorat: *Coxendice et femore, et crure ſiniſtro non perinde valebat, ut ſaepe etiam inde claudicaret, ſed remedio harenarum atque arundinum confirmabatur*, arthritidis ſpecies, morbus nempe co-

p. 15. rum, an luxatio femoris, fuerit? Vt ultimum probet Cl. TRILLERVS, ſumſit pondus a Dalmatico bello, quo, teſte SVETONIO: *crus ruina pontis ſauciatum fuit.* Sed obiicit Cl. Auctor, SVETONIVM non addidiſſe, num dextrum, an ſiniſtrum crus fuerit? hinc ab hac laeſione morbum, de quo in vexato loco ſermo eſt, non poſſe deriuari. Addit *ſauciatum* idem eſſe, ac vulneratum, quod tantum de carnoſis partibus intelligitur, nunquam autem fractum, vel luxatum os indicare. Et ſi faceret quoque, quod tamen ob praecedentia nemo unquam concederet, crus ſiniſtrum pontis ruina luxatum et fractum fuiſſe: minime tamen inde comprehendere poſſet, unde factum ſit, AVGVSTVM toto pede ſiniſtro, coxendice ſcilicet, et femore et crure, non perinde valuiſſe, cum ſolum crus laeſum vel fractum fuerit. Deinde, ſi pontis ruina ita laeſus fuiſſet AVGVSTVS, ut etiam inde claudicaret, per totam vitam illum claudicaſſe neceſſe eſſe contendit, quia *dalmaticum bellum ado-*

leſcens

leſcens geſſit, referente ibidem SVETONIO: hoc vero neque ceteri ſcriptores coaeui, neque SVETONIVS ipſe adnotare obliti fuiſſent. Contra ex aliis locis SVETONII clarum reddit, AVGVSTVM neque luxata habuiſſe oſſa, neque ſemper et per omnem vitam claudicaſſe: e. g. ex Cap. 79. *Forma*, ait SVETONIVS, *fuit eximia et venuſtiſſima*; et paulo infra: *habuit ſtaturam breuem, ſed quae commoditate et aequitate membrorum occuleretur.*

Progreditur ad alterum momentum diſceptatio nis. Ex morbis, claudicationem AVGVSTI comitantibus, in epiſtolio probauerat, illum non ex luxato femore, ſed ex morbo, claudicaſſe, nempe coxarum morbo laboraſſe, quia non ſemper, ſed *ſaepe* claudicabat. Quaerit hac occaſione ex Cl. TRILLERO, cur AVGVSTVS tam ſaepe habenas atque ferulas, ſeu arundines abiecerit, ut inde ſaepe claudicaret? Cur non potius illas ſemper retinuerit, ſi ſemel ſciuerit habenis atque ferulis ſe confirmari poſſe? Fuere autem morbi comitantes, quibus AVGVSTVS una cum morbo coxendicum laboraſſe traditur a SVETONIO *chiragra, calculus veſicae, et calli*, ſeu nodi, circa articulos geniti. His morbis arthritidem ſemper excipi contendit Cl. Auctor. *Digiti* hinc *ſalutaris dextrae manus, imbecillitatem atque torporem*, quem, ſecundum SVETONIVM, AVGVSTVS *interdum ſentiebat*, chiragram fuiſſe, ex adiecta particula *interdum*, aeque ac ex ſuperiori particula *ſaepe* concludit, quia non continuo vexauit Caeſarem, ſed interdum reuerſus eſt. Hiſce poſitis ac probatis, arthriticos, et ex morbo claudicantes, apparatu habenarum, ligamentorum, ferularum atque arundinum curari poſſe negat, quia claudi ad omne tempus manerent, nec hiſce unquam confirmarentur. p. 17.

Quod ſi etiam daret Cl. TRILLERO, AVGVSTVM coxis elapſa femora habuiſſe, et inde claudicaſſe, nunquam tamen probaretur, veteres chirurgos eius modi p. 20.

claudos,

claudos, quibus ſcilicet, peracta cura, aliqua claudicatio remanſit, habenis atque ferulis confirmaſſe, nec a recentioribus hoc fieri, obſeruari atque legi. Prouocat igitur ex illis ad HIPPOCRATEM, GALENVM et CELSVM, ex his ad HILDANVM, HEISTERVM et PLATNERVM, qui omnes Cl. Auctoris opinionem confirmant. Tales claudicantes potius auxilium a baculis, ſcipionibus aliisque eius modi ſuſtentaculis, quibus ſe fulcire poſſunt, nec non a calceamentis altioribus et inaequalibus petere deberent. Minime enim intelligere valet, quo modo ex luxatione claudicans homo habenis atque ferulis in coxendice, femore et crure poſitis, faſciatus, hoc apparatu indutus incedere poſſit: ingreſſum enim plus praepediret, quam adiuuaret. Ferulis chirurgi tantum opus habere docet Cl. Auctor, ſi oſſa ſunt fracta, ut fragmenta tam in ſitu conſeruentur, quam modeſte comprimantur. In claudicatione autem a luxatione relicta, nullius eſſent uſus.

p. 25. Venit nunc ad illam obiectionem, qua minus latine dictum eſſe, *remedio habenarum atque arundinum confirmabatur*, in epiſtolio arbitratus fuerat. Sequenti ibi argumentatus erat modo: Quem ad modum habenae et ferulae, ſeu arundines Cl. TRILLERI, proprie non ſunt remedium, quod tamen ſunt arenae et arundines externe applicatae; ita etiam dicere nequeo: remedio habenarum atque ferularum confirmatus eſt; ſicut nemo dicet, remedio machinamentorum curatus eſt; potius ope ſeu miniſterio machinamentorum tunc ſcribendum eſſe, cenſuerat Cl. SPRINGSFELD. Vt nouam emendationem ab his obiectionibus liberaret Cl. TRILLERVS, illam defen-

p. 27. dere ſuſcepit aliis locis analogis, ex SVETONIO ipſo, PETRONIO, PLINIO, SENECA et CELSO allatis, quae autem omnia partim in ſuas partes interpretatur, partim apud dictos auctores ita inueniri negat, ac ab Ill. TRILLERO adducuntur. Ad haec refert

locutio-

locutionem, quam ideo dolose insertam dicit: *distorta membra scamni hippocratici remedio recorrecta atque in naturalem suam sedem reposita esse*, quam tanquam vitiosam et minus latinam damnat, aeque ac vexatam, remedio habenarum atque ferularum confirmatum esse: siquidem scamno hippocratico appellatio remedii non magis conuenit, quam ferulis atque habenis. Nec meliorem sententiam fert de illa dictione, qua, secundum Cl. TRILLERVM, CELSVS aliquoties dixerit, *curationem scalpelli*. Hanc apud CELSVM reperiri negat: curationes vulnerum, ulcerum, gangraenae, ani etc. illum suscepisse, se legisse quidem adserit, minime vero scalpelli. Aegrum enim fuisse scalpellum et eius curationem, id quod verba volunt, CELSVM memorasse, inde sequeretur. Transit ad versiones graecas, et quidem primo ad lo- p. 29.
cum, ex DIOSCORIDE allatum: ἡ ῥίζα τῦ καλάμυ καταπλασθεῖσα λεῖα, καὶ καθ' ἑαυτὴν καὶ σὺν βολβοῖς, ἐπισπᾶται σκόλοπας καὶ ἀκίδας. Σὺν ὄξει δὲ ςρέμματα καὶ ὀσφύος ἀλγήματα παρηγορεῖ: ubi Ill. TRILLERO lubens concedit, se minus recte cum RVELLIO vertisse in epistolio σὺν βολβοῖς cum bulbis *suis*. DIOSCORIDEM omnino hic bulbos indicasse, de quibus Libr. II. c. 200 loquitur. Quando autem Cl. TRILLERVS verba σύν ὄξει tantum adiecto epitheto, cum *acrioribus* bulbis, minime vero *cum aceto* permixtam, interpretari vult, illi contradicit, cum PLINIVS H. N. Libr. XXIV. c. 2. qui optimus DIOSCORIDIS interpres est, diserte dicit: *radix arundinis in aceto illita*. Alter locus graecus, de cuius interpretatione disputatur, ex *scriptoribus de re accipitraria* desumtus est. Profitetur hic quoque Cl. Auctor omnino probabilius ea, quae ibi de circumponenda arundine dicuntur, et melius de tabellis, seu assulis, ex arundine confectis, intelligi, quae loco ferularum ad continenda ossa fracta adhibitae fuere. Sed hisce bonam minime periclitari causam, perhibet.

Si

Si enim AVGVSTVS, ut ipſe vult Cl. TRILLERVS, non fracta, ſed tantum luxata habuerit oſſa, nec opus illi fuiſſet ferulis, nec arundinibus, quae recenter modo fractis circumponuntur oſſibus. Qua de re nec in cauſa principali aliquid profeciſſe Cl. TRILLERVM contendit, quamuis ex PALLADIO probauerit, veteres omnino ferulas, ſeu aſſulas, ex arundine etiam feciſſe, de quo quidem in epiſtolio ſe dubitaſſe, illud tamen non prorſus negaſſe, ipſe fatetur. Valeret enim eadem reſponſio, quam ſupra dedit: optimum ſcilicet Caeſarem nec ferulis, nec aſſulis, ex arundinibus confectis, opus habuiſſe, ad confirmandum os, ante multos iam annos e ſede ſua emotum. Accederet et hoc, ad quod maxime attendendum, Cl. TRILLERVM ne unicum quidem latinum locum indicare potuiſſe, ubi arundo eo ſenſu occurreret, ut ferulam ſignificaret, quare adhuc magis mirum eſſet, quod nouum et nondum auditum latinum arundinis ſenſum, primum in loco quodam vexato quaerere vellet. Locus enim graecus PALLADII hic nihil faceret, quia non circa graecae, ſed circa latinae, vocis ſenſum diſputaretur.

p. 34. De uſu arenae externo, qui priſcis in morbo articulari et coxarum tam frequens fuit, nemo eruditorum dubitat, claudicantem AVGVSTVM hanc adhibuiſſe, quod multorum virorum confirmatur teſtimoniis. Quod autem veteres in coxarum et pedum doloribus, a deſtillationibus et fluxionibus ortis, radicem arundinis, ſeu calami phragmitis, cum aceto tritam, adhibere fuerint conſueti, praeter PLINII et DIOSCORIDIS, in epiſtolio adducta, teſtimonia, egregius adhuc probaret locus *ſcriptor. de re accipitrar.* Libr. II. 3. ubi DEMETRIVS, aut quisquis fuerit auctor, accipitrem, qui ob fluxionem, quae decidit in partes inferiores, doloribus pedum laborabat, et inde claudicabat, pari remedio curari iuſſit: ex quo euidenter appareret, veteres ad morbos et dolores

lores pedum, a deſtillationibus ortos, leniendos atque ſanandos, plerumque ſimili curationis genere uſos fuiſſe. Quare ſane mirum videretur ſolum Caeſarem contra clariſſima textus verba, contra naturam morbi, quem paſſus eſt, contra morem, quo priſci eius modi morbos curabant, contra teſtimonia aliorum ſcriptorum, contra ſenſum verborum latinorum, alieno, ſuperuacaneo, et inconſueto prorſus modo, ferulis ſcilicet atque habenis ſanatum fuiſſe. Maximum vero pondus opinioni defenſae daret, radicem arundinis in morbis arthriticis praeſertim coxarum dolore, in Italia adhuc hodie in uſu eſſe: id, quod per literas a Cl. WAGNERO, Archiatro Baruthino, accepit Cl. Auctor, qui etiam aliquam portionem huius radicis, quam Itali *Canna di Montagne* vocant, illi miſit. Quis itaque, pergit, quando SVETONIVS de remedio arundinum loquitur, hoc de medicamento externe admoto explicandum eſſe, amplius dubitabit? Quis porro, cum de remedio arenarum dicit, illud non de arenatione veterum, ſeu de ψαμμισμῷ interpretabitur? Cur igitur veterem et receptum textum emendemus? cur locum planiſſimum, iudicio critico negante, ac teſtimoniis veterum abnuentibus, temere corrigamus? cum nulla emendatione, nullaque correctione egeat? p. 41.

XIV.

Eſſai d'Anatomie en Tableaux imprimés, qui repréſentent au naturel tous les muſcles de la face, du col, de la tête, de la langue et du larinx, d'après les parties diſſéquées et preparées par Monſieur DUVERNEY, Maître en Chirurgie à Paris, Membre de l'Academie de Chirurgie et Démonſtrateur en Anatomie au Jardin du Roy, comprenant huit grandes Planches deſſinées, peintes, gravées et imprimées en Couleur et Grandeur naturelles, par le Sieur GAUTIER, avec des Tables, qui expliquent les Planches. à Paris, chez le Sieur Gautier. 1745. fol. max.

Hoc eſt:

Tentamen, ſiſtens Anatomen in tabulis ſingulari arte impreſſis, quibus delineantur ad naturam omnes muſculi faciei, colli, capitis, linguae et laryngis, poſtquam prius diſſecti et praeparati fuerunt per Cl. DUVERNEY. Complectens octo magnas tabulas delineatas, pictas, inciſas et impreſſas coloribus et magnitudine naturali per Cl. GAVTIER. Accedit explicatio tabularum.

Tardius quidem huius operis, quod ante nouem, et quod excurrit, annos coepit, pro ea, quam nobis olim praeſcripſimus, norma aliquam nunc dare delineationem animus eſt, quod partim noſtro, ſupra dato,* ſtemus promiſſo, partim iis, quorum ad cognitionem ſplendidi eius modi operis editio nondum peruenit, rationem exhibeamus. Optandum quidem fuiſſet, ut pro ingentibus, quae in perficien-

das

* vid. Comment. noſtr. Vol. II. Part. II. p. 255.

das haſce tabulas faciendae fuerunt, impenſis, ſumma quoque, quam rerum periti exigunt, in magnitudine, directione partium aliisque ſimilibus conditionibus ſollicitudo fuerit adhibita, quam paſſim non obſeruatam fuiſſe utique reticere non poſſumus, prout cuicunque aliorum et recentiſſimorum ſcriptorum anatomicorum deſcriptiones ipſamque naturam conſulenti pateſcet. Arbitramur tamen aequum rerum iudicem, penſitantem, quanta in praeparandis partibus iisdemque incidendis cura temporisque diſpendium requiratur, leuiorum etiam errorum veniam eſſe daturum, in primis, cum Cl. GAVTIER primus ſit eorum, qui eius modi in ſe ſuſceperit negotium. Vt itaque in adducendis iis momentis, quae opus hocce conſtituunt, ordine procedamus, notandum eſt, octo quidem in propoſito titulo ad myologiam pertinentium tabularum mentionem tantum fieri, poſt vero, cum non ſine applauſu hae exceptae fuerint, adhuc duodecim fuiſſe additas, ut omnis myologiae pertractatio viginti tabulis contineatur, et loco tentaminis nomen completae myologiae mereatur. Muſculos vero omnes, quantum fieri potuit, integros, naturalique in magnitudine expreſſit, ut ea propter maxima tabularum forma in non nullis eſſe debuerit. In explicatione earum breuiter adhaeſio, directio, actioque muſculorum a Cl. DVVERNEY adnotatur, quorum deinde literae adpoſitae locum in ipſa tabula indicant. *Duae* priores tabulae anterioribus faciei muſculis deſtinatae ſunt, ſimul tamen quidam eorum, qui ſimul in oculos occurrunt, delineantur, *tertia* vero tabula muſculos, ſub maxilla inferiori ſitos, hinc ad illam, linguam et os hyoides pertinentes, complectitur, *quarta* porro quatuor figuras habet, quarum prima caput ab anteriore parte reclinatum et laryngis muſculos ſiſtit, ſecunda a poſticis transuerſim reſectum caput laryngis poſticos et faucium laterales demonſtrat, tertia in declarandis laryngis et aſperae

arteriae quibusdam fasciculis, quarta in oculi levatore palpebrarum, sigillatim exponendis versatur, quinta ad *septimam* posticos ad caput et colli vertebras adhaerentes docet, in *octaua* remota maxilla inferiore et reclinato sursum capite antici ad collum et pectoris superiores partes pertingentes sequuntur, nec non lingua, ex situ remota cum suis fibris et maxillae quidam musculi depinguntur. *Nona* tandem alios pharyngi et velo palatino proprios exhibet. Reliquae subsequentes *decima*, *undecima* et *duodecima* ab anteriore parte, pectoris abdominisque, diuersa musculorum strata proponunt, quibus succedunt in *decima tertia* ad *quintam* illi, qui in dorso siti sunt, in *sexta* et *septima* extremitatis superioris, in *tribus ultimis* extremitatis inferioris musculi. Duplici autem ratione a Cl. Auctore fuerunt editae, ut vel impressae sint, vel post vernice obductae et laeuigatae. In explicatione tandem tabulae vicesimae additur comparatio proportionis diuersarum corporis partium, ad normam exemplorum antiquorum aeque ac recentiorum, vel ab academia regia picturae et sculpturae, vel ab ALBERTO DÜRERO, propolitarum, quo loco Cl. GAVTIER tractationem de proportione corporis humani, ad anatomen applicata, quae sculptoribus pictoribusque magnae utilitatis est euasura, se exhibiturum esse promittit.

Haec ad myologiae ambitum pertinent, notauimus tamen, a Cl. DUVERNEY quaedam fuisse obseruata et nouiter in explicationibus descripta. In Tab. I. 6. musculum *anteriorem auriculae et minorem* notat, qui sub parotide constitutus, hac demum remota ab anteriori parte meatus auditorii cartilaginei ortus, sub anteriori musculo, nunc maiori dicendo, paruo tendine inseratur. Porro in Tab. II. 22. *paruum musculum palpebrarum* describit, qui ex interna parte orbitae ex plana ossis ethmoidei portione oritur,

et

et cum tendine orbicularis pulpebrarum circa angulum internum seu maiorem connectitur. Vsum autem ipsi praestare videtur hunc, ut dirigat ingressum lacrymarum in saccum lacrymalem impediatque, ne sacrus ille ab interno latere intumescat. In eadem simul Tab. II. 18. leuatorem menti minus conuenienter naturae delineatum obseruamus. Deprehendit praeter ea musculum, a basi ossis hyoidei recta descendendo glandulae thyroideae insertum, illumque Tab. IV. 40. adumbrauit. Alias vero hinc inde insparsas emendationes nunc tacemus, vesicae autem urinariae fibras, Tab. XII. cum variis differant modis, adeo ordinate tamen positas nunquam inuenire licuit.

Paullo post, quod non deerant huius quidem negotii susceptí fautores, capitis anatome eadem ratione a Cl. DUVERNEY praeparata et a Cl. GAVTIER picta, prodiit hoc titulo:

Anatomie de la Tête en tableaux imprimès, qui représentent au naturel le cerueau sous differentes coupes, la distribution des vaisseaux dans toutes les parties de la tête les organes des sens, et une partie de la Neurologie d'après les pieçes dissequées et préparées, par Mr. DUVERNEY &c. en huit grandes planches, dessinées, peintes gravées et imprimées en couleur et grandeur naturelle par le Sieur GAVTIER, à Paris. chez le Sieur Gautier, &c. 1748. fol. max.

Hoc est:

Anatome capitis, proposita in tabulis, singulari arte impressis, quibus ad naturam sistitur cerebrum, diuersa ratione dissectum, nec non distributio vasorum in omnibus capitis

partibus, organa sensuum, et pars neurologiae: quas partes dissecuit atque praeparauit Cl. DUVERNEY, in octo tabulis, delineauit, pinxit, sculpsit, coloribus naturalibus magnitudine expressit Cl. GAVTIER.

Eadem, ac in priori opere, ratio hic obseruata, ut scilicet tabulis explicatio, cui non nunquam animaduersiones adduntur, accedat. Tres priores tabulae a Cl. DUVERNEY, docente id quoque titulo, reliquae a Cl. TARIN additae sunt. In *prima* tabula exteriora, in cute decurrentia, vasa sanguifera, arteriosa atque venosa delineantur, quorum truncos, sub cute latentes, *secunda*, interiores vero, ad duram matrem potissimum discedentes truncos atque ramificationes, *tertia* sistit. Promittiturque simul, Cl. DUVERNEY singularem de structura cerebri tractatum publici iuris esse facturum, quem vero nondum editum esse sciendum est. Quanta vero sit naturalis ramificationum subtiliorum diuersitas, has cum Cl. HALLERI tabulis conferenti, patescet; pharyngaeam, a nunc dicto HALLERO primo descriptam, arteriam, ex diuisione ipsius carotidis arteriae, quod saepe fit, ortam, hic depictam, comitem arteriae carotidis internae vocat Cl. DUVERNEY, quae in cranium ingrediatur, cum tamen non nisi ramus eius ad illud abeat. Truncus magnitudine variat. Sequentes tabulae, a Cl. TARIN, cuius merita in dissectionem cerebri iam aliunde constant,* demonstratae, situm partium, illud constituentium, in diuersis sectionibus proponunt. *Quarta* igitur tabula verticalem dissectionem capitis et vertebrarum colli exhibet, eique, ut sequentibus, latina quoque partium delineatarum explicatio additur. In hac vero, quicquid in dissecto eo modo cerebri haemisphaerio collo-

* In Aduersar. Anatom. Prim. Paris. 1750. 4. ed. Conf. Comment. nostr. Vol. I. P. I. p. 46. seqq.

colloque obuenit, ſimul repraeſentatur. *Quinta* duplicem figuram continet, altera ad horizontem diſſectum cerebrum refert ſic, ut depreſſiones unius partis alterius reſpondeant eminentiis, altera, quae varias diſſectiones faciei oſtendit, praeter anteriorem cerebri partem, vias lacrymales conſiderandas offert, eo potiſſimum fine, ut eo melius iudicari queat, num poſſibile ſit, ſpecillum, in arcus formam flexum, per inferiorem ductus lacrymalis partem introducere. *Sexta* denuo tres figuras habet, prima verticalem oſſium capitis et cerebri ſectionem, ad aurium partes poſteriores deductam, exhibet, in qua praeter alia ventriculi quarti delineationem ſuppeditare exactiorem anniſus eſt Cl. TARIN, eamque a Cl. HEISTERI icone ſe non deſumſiſſe docet. Deſcribit autem hunc ſic, ut ex duobus quaſi conis truncatis, baſi inter ſe coniunctis, exſurgat et quadrangularis euadat; angulis ſcilicet lateralibus mediae parietum lateralium parti inſculptis, ſuperiore acuto truncato in aquaeductum SYLVII deſinente, inferiore, itidem acuto, in rimulam ſpinalis medullae terminato. Altera figura huius tabulae horizontaliter diſciſſum caput ſupra ſupercilia monſtrat, cerebri hemiſphaerium dextrum integrum, ſiniſtrum ablatum, ut centrum ouale WILLISII in conſpectum veniat: tertia tandem poſteriorem haemiſphaerii dicti partem, ſeptum horizontale durae matris et cerebelli particulam quandam continet. *Septima* porro tabula quatuor abſoluitur figuris, quibus praeter linguae ſuperficiem, et ſepti narium naturam, cerebri verticaliter diſſecti configuratio alio, ac in praecedenti modo, declaratur. Siſtitur ibidem etiam medullae ſpinalis colli diſſectio, ad verticem facta, quo ganglia, inde prouenientium, neruorum in conſpectum dedudantur, de quibus, praeter alias, utiles futuras, obſeruationes adnotat, faſciculum neruorum, anteriorem alium, alium poſteriorem eosdem conſtituere, nec non ſinus mucoſos, ad tubam

Euſtachianam obuenientes, deſcribit. Narium conſiderationi etiam figuram primam tabulae *octauae* dicauit Cl. Auctor, ſecundam cranii ſectioni, quae neruorum ſimul originem patefaceret. Cogimur interim, minutias quasdam, ſubtiliter deſcriptas, hic praeterire, quarum indagatio nihilo tamen ſecius magni videtur uſus eſſe.

His tabulis omnibus, ut completum quodam modo redderet Cl. GAVTIER anatomicum ſyſtema, adiunxit nouas octodecim tabulas, aliquas ex his hominis adulti magnitudine, quibus viſcerum et neruorum ſitus itineraque dilucidaret, ſine nouo tamen titulo, ſequenti tantum utens inſcriptione:

Anatomie generale des viſceres, en ſituation, de grandeur et couleur naturelle, avec l'angeologie et la neurologie de chaque partie du corps humain.

Hoc eſt:

Anatome uniuerſalis viſcerum, in ſitu, magnitudine et colore naturali, ſimul cum angiologia et neurologia ſingularum corporis humani partium.

Octodecim quidem huius operis tabulas eſſe diximus, in explicatione tamen non niſi tredecim habentur, quod, ut nunc monuimus, quaedam hominis magnitudinem ſiſtunt, quod vero tunc demum contingit, dum duae vel tres icones, quas unica tabula aenea comprehendere integras non poterat, inter ſe nunc componuntur.

Contigit praeter ea, ut in locum Cl. DUVERNEY ſuccederet, Cl. MERTRVD, hinc harum tabularum demonſtratio ab hoc etiam viro dependeat, qui in explicationibus reddendis non tantum partium delinearum nomina recenſere, ſed quosdam etiam uſus addere

dere conſtituerat, non niſi unicam tamen et primam ab eo accepimus, reliquas, magna ſane opera, demonſtrando, delineando in aes cudendo, coloribusque imprimendo perfecit ipſe Cl. GAVTIER. *Prima*, quae ex tribus componitur, feminae corpus totum ſiſtit, cuius caput non diſſectum, ne, quae ſuperius iam dicta ſunt, repeti deberent, proponitur, in extremitate vero ſuperiori atque ſiniſtra, poſt detractam cutem, muſculos, in ſuperficie poſitos, ibidemque decurrentes venas conſpicimus, in aperto quoque abdomine, remotis inteſtinis, non niſi vaſa maiora cum viis urinae, eiusdemque organis ſecernentibus atque recipientibus, obſeruamus, extremitates autem inferiores venas et muſculos, ut in ſuperiore contemplandos offerunt. Copioſus etiam eſt in utilitatibus exponendis mammarum, hepatis, renum, ureterum, partiumque, quae in feminis generationi dicatae ſunt, Cl. MERTRVD, licet praecipua tantum notet. Putat interim, ſecretionem lactis poſt partum ab anaſtomoſi vaſorum mammariorum atque epigaſtricorum dependere, hepar glandulosum eſſe ſicut et renes, ureteres porro inteſtinorum more dilatatos ſe inueniſſe adſerit, intusque rugis transuerſalibus exaſperatos. *Quarta* tabula, quae itidem cum *quinta* et *ſexta* unam conſtituit, hominis ſtaturam refert, caput ſcilicet, cute denudatum, ſub qua arteriae, nerui, venaeque decurrentes et muſculi conſpiciuntur, pectus in ſiniſtro latere obſeruatur, ut cor cum pulmone eius lateris obuium fiat, in dextro vero muſculis ſuis tectum deprehenditur, connexae extremitates ſuperiores in dextro latere praeter muſculos venarum et neruorum vias oſtendunt. Reſectis muſculis abdominalibus in infimo ventre hepar, cum parte ventriculi, inteſtinorum ſitus et veſicae urinariae occurrunt, genitales etiam viri partes denudatae videntur. Extremitates autem inferiores utrinque neruorum, arteriarum venarumque decurſibus exornantur. Huic

etiam iconiſmo explicatio anatomico phyſiologica ſubiungitur, quae tamen iam nota exprimit. Septima in tabula partes genitales viri ſeparatim exhibentur variis figuris, quarum prima, quae vertebras lumborum, peluim, renes, vaſa ſanguifera et uropoea partesque genitales adnexas oſtendit, a Cl. DUVERNEY originem ducit monente Cl. Auctore. Licet vero ex his delineatis partibus interior earum fabrica ſufficienter demonſtrari nequeat, non potuit tamen Cl. GAUTIER, quin in femine deprehenſum foetum, alibi iam repetitum * hic delinearet, nec non eundem ex ſanguinis concurrentibus moleculis formari in explicatione tabulae proponeret. *Octaua* tabula excepta duabus figuris, quae muſculos partium naturalium viri ſiſtunt, illas virginis et quae nondum peperit feminae continet; *nona* vero diſtractas exteriores partes pudendas refert, ex quibus funiculus umbilicalis exit, cum foetu adpoſito communicans. Huius autem pectus et abdomen, ad partium internarum poſitionem cognoſcendam, apertum eſt. Placenta dein uterina ſeparatim cum ſuis vaſis depingitur. *Decima* tabula, cum *undecima* et *duodecima* iuncta, denuo hominis longitudinem explet et per poſteriorem corporis partem arterias neruoſque aliquos decurrentes, partim nudis oſſibus impoſitos, partim muſculis intertextos oſtendit. Hac data occaſione in explicatione addita Cl. GAUTIER ad eam dilucidandam venit quaeſtionem, quae de muſculorum reciproca actione et quiete inſtituitur, in primis, quod Berolinenſis academia ** tanti aeſtimauerit eam, cuius explicationi praemium decerneret. Breuiter autem de ea ſic diſſerit, ut putet, particulas igneas, quae fluidum ner-

neum

* vid. Obſervations ſur l'hiſtoire naturelle &c. T. I. à Paris, 1752. 4. et Comment. noſtr. Vol. II. P. II. p. 257.

** vid. Comment. noſtr. Vol. I. P. I. p. 149.

uerum conſtituunt, a cerebello impulſas in ſubtiliſſimas fibras, poſt neruorum actionem eorumque relaxationem redire in cerebrum, per craſſiores eius fibras, nec non per craſſiores, in iis contentas particulas ſe eleuare pro ea, quae igni communis eſt, indole. Naturae enim conuenienter ſtatui non poſſe, ſpiritus animales, ex cerebello, ad aliquam partem demiſſos, eodem temporis momento per easdem vias redire, actionem vero et reactionem ſpirituum ſimul eſſe; facilius e contrario aptiusque aſſumi, ex uno viſcere, cerebello ſcilicet, egredientes ad alterum, cerebrum puta, reuenire. Actionem itaque tribui poſſe cerebelli ſpiritibus, reactionem illis cerebri, quo facto contingat intumeſcentia et relaxatio muſculorum; utriuſque enim viſceris neruos arcte inter ſe iungi. Tandem particulas igneas ex cerebro per plexum choroideum ad cerebellum iterum ablegari. Num tamen haec omnem naturam explicet ſuppoſitio, aliis diiudicandum relinquimus. Tabula *decima* tertia et *quarta* ſigillatim cordis extracti ex pectore et pulmonum deſtinata eſt conſiderationi, in quibus vaſa maiora, ſanguinem vehentia, pulmones et cor diſſecti, huius etiam varia caua explanantur. Hac occaſione de actione pulmonum et aeris ingreſſu diſputatur a Cl. Auctore, et cum ſententias diuerſas eſſe variorum auctorum inueniret, adſtipulatur deſcriptioni fabricae pulmonum, quam dedit Cl. HELVETIVS. Se autem praeter ea inueniſſe adſerit, tunicas arteriarum circa loca anaſtomoſeos ſubtiliores eſſe, ac illas venarum, hinc igneas aeris particulas in arterias facilius ſe ſe inſinuare, ad ſanguinis fluiditatem conciliandam, quam in venas. Huius autem ſententiae comprobandae cauſa ſequentibus utitur concluſionibus: Aerem craſſum, et heterogeneum, qualis nobis circumeſt, reſpiratione inſeruire ob impulſum, quem in dilatatis patitur pulmonibus: hunc vero ſecum ferre particulas ſubtiliores, quae in pulmonum lobulos uſque penetrant:

netrant: preſſionem deinde, quae in pulmonibus ſub exſpiratione contingit, has propellere in arterias capillares, craſſiores autem exire iterum, hyemeque ſub vaporis forma conſpici: hinc priorum admixtione ſanguinis colorem mutari, volumen tamen eius ob craſſiorum particularum ſeceſſum imminui. Niſi vero nos omnia fallant, ea ad aetheris ſeu ſubtiliſſimarum particularum admixtionem retuliſſe videtur Cl. GAVTIER, quae alias de aere, quem Cl. MERYVS in maſſa vocat, ſolent diſceptari. Aetherearum enim ingreſſum varios adſumere humanae oeconomiae ſcrutatores, notum eſt. In tabula *decima quinta* proponuntur varia abdominis viſcera, ex ſitu ſuo reſolut, hepatis ſcilicet, lienis, pancreatis, cum vaſorum maiorum diſtributione, ventriculus porro neruis inſtructus, meſenterium et meſocolon, vaſis lacteis etiam ornatum. Subſequitur tandem in tabula *decima ſexta*, quae cum *decima ſeptima* et *octaua* coniuncta unicam efficit, neruorum ulterior delineatio, in duplici figura. Altera eodem modo, imminuta tantum, in EVSTACHII tabulis, Tab. XVIII. occurrit, et a WINSLOWO repetita fuit, forte etiam accuratior, licet Cl. GAVTIER eam amplificauerit, dum maiorem reddendo, diſtinctos ſatis neruorum ramos propoſuit. Quid? quod ea intercedat differentia, ut rami, ab EVSTACHIO delineati, hic deſiderentur, alii vero acceſſerint. Altera denique figura huius tabulae ſceleton ſiſtit, cui nerui, ex capite progredientes, ad extrema uſque loca adhaerent.

Haec itaque ſunt, quae de magnifico hocce opere notare conuenit, paucas addere libuit animaduerſiones, ut conſtet, in magnis ſaepe rebus deſiderari minora momenta. In eo perficiendo, variis agitatus rerum diſcriminibus Cl. Auctor, ſeptem conſumſit annos,

* vid. Memoir. de l'acad. Roy. des Scienc. à Paris, 1700. p. 313. ed. Amſtd. 8.

annos, incipiendo anno huius seculi quadragesimo quinto et deducendo ad finem anno quinquagesimo secundo, quo interiecto temporis spatio alia etiam edidit opera, historiae naturali physicaeque doctrinae inseruientia. Nouam propediem huius operis editionem promittit, nihil vero mutabit, nisi, quae ad capitis declarationem pertinent, tabulas, quippe quas maiores sistet, iisdem usurus explicationibus numerisque, quibus iam propositae tabulae insigniuntur.

XV.

Noua physico-medica.

Doctores et Professores artem medicam docentes In academia Rintelienſi:

IO. HERMANNVS FÜRSTENAV, Phil. et Med. D. Medicinae Profess. Primar. nec non Oeconomiae Profess.

FRANCISCVS DE ZIEGLER, Phil. et Med. D. eiusdemque et Phil. Natural. Prof. Publ. Ord.

PHILIPPVS GEORGIVS SCHROEDER, Med. D. Anat. et Chir. Prof. Publ. Ord.

Membra Academiae regiae Chirurgicae Parisienſis.

Praeses:

GERMANVS DE LA MARTINIERE, Armiger, Regi a Consiliis, Chirurgus eiusdem primarius, Eques Ordinis St. Michaelis, Chirurgus regni praecipuus, Acad. Reg. Stockholmienſis socius.

Director:

LE DRAN, a Societate Reg. Londinenſi, Chirurgus olim exercitus regii praecipuus.

Sub-Director:

DE LA FAYE, Demonstrator Regius.

Secre-

Secretarius :

MORAND, Armiger, Membrum Academiae Reg. Scientiar. Pariſ. Societ. Reg. Londinenſis, et Academiarum Rothomagenſis, Petropolitanae, Bononienſis et Florentinae: Cenſor Regius, Inſpector generalis Noſocomiorum militarium, et chirurgorum praefectus in noſocomio regio militum inualidorum.

Extrahendis ſcriptis praepoſitus:
(Commiſſaire pour les Extraits.)

LOUIS, Demonſtrator regius, Cenſor regius et membrum Societ. Reg. Lugdunenſ.

Ad commercium literarum deſtinatus:
(Commiſſaire pour les correſpondences.)

BASSUEL, Demonſtrator Regius.

Theſaurarius:

MALAVAL, Chirurgus Ordinàrius Reg. in ſuprema regni curia, (Parlement) Primario Chirurgo adiunctus, et olim Director Academiae.

Bibliothecarius:

HENRIQUES.

Ex-Secretarius:

QUESNAY, Medic. Conſult. Reg. nec non S. Reg. Mai. Archiater primus, quondam conſtituendus, Soc. Acad. rég. Scient. Paris, Honorar. Membr. Acad. Lugdunenſ.

Accedunt his:

Conſiliarii in comitiis perpetuis, (conſeillers du comité perpetuel) numero triginta nouem, inter quos et ante dicti plerique ſunt.

Adiuncti comitiorum porro: quorum nunc decem et octo nominantur.

Acade-

Academici autem distribuuntur in *liberos*, (academiciens libres), et *socios*, (associés.)

Liberorum academicorum numerus ducentos et sedecim complectitur.

Socii vero vel sunt *exteri*, quorum quatuordecim numerantur, *vel in regno viuunt* (regnicoles) et eorum nouendecim sunt.

In *Marburgensem* uniuersitatem, Professoris Medicinae publici ordinarii munere exornatus, Iena euocatus est IO. IAC. SORBER, Med. D. quem in eam etiam se se contulisse accepimus.

Gottingae vero IOH. GOTTFR. ZINN, Med. D. eiusdem Prof. Publ. Extraord. variis iam scriptis clarus, tertio mensis Augusti die professionem Botanices extraordinariam auspicatus est.

Praeterito iam anno, quod hic praetereuudum non esse arbitramur, in Gymnasio illustri *Bremensi*, IO. GEORG. RVNGE, Med. D., quem Göttinga formauit, academia vero Lugduno batana, eodem iam dicto anno, defendenti a se, *de voce eiusque organis* *, conscriptam dissertationem honores summos decreuit, professionem Anatomiae et Physicae experimentalis indeptus est.

Lugduni Batauorum, instructissimi horti botanices celebritate nota academia, ordinariam professionem botanices die decimo quarto mensis iunii, adiit DAVID VAN ROYEN, praemissa oratione, *de hortis publicis praestantissimis scientiae botanicae adminiculis*.

Qui huc usque in *Harderouiciana* academia famam haud leuem consequuti fuerant, nec non eruditis per varia eruditionis suae monimenta inclaruerant, IOANNES

* vid. Comment. nostr. Vol. III. P. I. p. 63.

NES et DAVIDES DE GORTER, Med. D. pater et filius, a ſereniſſima Ruſſorum imperatrice Petropolim vocati ſunt, ibidemque medicorum aulae titulum et honores acceperunt.

Sic etiam clementiſſimi Daniae regis voluntate factum eſt, ut, IO. PETR. HOMVTH, cancellariae, quam vocant, a conſiliis, medicus aulae Hafniae conſtitueretur.

Viennenſi in academia, qui huc uſque Anatomen docuit D. SCHELLENBERGER, hanc ſibi traditam ſpartam reſignauit, in cuius locum nunc ſurrogatus et Profeſſor Anatomiae conſtitutus eſt IOANNES CASSER, Artium liberalium et Med. D. Nouum etiam artem obſtetriciam docendi exercendique munus traditum fuit FRANCISCO KRANTZIO, Art. Liberal. et Med. D. qui, impenſas ſereniſſima Imperatrice largiente, hanc artem Lutetiis Pariſiorum addidicit, et Londini poſt ea chirurgiae per aliquot annos totum ſe dedit.

Lipſiae in locum B. GÜNZII, nunc CHRISTI. GOTTLIEB LVDWIG, Med. D. conſtitutus eſt Prof. Anat. et Chirurg. Ordinarius, huius vero Phyſiologiae Profeſſionem Ordinariam conſequutus eſt ANTON GVILIELM PLAZ, Med. D. et Botan. Prof. Publ. Ordinarius.

Nec otioſae fuerunt, publica auctoritate confirmatae academiae ſcientiarum, quin viros, meritorum fama claros, ſuis adſcriberent, cuius rei varia dedit documenta Academia regia ſcientiarum *Berolinenſis*. Haec enim ad diem decimum octauum iulii inter alios, ex iis, qui ad nos pertinent, academicos nominauit. IO. BAPTISTAM MORGAGNI, Prof. Anatomiae Patauinum, huius, quam tractare cum magno

ſtudio

ſtudio ſolitus eſt, ſcientiae atque dictae iam academiae verum decus, deinde PETR. COLLINSON, Reg. Soc. Londinenſ. Socium et raro exemplo inter mercaturae, cui ſe deuouit, incommoda, phyſices indagationi ſtudioſiſſimum. Poſt alio in conuentu, ad diem viceſimum nonum menſis auguſti habito ab eadem academia recepti ſunt, IO. CLAVD. ADRIANVS HELVETIVS, Regi a ſanctioribus conſiliis, et archiater reginae Galliae, nec non chirurgica ſcientia haud incelebris CLAVD. NICOL. LE CAT, Acad. Pariſ. Londin. Madrit. et Rothomagenſ. Soc. Tandem ad diem decimum nonum menſis ſeptembris membrorum numerus denuo adauctus fuit, iisque adiuncti D. LEHMANN, Reg. Conſiliarius minerarum, atque BERTRANDVS, Geneuae degens, ibidemque naturae phaenomenis indagandis ſuam dicans operam.

Halae Magdeburgicae ad diem duodecimum menſis iunii ratione, inter eruditas huc uſque rarius recepta, gradum doctoris medicinae iuſſu regio ſpeciali accepit, poſtquam examina conſueta, confirmante, ab academia ipſi exhibito, teſtimonio, prius maſcule ſuſtinuit, DOROTHEA CHRISTIANA ERXLEBIA, nata LEPORINA, Quedlinburgenſis. Licet autem, quod in eius modi caſu alias ſolenne eſt, publica in cathedra defendendo diſſertationem non comparuerit, inauguralem tamen, a ſe conſcriptam, diſſertationem facultati medicae ſpeciminis loco exhibuit, qua exponitur, *quod nimis cito ac iucunde curare ſaepius fiat cauſa minus tutae curationis.*

Cum regia ſocietas ſcientiarum *Göttingenſis* intellexerit, officere aliquando breue temporis ſpatium, quod elaborandis et de praemio propoſito certandis theſibus deſtinatum eſt, in primis, quod ſi, per experimenta inſtituenda, res ſit conficienda, quo minus breuitate termini praefixi deterrerentur naturae amato-

amatores, nunc ad annum huius ſeculi quinquageſimum ſeptimum uſque iamiam theſes penſitandas propoſuit, de quibus ſingulis quaedam nobis dicenda ſunt: De quaeſtione, huic anno dicata, et a nobis ſupra recenſita,* quae corium perficiendum concernit, nunc notat, eius ſolutioni iam ſatisfactum iri, dummodo unicum monſtretur corpus, quod quercuum corticibus poſſit ſubſtitui, et v. c. declararetur, qua ratione Tamarindus, in noſtris regionibus haud raro inuenienda, iisdem uſibus conuenienter poſſit accommodari. Simulque eadem ſocietas monet, in hac quaeſtione dirimenda, ſi nunc anguſtiores viſi fuerint explanationi faciendae limites, ſufficere, ſi tantum eidem tradere libuerit illi, qui ſolutionis operam in ſe ſuſceperit, quantum nunc occaſionis datum fuerit, quod ſi ſimul ſignificauerit, largius ipſi concedendum eſſe tempus, quo ſub data iam, ut moris eſt, adſcripta ſententia ſolidius eam elaborare pluribusque tentaminibus confirmare poſſit. Quo facto eum intelliget ſocietatis fauorem, ut praemii diſtributio in annum differetur.

Deinde de quaeſtione illa, quo modo calx ad aedificia paranda, optima et perfectiſſima reddi queat** cui, duplum, viginti-quatuor aureorum, praemium, conſtitutum eſt, adhuc tenendum eſt, iam ſuppeditatas ſocietati tractationes ab obtinendo praemio neutiquam eximi, ſed de eodem, ſi dignae fuerint viſae, conſequendo adhuc certare poſſe, quoniam ex his quaedam ob eam tantum cauſam praemium reportare non potuerint, quod nimis ſero et decem ante conuentum dies fuerint traditae, quas ante primum menſis iunii diem offerre decuiſſet. Liberum interim earum auctoribus relinquitur, emendationibus nouisque additamentis ſuas corroborare ſententias. Diſtribue

* vid. Comment. noſtr. Vol. III. Part. I. p. 165.

** l. c. Vol. II. Part. IV. p. 723. Vol. III. P. I. p. 164.

ſtribuetur praemium menſe iulii anni huius ſeculi quinquageſimo quinto.

Ad eundem annum quinquageſimum quintum, nunc alia, die decimo menſis nouembris excutienda, quaeſtio accedit: Num et qua ratione utilis euadere poſſit terra, quae Hertzbergica nominatur? Effoditur nimirum prope Hertzbergam in ducatu Lüneburgenſi terra cinerei coloris, de qua rumor exiit, eam ab exteris ſtudioſe conquiri et aurum inde obtineri. Quam quidem nunc notatam conditionem veritati non eſſe conſentaneam, huius rei cauſa ſuſcepta edocuerunt tentamina: Cl. e contrario HAHN, Phyſ. Prof. Vltraiecti, affirmante Cl. DE LOHSE, coeruleum inde perfecerunt Berolinenſe. Verum tamen, quod haec experimenta non niſi minori in mole potuerint tentari, in ambiguo adhuc eſt, num impenſae, in id faciendae, aliquam promittant utilitatem, ſi nimirum colori eiusmodi conficiendo adhibeantur, ſi quidem et alii poſſit longi praeſtantiori inſeruire uſui. Ipſa praeter ea ſocietas ſingulis, qui diſquiſitionis cauſa experimenta ſunt capturi, offert aliquas huius terrae libras, quae a ſecretario ſocietatis, absque nominis declaratione deſideranti exhibebuntur, nec non ſi libuerit, eius operationis, ſecundum quam Cl. HAHN coeruleum colorem acquiſiuit, quantum ipſe dedit, notitia quaedam adiungetur.

Subſequentis anni, quinquageſimi nimirum ſexti, menſe iulio quaeritur: Qua ratione in uſum conuerti poſſit terra nigra paludoſa (*Moor-Erde*), praecipue quae in regionibus Lüneburgicis copioſe occurrit. Eiusdem anni primo die menſis nouembris attentionem naturae ſcrutatorum expoſcit rubia tinctorum Seelandica, de qua exoritur quaeſtio, quo modo illa in locis, mari vicinis coli eum fructu inde percipiendo queat?

Tandem menſe iulio anni quinquageſimi ſeptimi praemium dabitur optimae diſcuſſioni quaeſtionis, in

quo praerogatiua ferri Suecici conſiſtat, et quodnam ferri noſtratis germanici ſit vitium, quibusue modis illud poſſit corrigi.

Comprobauit etiam ſuum in ſcientiis amplificandis feruorem eadem ſocietas, proponendo alias adhuc mathematicas, philologicas, phyſicasque quaeſtiones, quibus praemia deſtinata ſunt. Ex his quaedam ad noſtrum tam arcte non ſpectant ſcopum, hinc notamus tantum, in conſeſſu publico, die decimo menſis nouembris huius anni habendo, ad diem decimum eiusdem menſis anni quinquageſimi ſexti diſquirendam iterum certo propoſitum iri, * veram ouuli feminini naturam, ** vt, qui in hoc phaenomeno eruendo iam deſudarunt, in ſuis non dedigneutur continuare diſquiſitionibus.

Supereſt, ut triſtium etiam fatorum variorum virorum mentionem faciamus, quibus, ſi diutius interesſe viuis licuiſſet, varia eruditioni potuiſſent accedere augmenta.

Praeterito nimirum iam anno die viceſimo tertio menſis octobris in academia *Regiomontana* e viuis ereptus eſt CAROLVS HENRICVS RAPPOLTVS, Phyſices Prof. Publ. Extraordinarius et Academiae ſcientiarum Berolinenſis Sodalis, *** annum agens aetatis quinquageſimum primum, phyſicis qui inclaruit variis ſchediaſmatibus, variisque elegantibus, latino ſermone conſcriptis, carminibus.

Londini regia Societas denuo iacturam paſſa eſt, cum illi MARTINVS FOLKES, Praeſes Societ. Scientiar. et Antiquitatum, quem infirma valetudine hucuſque

* vid. Comment. noſtr. Vol. III. P. I. p. 163 ſq.
** ibid. Vol. I. P. I. p. 149.
*** ibid. Vol. II. P. IV. p. 719.

usque usum fuisse alibi retulimus, * eriperetur, die nempe secundo iulii, anno aetatis suae septuagesimo. Splendidam, quam possidebat, suam bibliothecam legauit liberaliter Societati. In eius vero locum successit nunc Vir Ill. GEORGIVS, Comes de MACCLESFIELD, Praesesque Societatis Scientiarum constitutus est.

Tubingae etiam diem suum obiit, ad diem decimum sextum iulii GEORGIVS WOLFGANG KRAFT, Prof. Phys. et Mathematum, Acad. Petropolit. et Berolinens. Sodalis, anno suae aetatis quinquagesimo tertio, qui tum ex perdoctis, academiae Petropolitanae commentariis insertis, tractationibus, tum ex praelectionibus physicis, et institutionibus geometriae sublimioris orbi declarauit erudito, quantum eius sit desiderium futurum.

Eodem mense iulio eiusque die vicesimo secundo, *Louanii* HENRICVS IOSEPHVS REGA, Prof. Med. Primarius mortuus est, qui aetatis suae annum sexagesimum quartum attigit.

Porro, cum omnium conseruanda sit memoria virorum, quibus naturalis historiae studium curae est cordique, nunc eo satisfacturi officio, certiores reddere debemus lectores nostros, de morte CHRISTIANI FRIDERICI LESSERI, *Nordhusae* Sacrorum antistitis ecclesiae, quae a St. IACOBO nomen habet, totiusque ministerii senioris, Acad. Nat. Curios. Sodalis, colica haemorrhoidali extincti, die decimo septimo mensis septembris. Siquidem, per Insecto-Theologiam, aliaque scripta eius modi abunde fuit testatus, quanta et naturae ei infuerit peritia et quantum ad scopum, christiano dignissimum, suam adhibere didicerit cognitionem.

Tandem *Halae* eiusdem septembris mensis die vicesimo nono, subitanea correptus apoplexia, suis, qui

* Vol. II. P. I. p. 174.

qui eum peramabant, auditoribus ereptus vitaque defunctus est CHRISTOPHORVS CAROLVS STRVMPFFIVS, Med. D. Chemiae et Botanices Prof. Publ. Extraordinarius, utriusque huius scientiae apparatu, professore digno, instructus, et editione variorum scriptorum, in primis b. SCHVLZII, socero sui, Ill. etiam LINNAEI, clarus.

Memoria IVSTI GODOFREDI GÜNZII, Phil. et Med. D. Reg. Polon. Clementissimi, Electoris Saxoniae Serenissimi Consiliarius Aulae et Iustitiae atque Archiater, Acad. Lipsiensis Prof. Anat. et Chirurg. Publ. Ordinar. Facult. Med. Assessor, Collegii Med. Chirurg. Dresdens. Praeses, et Acad. Reg. Scient. Paris et Acadd. Regg. Scient. et Artium Rothomagensis et Suecicae Stockholmiensis Sodalis.

Iustas omnino et iure quidem pronunciamus querelas, quas omnes boni de obitu mouent viri, in promouenda felicitate aliorum occupati, in primis, si in eius modi aetatis flore illius patiantur iacturam, quo non poterant non maiora adhuc emolumenta expectare et certissimos praeuidere fructus. Hinc iustissimi nostri etiam videbuntur dolores, quos singulorum nostrorum mens concepit de obitu Ill. GÜNZII, cuius vita magis magisque nobis fructuosa erat extitura, nunc praematuro et luctuoso nobis fato abrupta. Natus ille fuit in Misniae oppido, Koenigsteinii, a vicino castello, exteris quoque non incognito, satis celebri, huius seculi anno decimo quarto, mensisque martii die primo. Patre M. GODOFREDO GÜNZIO, dicto iam in loco verbi diuini ministro et matre MARIA MAGDALENA, nata WERNERIA. A teneris iam unguiculis sciendi cupidum quod ostendebat animum, parentis usus est fideli earum rerum institutione, quae ad hominem ingenuum formandum requiruntur, simulque talibus traditus praeceptoribus, quorum ope in-

inſtructus, dociliqui ſuo ingenio adiutus, decimo quinto aetatis anno in Gymnaſium Görlicenſe Luſatiae ſuperioris deferri potuerit. Quo certo in loco ſuam in addiſcendis literis ſolertiam ita comprobauit doctoribus, ut eum commilitonibus exempli inſtar proponerent, ex eodem vero anno huius ſeculi triceſimo ſecundo diſcedens, habita de medico erudito oratione, qualem agendi normam in poſterum ſit ingreſſurus, haud obſcure declarauit. Abiit itaque in noſtram eo anno academiam, et cum animum, optimis iam doctrinis imbutum, ſimul adduxiſſet, tantus ſcientiarum maioris momenti ei iniectus fuit amor, qui ad ultimum vitae terminum, teſtantibus id elegantiſſimis, et haud vulgaris peritiae pleniſſimis, ſpeciminibus, eum deſeruit nunquam. Philoſophiae et, quae medicum in primis perficit, matheſeos cognitione ex praeceptis RICHTERI et HAVSENII, celeberrimorum olim penes nos profeſſorum, hauſta, totum ſe arti medicae deuouit, audiendo ſui temporis noſtrique ex parte principes viros, CRELLIVM, PLATNERVM, WALTHERVM, QVELLMALZIVM, PETZOLDVM, HEINICHENIVM atque multiplicis ſcientiae medicae fama nobilitatum, noſtrum HEBENSTREITIVM, quorum veſtigia legit acri et felici ſtudio, quem tanto etiam hi complectebantur amore, ut honori ſibi ducerent, quem in intimam reciperent amicitiam, praecipue quod eorum tandem conſeſſibus adſidebat, et olim perceptae inſtitutionis fructus in eos redundare faciebat uberrimos. Paullo itaque poſt, anno ſcilicet triceſimo quarto ſub b. CRELLII praeſidio *de mammarum fabrica et ſecretione lactis*, publice defendendo academicam diſſertationem, non partium ſtudium, veritatem potius indagandam eſſe ſtudioſiſſime demonſtrauit. Immo, qui in ipſo erat, ſummus veritatis fauor eo Noſtrum adegit, ut triceſimo ſexto anno, longe celebratas thermas Carolinas inuiſeret, quo tum indolem et vires harum aquarum

intelligeret penitius, tum quo eruditorum, medicorum potissimum, huc conuenientium, conuersatione proficeret ulterius. Adeoque nihil reliquit eorum, quo conquisitos iam eruditionis thesauros locupletare posset atque amplificare magis. Rediens ergo ad academiam nostram eodem anno primos in philosophia aeque ac medicina, quos baccalaureatus vocant, expessuit honores. Accedente autem sequenti anno magistri titulo, proprio marte conscriptam, *de διαίτῃ in sacris Aesculapii*, commentationem publice proposuit, elegantia et sermonis nitore, nec non singularis antiquitatum medicarum studii omnibus acceptum et insigne documentum. Subsequebantur post anno tricesimo octauo maiora iam praemia, dum medicae artis Doctor, defensa, praeeunte Ill. WALTHERO, *de oscitatione* disputatione inaugurali, crearetur, promeritis praeceptorum suorum laudibus decoratus. Immo eodem fere tempore a Potentissimo Nostro Rege eidem publice anatomen et chirurgiam extra ordinem docendi munus elementissime demandabatur. Quod, licet iam, qui aliis suis inseruire posset praelectionibus, iudicatus fuerit dignissimus, singulari tamen modestia ita declinauit, ut post aditialem de chirurgo immisericorde, orationem, ad quam programmate, *de libello* HIPPOCRATIS, qui agit *de dissectione*, decenter inuitauerat, submisse obsecraret in literarum felicitatem natum patriae patrem, quo clementissime, exteras ut peragraret regiones, permitteret. Pro sua namque ingenii magnitudine conquiescendum sibi non esse arbitrabatur, donec eum congessisset rei literariae thesaurum, quantum humana capere potest imbecillitas. Facillime quoque obtinuit, quod demississime petierat et eodem anno per Thuringiam, Hassiam, Moguntiam et Palatinatum, Argentoratum abiit, salutatis, quotquot ibidem offendebat, eruditis, quibusque aliqua vel medicae vel librariae doctrinae erat supellex, cum quibus

quibus ea propter eam etiam iniit amicitiam, ut perpetuo eundem dignarentur literarum commercio, eiusque haud raro uterentur diuersis in casibus perpolito iudicio. Post Lutetiam Parisiorum se conuertit, quae et anatomes et efficacioris medicinae, quae manu opem fert, laude diu lateque celebrabatur. Hic autem suum ut expleret desiderium, non unam inueniebat occasionem, denuo peritissimorum utens magistrorum consiliis. Scite dissecandi artem HVNALTVS et BERTINVS ipsum docuit, cui etiam cum magno honoris encomio *de arteria maxillari interna* commentationem nuncupauit. Chirurgiam, praeeunte LE DRAN et GVERINO, artem obstetriciam, LVDOVICO PHILIPPO GREGORIO, morbos oculorum curandi rationem, St. YVES, exercuit. Quibus auxiliis cum idoneam artis, quae ipsi profitenda erat, consecutus esset facultatem, ad Belgium se conuertit, auctoritate ALBINORVM, SWIETENIORVM, SCHACHTIORVMque permotus, in quorum etiam peruenit cognitionem et pene familiaritatem. Nec hac quidem bonarum artium et scientiarum ex mercatura secessisset, nisi tristis de parentis carissimi obitu nuncius eundem ad patriam reuocasset. Rediit itaque anno huius seculi tricesimo nono Lipsiam, a quo tempore fixam ibidem sedem fecit, summo cum studio medicas instituens scholas, artem faciens prudenter et feliciter, nouos etiam in dies suorum meritorum percipiens fructus. Ab academia regia scientiarum, quae Parisiis est, anno quadragesimo quarto inter eos recipiebatur, cum quibus illa commercium haberet literarum, mox vero sociis exteris adscribebatur, qui honos paulo post, anno quadragesimo sexto, ab academia Rothomagensi, tandem etiam ab academia Suecica pariter ipsi exhibebatur. Properauit inde ad honoris culmen. Quam enim huc usque extra ordinem docendi medicinam habuerat potestatem, defuncto b. WALTHERO nostro, physiologiae professione data,

ordinarie docere iubebatur, et breui intercedente ſpatio, exſpirante b. PLATNERO, anatomiae et chirurgiae praeficiebatur, quam utramque doctrinam, quibus modis perficere et augere tentauerit, noſtra loquitur academia, teſtantur commilitonum, qui ad eum audiendum confluebant, caterua, demonſtrant, quae ſuperſunt, doctiſſima ſcripta. Sed breui durauit et haec noſtra felicitas, dum aliam fortunarum ſedem ipſi conſtituiſſet ſummum numen. Euocatus anno quinquageſimo huius ſeculi Dresdam a Potentiſſimo Noſtro Rege, cuius nunc ſanitati praeeſſet, quam quidem, pretioſiſſimam omnibus, tueretur, dignitate conſiliarii aulae et iuſtitiae decoratus. Quod autem ibidem collegium medico chirurgicum eſſet conſtitutum, ſimul cum b. NEIDIO praeſes, et poſteriu obitum director eiusdem decernebatur. Non deſtitit tamen academiae inſeruire, ſuum ſcilicet peritis viris docendi officium tradidit, et, quae a profeſſore requiruntur, ſcripta academica ſuo tempore transmiſit; a quibus quidem, ipſi amiciſſimis, ſtudiis nec perturbata viuendi ratio, nec aliorum laborum grauitas, eum arcere unquam poterat. Sed euenit etiam commune quaſi eruditis fatum, ut, quo acrius intenduntur mentis vires, eo imbecillius corpus reddatur. Conflictandum hinc erat Noſtro, cum variis, quae ab hypochondriis dicuntur, aerumnis, et vehementes, quos olim perſentiſcerat, diri morbi cruciatus ſenſim ſenſimque recrudeſcebant. Vltimo enim anno pulſum percepit intermittere, ex quo integrae ſanitatis praeſagium deſumere non poterat, quam tamen itineribus et variis laborum viciſſitudinibus diſſipare intendebat. Et cum in eo iam eſſet, ut Clementiſſimum noſtrum Regem, iter in Sarmatiam facientem, ſequeretur, ſubitanea virium et vehementi quidem proſtratione debilitabatur, quam mox inſultus febris catarrhalis excipiebat, quae mali moris in acutam degenerabat ſic, ut, quartum iam et quintum quae interce-

tercedebat diem, nocte, omnia exacerbarentur ſymptomata, et ſeptimo tandem, viceſimo nempe ſecundo menſis iulii, laudabiliter actae vitae imponerent finem. Moeſtiſſimam reliquit viduam, quatuorque liberos. Vixit annos quadraginta, menſes tres, hebdomadas tres, et diem unum.

Adiungimus tandem indicem ſcriptorum a beato Viro editorum, quibus etiam poſſunt addi variae pereruditae commentationes in Commentariis academiae regiae ſcientiarum Pariſienſis phyſico medicis, per varios eruditos oblatis, et aliae in Commentariis academiae reg. Suecicae. Ob ſingularem autem linguae latinae graecaeque et omnium elegantiorum literarum ſcientiam optandum fuiſſet, ut, de qua diu meditatus eſt, editionem CELSI et AETII AMIDENI ad umbilicum potuiſſet deducere, quam auidiſſime diu orbis eruditus expectauit. Edidit ſequentia:

De auctore operis de re medica, vulgo PLINIO VALERIANO adſcripti, libellus. Lipſiae, 1736. 4.

Diſſ. de δαιδαχία in ſacris Aeſculapii, Reſ. *I. F. G. Richter.* ib. 1737, 4.

Progr. de HIPPOCRATIS libello de diſſectione. ib. 1738. 4.

Diſſ. de deriuatione puris ex pectore in bronchia, ad GALENVM de loc. affect. Lib. V. cap. 3. Reſp. *I. H. Schmid.* ib. eod. 4.

Progr. nouam ſententiam de reſpiratione proponens. ib. 1739. 4.

Obſeruationum chirurgicarum de calculum curandi viis, quas FOVBERT, GARENGEOT, PERCHET, LE DRAN et LE CAT, chirurgi Galli, repererunt, liber unus. ib. 1740. 8.

Commentatio medico chirurgica de commodo parturientium ſitu. ib. 1742. 4.

Commentatio de arteria maxillari interna. ib. 1743. 4.

Diſſ. ſiſtens obſeruationes medico chirurgicas de herniis, Reſp. *I. E. Geisler*. Lipſiae. 1744. 4. Hanc auctior eodem anno prodiit ſub titulo:

Obſeruationum anatomico chirurgicarum de herniis libellus.

HIPPOCRATIS COI de humoribus purgandis liber et de diaeta acutorum libri tres cum commentariis integris LVDOVICI DVRETI Seguſiani. Acceſſit conſtitutio prima libri ſecundi epidemion cum eiusdem auctoris interpretatione. PETRVS GIRARDETVS, Facult. Med. Pariſ. Doctor emendauit, in ordinem diſtribuit, ac primum in lucem protulit. Iterum recenſuit, emendauit, paraphraſin, notas, praefationem et indicem nouum adiecit IVST. GOD. GÜNZ. Lipſ. 1745. 8.

Progr. de ſanguinis motu per durioris cerebri membranae ſinus. ib. 1747. 4.

Diſſ. de Staphylomate, Reſp. *I. M. Barth.* ib. 1748. 4.

Progr. de maxillae articulo et motu. ib. 1748. 4.

Diſſ. inauguralis ſiſtens obſeruationes anatomico phyſiologicas circa hepar factas, Reſp. *I. G. Thilo*. ib. 1749. 4. c. f.

Progr. de entero epiploocele. ib. eod. 4.

Diſſ. continens animaduerſiones de ſuffuſionis natura et curatione, Reſp. *I. P. Schnitzlein*. ib. 1750. 4. c. f.

Progr. obſeruationes anatomicae de cerebro. Proluſio I. et II. ib. eod. 4.

Progr. proponens obſeruationes quasdam anatomicas de utero et naturalibus feminarum. ib. 1753. 4.

Progr. de lapillis glandulae pinealis in quinque mente alienatis. ib. eod. 4.

Progr. proponens obſeruationem ad ozaenam maxillarem ac dentium ulcus pertinentem. ib. eod. 4.

XVI.

XVI.

Continuatio indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1753 prodierunt.

IOHANN NEVBERTS *wohlerleſener Auszug nützlicher Geſundheits-Regeln, und bewährter Arzney-Mittel, wie auch Kennzeichen und Urſachen unterſchiedener hitziger Entzündungs-Fieber. Königsberg*, 8.

CASP. NEVMANNI chymia medica dogmatica experimentalis, *oder gründliche und mit Experimenten erwieſene mediciniſche Chymie; 3ter Band. Herausgegeben von* CHRISTOPH HEINRICH KESSEL. *Züllichau*, 4.

ERNST ANTON NICOLAI *Vertheidigung ſeines Verſuchs eines Lehrgebäudes von den Fiebern überhaupt, wider die in dem Hamburgiſchen Correſpondenten* Num. 199 *und* 200 *befindlichen Aufſätze. Iena*, 8.

ADAM NIETZKI Diſſ. de febribus complicatis in genere. Halae, 4.

Nouae obſeruationes circa criſium praedictionem ex pulſu, nullo habito reſpectu ad ſigna critica antiquorum: primum a FRANC. SOLANO DE LVQVE, aliisque deinde medicis factae; nouis caſibus auctae a IAC. NIHELL; ex anglico latine reddidit WILH. NOORTWYK. Viennae, 8.

Lettres ſur l'Electricité dans leſquelles on examine les dernieres decouvertes, qui ont été faites ſur cette matiere et les conſequences, que l'on en peut tirer, par Mr. l'Abbé NOLLET. à Paris, 12. —

Leçons de phyſique experimentale, par l'Abbé NOLLET, nouvelle edition. Amſterd. 4. Voll. 12. avec figures.

Oratio habita a IOANNE ANTONIO NOLLET, Licentiato Theologo, cum primum Phyſicae Experimentalis curſum Profeſſor a Rege inſtitutus auſpicare- —

caretur in Regia Nauarra. Die martis decima quinta menſis maii anno D. 1753, Vniuerſitatis iuſſu edita. Pariſiis, 4. mai.

An Eſſay on the Hydrophobia, to which is praefix'd the caſe of a perſon, who was bit by a mad dog, had the Hydrophobia, and was happily cured. By CHARLES NVGENT. London, 8.

ANDR. NVNN Progr. de dignitate anatomes ad chirurgiam. Erford. 4.

IAC. ODOARDI Riſpoſta alla lettera del D. AVG. ZVLATTI contra le rifleſſioni ful vitto pitagorico di G. A. PVJATI. Trento, 4.

— GOTTLIEB OELSNERS *phyſicaliſche, chymiſche und mediciniſche Unterſuchung der mineraliſchen oder ſonſt geſunden Waſſer, unter dem Namen der Sauerbrunnen und warmen Bæder. Breslau, 8.*

Anatomie chirurgicale, ou Deſcription exacte des parties du Corps Humain, avec des remarques utiles aux Chirurgiens dans la pratique de leur Art; publiée ci-devant par M. L. PALFIN. Nouvelle édition entiérement refondue et augmentée d'une Oſtéologie nouvelle; Par M. A. PETIT; enrichie d'un grand nombre de figures en taille-douce. 2 Voll. à Paris, 8. mai.

FRID. GOTTLIEB PANZER Diſſ. inaug. de fluxu menſium febribus acutis et malignis ſuperueniente ut plurimum funeſto. Altorfii, 4.

— IO. BAPT. PASSERII, Ariminenſis Diſſ. de petrefactis agri Veronenſis. Venezia, 12. (*Ea quoque reperitur in tomo quinquageſimo diarii, quod inſcribitur:* Raccolta degli Opuſcoli ſcientifici.)

CAROL. PAYEN, Quaeſt. med. An odoramenta ſalubria? Reſp. *Amabil. Chomel.* Paris. 4. mai.

An eſſay on magnetiſm; or an endeavour to explain the various properties and effects of the loadſtone, together with the cauſes of the ſame. By FRANCIS. PENROSE, London, 8.

PER-

PERRAVLT zur natürlichen Hiſtorie der Thiere dienliche Nachrichten, aus dem Franzöſiſchen ins Deutſche überſetzt von GEORGE LEONHART HVT. Erſten Theils 2 Tafeln. Nürnberg, 4. m. K.

IOHANN GOTTFRIED PIETSCHENS erklärte Urſachen und Cur von den Ohnmachten und Convulſionen, vornehmlich aber der eigentlich fallenden Sucht. Hamburg und Leipzig, 8.

ANTON. GVILIELM. PLAZII Diſſ. inaug. de ſanitatis publicae obſtaculis. Reſp. *Io. Godofr. Sonnenkalb.* Lipſ. 4.

CAROL. GVIL. POERNER de officiis medici, quatenus felicitatem eius promouent. Comment. prior et poſterior. Lipſ. 4.

IO. CHRISTOPH POHLE Diſſ. inaug. de febre lochiali. Reſp. *Martin Gottlob Halpitius.* ib. 4.

Het Roonhuiſiaanſch Geheim in de Vroedkunde, nader opgeheldert en beveſtigt door IAC. DE VISCHER en HVGO VAN DE POLL. Leyde, 8. cum inſtrumenti figura.

All' Auguſto Real Principe FILIPPO di Borbone, Infante di Spagna, Duca di Parma etc. Diſcorſo ſopra la Teriaca di Andromaco Seniore di SILVESTRO ANT. PONTICELLI, Conte di Farneta e Guſſiola, etc. Parma, 8.

EHRICH PONTOPPIDANS *Verſuch einer natürlichen Hiſtorie von Norwegen, worinnen die Luft, Grund und Boden, Gewæſſer, Gewæchſe, Metalle, Mineralien, Steinarten, Thiere, Vögel, Fiſche und endlich das Naturel, wie auch die Gewohnheiten und Lebensarten der Einwohner dieſes Königreichs beſchrieben werden. Erſter Theil. Aus dem Daniſchen überſetzt von* I. ADOLPH SCHEIBEN. *Coppenhagen. 8. mai. m. K.*

Lithogéognoſie, ou Examen Chymique des Pierres et des Ferres en general, et du Talc, de la Topaze et de la Stéatite en particulier; avec une Diſſertation

tation ſur le Feu et ſur la Lumiére; par Mr. IEAN. HENRI POTT. Ouvrages traduits de l'Allemand, à Paris, 12.

— IEAN HENRI POTT, Continuation de la Lithogéognoſie Pyrotechnique, où l'on traite plus particulierement de la connnoiſſance de la Terre et des Pierres, et de la maniére d'en faire l'examen; avec la table des effets des mêlanges differens des Terres de la Lithogéognoſie. ib. 12.

— Eiusd. *zweyte Fortſetzung derer chymiſchen Unterſuchungen. Berlin*, 4.

Principes de Jurisprudence ſur les viſites et rapports judiciaires des Medecins, Chirurgiens et Apothicaires et Sages-Femmes. Avec des indications des ſources d'où ces principes ſont été recueillies. Par Mr. PREVOST. à Paris, 12.

SAMVEL THEODOR QVELMALZ, Progr. de linctu, oculorum collyrio. Lipſ. 4.

Eiusd. Progr. de viribus electricis medicis. ib. 4.

— Eiusd. Progr. de vinis mangonizatis. ib. 4.

— Eiusd. Progr. quo vaſa aenea coquinae famulantia expendit. ib. 4.

Traité des Fievres continues, dans lequel on a raſſemblé et examiné les principales connoiſſances, que les Anciens ont acquiſes ſur les Fiévres par l'obſeruation et par la pratique, particuliérement ſur les Préſages, la Coction, les Criſes et la Cure de ces Maladies. par Mr. QVESNAY. à Paris, 12. 2 Voll.

Phyſicaliſche und mediciniſche Abhandlung von denen æuſſerlichen Verletzungen, von den Kinderabtreibenden, vergiftenden und verliebtmachenden Mitteln, mit verſchiedenen Zuſætzen von D. I. F. K. *Nürnb. und Leipzig.* 8.

— Le ſpectateur du feu elementaire ou Cours d'Electricité experimentale, où l'on trouve l'explication, la cauſe et le mechaniſme du feu dans ſon origine, de

delà dans les corps; ſon action ſur la bougie, ſur le bois, et ſucceſſivement ſur tous les phénoménes éléctriques: où l'on devoile l'abus des pointes pour détruire le tonnere: on y explique en outre la cauſe de la chûte des corps au centre de la terre, celle de l'aſcenſion de l'eau dans les tuyaux capillaires; etc. que le feu eſt reſſort, l'air, l'agent du mechaniſme de l'Univers. Par Mr. CH. RABIQVEAV. à Paris, 8.

FRIDER. REEBMANN Diſſ. de omento ſano et morbido. Argentorati, 4.

FR. M. RÆGENFVS *Sammlung von Muſcheln und Schnecken, bis 9tes Blat, illuminiret. Nürnb.* fol.

CHRISTIAN REICHARDS *Land- und Garten-Schatzes 3ter Theil, von den zur Speiſe dienlichen Koblenwurzeln und Zwiebeln. Erfurth 8.*

Ebendeſſelben 4ter Theil, worinnen von Küchen-Specereyen und Arzney-Gewæchſen gehandelt, und deren Erziehung, Erhaltung und Wartung aufrichtig beſchrieben werden. ib. 8.

CHR. IOB. EPH. REINHARD Carmen de plethora ſeu plenitudine morborum matre, non morbo. Sorauiae, 8.

IOACHIM IACOB RHADES, Diſſ. inaug. de ferro — ſanguinis humani aliisque liquidis animalium. Göttingae, 4.

GEORGE GOTTLOB RICHTER Diſſ. inaug. de iuſto febrium moderamine. Reſp. *Aug. Guil. Berlin.* ib. 4.

Eiusd. Progr. de ſalutaris ſomni natura et tempore. ib. 4.

DIONYSII ROBERTSONS *Pferde-Arzney-Kunſt, oder gründlicher und genauer Unterricht, die æuſſerlich- und innerlichen Gebrechen der Pferde, mit ganz beſondern Kennzeichen zu erkennen, worinnen auch Handgriffe ſehr deutlich angezeigt werden, ſelbſt zu curiren. Stutgard, 8.*

GEORG

GEORG ROEDERER Elementa artis obſtetriciae in uſum praelectionum academicarum. Gottingae, 8.

A. I. ROESELII hiſtoria naturalis ranarum; A. I. ROESSELS *natürliche Hiſtorie der Fröſche; bis 40ſtes Blat, illuminiret.* Nürnberg, fol.

Eiusd. *Inſecten-Beluſtigung, 3ter Band bis 70ſtes Blat, gemahlet.* ib. 4.

Kurzer Begriff der Naturlehre, zum Gebrauch der Anfænger aus den neueſten Entdeckungen der Naturforſcher zuſammen getragen, von GEORGE ROTHEN. *Leipzig und Görlitz*, 8

— *Von der Schædlichkeit des Kupfergeſchirres in der Haushaltung, ein Schreiben des Herrn* ROVSSEAV *aus Genf, an den Verfaſſer des* Mercure de France. *Aus dem Franzöſiſchen überſetzt. Erlangen*, 4.

PAVL LE ROY Quaeſt. med. An febri ſubintranti Kinakina? Reſp. *Io. Bapt. Hattè.* Paris, 4. mai.

10. GEORGE RVNGE Diſſ. inaug. de voce eiusque organis. Lugd. Bat. 4. mai.

— A Diſſertation concerning the uſe of ſeawater in diſeaſes of the glands. etc. To which is added an epiſtolary diſſertation to R. FREWIN by RICHARD. RVSSEL. London, 8.

Die heutige Hiſtorie oder der gegenwærtige Staat der Sundaiſchen Inſuln, als Borneo, Java und Sumatra, nebſt einem doppelten Anhange von dem gegenwærtigen Staat, 1) der Nicobariſchen und Andomaniſchen Inſuln, und 2) des Landes des Papuas, nebſt den umliegenden Inſuln aus dem Engliſchen Original des Hrn. Capitain TH. SALMON, *nebſt Hollændiſchen Anmerkungen und Zuſætzen von* M. VAN GOCH *ins Deutſche überſetzt. Altona, 4. andere und verbeſſerte Auflage.*

Diſſertation où l'on recherche, comment l'air ſuivant ſes differentes qualités, agit ſur le corps humain, qui a remporté le prix au jugement de l'Academie des Belles-lettres, Sciences et Arts de Bor-

Bordeaux, par Mr. BOISSIER DE SAUVAGE. Bordeaux, 4.

Eiusd. Diſſ. Embryologia. Reſp. *Rudolph. Ierem. Raiſin.* Montepeſſul. 4.

Eiusd. Diſſ. Theoria tumorum. Reſp. M. *Abraham Moſes Ioyeuſe.* ib. 4.

The Uniuerſal Dictionary of trade and commerce translated from the French of the celebrated Monſieur SAVARY etc. with large additions and improvements incorporated throughout the whole work, which more particulary accommodate the ſame to the trade and navigation of theſe Kingdoms, and the laws, the cuſtoms and uſages, to which all traders are ſubject, by MALACHY POSTLETHWAYT. Tom. I. London, fol.

Dictionnaire univerſel de mathematique et de phyſique, où l'on traite de l'origine, du progrès de ces deux ſciences et des arts, qui en dependent, et des diverſes revolutions, qui leur ſont arrivées jusque à nôtre temps, avec les expoſitions de leurs principes et l'analyſe des ſentimens des plus celebres Auteurs ſur chaque matiere. Par M. SAVERIEN. 2 Voll. à Paris, 4. mai. c. figg.

SAMVEL SCHAARSCHMIDTS *Anweiſung zu dem* Studio medico chirurgico, *welche die Pathologie, Chirurgie und Praxis in ſich enthält, und mit Zuſætzen vermehret von* ERNST ANTON NICOLAI. *Zweyter Theil. Berlin*, 4.

AVGVST SCHAARSCHMIDTS *Nevrologiſche Tabellen. Andere Ausgabe.* ib. 8.

Eiusd. *Angiologiſche Tabellen. Andere verbeſſerte Auflage.* ib. 8.

IO. OSTERD. SCHACHTII Inſtitutiones medicinae practicae ad auditorum potiſſimum uſus in epitomen redactae et euulgatae; iuxta exemplar Traiect. ad Rhen. Viennae, 4.

IO. OSTERD. SCHACHTII Orat. de arcanis medicorum non celandis. Trai. ad Rhen. 4. mai.

IAC. CRISTIAN SCHAEFFERI Epiſtola ad Virum perill. de REAVMVR de Muſca Cerambyce ſeu Cerambyce ſpurio, nouum inſectorum ordinem conſtituente. Norimbergae, 4. Accedunt figurae coloribus ſuis expreſſae.

Die Sattelfliege beſchrieben von IACOB CHRISTIAN SCHAEFFER, *mit ihrer Abbildung. Regenſpurg*, 4.

Die Egelſchnecke in den Lebern der Schaafe, und die von dieſen Würmern entſtehende Schaafkrankheit, beſchrieben von IACOB CHRISTIAN SCHAEFFERN. *Regensburg, mit 1 Kupfer.*

IO. ERNEST. SCHAPERI Medicinae curioſae ſpecimen, duabus quaeſtionibus enodatum. edit. nov. Roſtochii et Lipſiae, 8.

FRIDR. WILHELM SCHEFFLER, Diſſ. inaug. de criſi in morbis acutis aeque ac chronicis contingente. Halae, 4.

BARTHOLOM. VAN SCHELLEBECK, Theſes inaug. de foetu in utero viuente et exinde in lucem prodeunte. Traj. ad Rhen.

IO. LAVRENT. SCHILLING, Diſſ. de cauſis, cur febres in locis paludoſis ſint frequentiores et perniciоſiores? Altdorfii, 4.

IO. ALBERT SCHLOSSER, ſpecimen inaug. de ſale urinae humanae natiuo. Lugd. Bat. 4. mai.

De la Fonte des Mines, des Fonderies, des Grillages, des Fourneaux de fonte, d'affinage, de raffinage, des Fabrique de Vitriol, de Potaſſe etc. Traduit de l'Allemand de CHRISTOPH. ANDRE SCHLVTTER. Tome II. publié par Mr. HELLOT. à Paris, 4. c. f.

IO. CONR. GVIL. SCHMIDT, Epiſtola ad FR. GVILKLAERICH Obſeruationes de febre ſcarlatina continens. Hanouerae, 4.

CASI-

CASIMIR CHRISTOPH SCHMIEDEL, Diſſ. de praecordiis. Reſp. *Io. Erneſt. Kaufmann.* Erlang. 4.

R. (RADVLPH) SCHOMBERG, Aphorismi practici, ſiue obſeruationes medicae, quas tam ex veterum, quam recentiorum ſcriptis in uſum medicinae tyronum collegit et in ordinem alphabeticum digeſſit. Amſtelod. 8.

CHRISTOPH. IACOB SCHRECK, Diſſ. inaug. de Cynogloſſo. Altdorfii, 4.

PHIL. GEORG. SCHROEDER, Progr. quo quaeſtionem: An aer ſanguini in pulmonibus admiſceatur? in partem affirmatiuam reſoluit. Marburgi Cattorum, 4.

IO. HENR. SCHVLZII praelectiones in diſpenſatorium Boruſſo-Brandenburgicum. Altera hac editione inſigniter auctae. Norimbergae, 8.

Der Character und die Ehre des Arztes etc. von CHRIST. GOTTHOLD SCHWENKEN. *Dresden*, 4.

Schets der Heelmiddelen en haar uitwerking op het Lichaam, door THOM. SCHWENKE. Edit. nov. aucta. s' Gravenhag. 8.

IO. ANDR. SEGNER, Diſſ. propoſitiones medicas ſiſtens. Reſp. *Samuel Baligha.* Gotting. 4.

Sammlung verſchiedener auslændiſcher und ſeltener Vögel, worinnen ein ieder derſelben nicht nur auf das genaueſte beſchrieben, ſondern auch in einer richtigen und ſauber illuminirten Abbildung vorgeſtellet wird, von IO. MICHAEL SEELIGMANN; *bis notes Blat; illuminirt. Nürnberg*, fol.

GEORG. FRIEDR. SIGWART, pantometrum eruditionis maxime medico chirurgicae, nouis principiis mathematicis praemunitum. Tubingae, 4.

Eiusd. Idea medicinae organicae irenica, quam ſermone inaugurali propoſuit. ib. 4.

Authentic Copies on the Codicils belonging to the laſt Will and Teſtament of Sir HANS SLOANE. London, 8.

ENGELBERT. VAN DER SLVYS, Diſſ. inaug. de ſterilitate. Lugd. Bat. 4. mai.

The Hilliad, an epic poem, book I. written by Mr. SMART, with notes variorum, etc. London, 4.

IAC. REINBOLD SPIELMANN, Diſſ. de optimo infantis recens nati alimento. Reſp. *Bernh. Henr. Rang.* Argentor. 4.

IOH. C. G. SPRENGELS *Hauptſtücke der Landwirthſchafts Kunſt, zum Beſten der Jugend herausgegeben. Breslau, 8.*

IOACH. FRID. SPRENGELS *Beſchreibung der Bergwerke auf dem Harze. Berlin, 8.*

BALTH. SPRENGERI Opuſcula phyſico mathematica. Hanouerae, 8.

IOH. ADRIAN. THEOD. SPROEGEL, Diſſ. inaug. Experimenta circa varia venena in viuis animalibus inſtituta. Gotting. 4.

IO. STAEHLIN, Diſſ. inaug. ſiſtens partum cum haemorrhagia uteri coniunctum. Lugd. Batav. 4. mai.

A treatiſe on cyder-making, founded on long practice and experience, with a catalogue of cyder-apples of character in Herefordſhire and Devonſhire: their different qualities and applications in making either mellow or rough cyder; and the whole proceſs of cyder-making throughout with inſtructions for meliorating cyder; preſervatives, and remedies for preventing and curing the diſeaſe incident to cyder. To which is praefixed a diſſertation on cyder and cyder-fruit. By HVGH. STAFFORD. London, 4.

Heelkundige Ondervindingen, ondernomen en beproeft, aangaande de Viaanſche Bronwell, door H. VAN DER STEEG, Stads Chirurgyn te Vianen, Amſteld. 8.

IOH. GOTTLIEB STEGMANN, *Einleitung in die Naturlehre zum Gebrauche derjenigen, die mit Vergnügen*

gnügen und Aufmerksamkeit die Natur betrachten wollen. Rinteln, 8. m. K.

IO. RVDOLPH. STEHELIN, Specimen obseruationum medicarum. Resp. *Ioh. Ludov. Buxtorf.* Basileae. 4.

GEORGE WILHELM STELLERS *ausführliche Beschreibung von sonderbaren Meerthieren, mit Erläuterungen und nöthigen Kupfern versehen. Halle, 8.*

IO. CHRIST. STOCK, Prolus. XV. et XVI. et XVII. et XVIII. de tuenda sanitate in meditationum laboribus. Ienae, 4.

Eiusd. Diss. inaug. de podagra mulierum. Resp. *Eliasib. Philemon. Lucret. Krause.* Ienae, 4.

IOH. STORCHS *Abhandlung von Blatterkrankheiten; herausgegeben und mit eignen Anmerkungen hin und wieder begleitet von* IACOB STORCH. *Eisenach, 4.*

Eiusd. *achter und letzter Band von Weiberkrankheiten, darinnen vornehmlich solche* casus, *Krankheiten und Gebrechen, so man der weiblichen Mutter zuschreibet, und denen Weibern ausser dem Schwangergehn zu begegnen pflegen. Gotha,* 8.

Eiusd. (alias Pelargi) Hydrops uniuersalis, *d. i. Beschreibung seiner merkwürdigen Wassersucht, benebst geführten Verhalten, Diät und Cur, dabey die alltäglich vorkommenden und bedenklichen Umstände richtig aufgezeichnet, die Abzapffung einer sehr grossen Quantität Wassers angemerket, und was sich sonst bedenkliches dabey ereignet, mit Fleiß von ihm aufgesetzt, und nebst beygefügten Lebenslauf und* Sections-*Schein auf Begehren zum Druck übergeben und mit einem Register versehen, von* IACOB STORCH. *Eisenach,* 4.

CAROL. GVIL. FRID. STRVVII, Diss. theoriam fermentationis naturalis exhibens. Resp. *Christ. Aug. Foertsch.* Ienae, 4.

Eiusd. Idea syncretismi medici ex influxu ideali systematice euoluta. Erford. 4.

THOMAS GEORG. SVTER, Diſſ. inaug. de ſtatu ſano et morboſo accolarum maris baltici. Lipſ. 4.

GERARDI VAN SWIETEN Commentaria in HERMANNI BOERHAAVE Aphoriſmos de cognoſcendis et curandis morbis. Tomus tertius. Lugd. Bat. 4. mai.

Dictionnaire anatomique ſuivi d'une bibliotheque anatomique et phyſiologique. Par Mr. TARIN. à Paris, 4.

Eiusd. Oſteographie ou Deſcription des Os de l'adulte du foetus, etc. précédée d'une Introduction à l'étude des parties ſolides du Corps humain. à Paris, 4. mai. avec figures.

Eiusd. Myographie ou Deſcription des muſcles du Corps humain. à Paris, 4.

— Curious remarks and obſervations in Phyſic, Anatomy, Chirurgery, Chemiſtry, Botany and Medecine, extracted from the Hiſtory and Memoirs of the Royal Academy of ſciences at Paris, containing ſuch uſeful diſcoveries, as have not been collected by other writers on the ſame ſubjects. By PATER TEMPLEMAN. London, 8.

— ANDR. TENZELII *mediciniſch-philoſophiſch und ſympathetiſche Schriften. Hof*, 8.

PETER HEINRICH TESDORPF, *Verſuch einer Beſchreibung von dem allerſchönſten und beynahe allerkleinſten Vogel, der unter dem Namen Colibrit bekannt iſt. Lübeck*, 4. mai. (*Poëtica deſcriptio.*)

— JOH. CHRISTIAN THEMEL, *Ober-Erzgebürgiſcher Iournal, oder Sammlung von allerhand in die hieſige Natur-Wiſſenſchaft &c. einſchlagende merkwürdige Abhandlungen, 10tes Stück. Freyberg und Leipzig*, 8.

— Traité des Pierres de THEOPHRASTE, traduit du Grec, avec des notes phyſiques et critiques, traduites de l'Anglois de Mr. HILL; auquel on a ajoûté deux lettres du même Auteur, l'une au Docteur PARSONS ſur les couleurs du Saphir et de

de la Turquoiſe; et l'autre à Mr. FOLKES, Préſident de la Société Royale de Londres, ſur les effets des differens menſtrues ſur le cuivre. à Paris, 12.

Obſervations ſur la culture des arbres à haute tige, particulierement des Pommiers; ſur la maniére de faire le Cidre, et ſur celles de convertir les plus mauvaiſes terres en bois. Ouvrage dans lequel on trouvera quelques remarques de l'Editeur ſur la fecondité de la terre, ſur la circulation de la ſéve et ſur la cauſe du dépériſſement des forêts. Par M. THIERRIAT. à Noyon et à Paris.

BAPTIST. THURANT Quaeſt. med. An ſibi inuicem auxilientur diuerſae glandularum functiones? Reſp. *Henr. Michael. Miſſa.* Paris, 4. mai.

Amilec ou la graine d'hommes, par Mr. TIPHAIGNE, Medecin de la faculté de Caen. 8.

IACOBI TOLLII Sapientia inſaniens, *oder tolle Weisheit, d. i. die Erfüllung ſeines in der Handleitung zum Chemiſchen Himmel gethanen Verſprechens, worinnen dasjenige, was er in gedachtem Tractate nur obenhin berühret, nunmehro völliger und mit allem Fleiße erkläret wird. An die Herren Burgemeiſter in Amſterdam vormals in lateiniſcher Sprache geſchrieben, nunmehro aber ins Deutſche überſezt, mit Anmerkungen und einem Regiſter verſehen von* I. C. L. *Iena.*

Lettre ſur la methode de guérir les Maladies Vénériennes par une preparation du Mercure dont la plus forte doſe n'excite jamais de ſalivation, à M. de VERNAGE. Par M. DE TORRES. à Paris, 12.

Eiusd. Lettre à M. MORAND ſur les effets ſurprenans du Mercure. ib. 12.

BALTHASAR LVDOV. TRALLES Hiſtoria cholerae atrociſſimae, quam ſuſtinuit ipſe, perſanauit aegerrime, atque in uſus publicos, adiectis animaduer-

ſionibus theoretico - practicis, quam accuratiſſime deſcripſit. Vratislaviae, 8.

Hortus nitidiſſimus omnem per annum ſuperbiens floribus; ſiue amoeniſſimorum florum imagines, quas magnis ſumptibus collegit CHR. IAC. TREW, in aes inciſas viuisque coloribus pictas edidit IO. MICHAEL SELIGMANN; *oder Abbildung der lieblichſten Blumen; bis 26tes Blat. illuminiret.* Leipzig, *fol.*

IO. IAC. VAETTERLI Diſſ. inaug. de ictero, illoque ſpeciatim, quo infantes recens nati laborant. Goetting. 4.

Curioſités de la nature et de l'art ſur la vegetation, ou l'agriculture et le jardinage dans leur perfection, par VALLEMONT. 2 Voll. à Paris, 12. c. f.

FRANC. BARRETO DE VEIGA Diſſ. inaug. de motu ſpasmodico. Lugd. Bat. 4. mai.

Cours de chirurgie dicté aux écoles de medecine de Paris, par DE VILARS. 6 Voll. à Paris, 12.

Het Roonhuiſiaanſch Geheim in de Vroedkunde nader opgeheldert en beueſtigt door IAC. DE VISCHER en HVGO VAN DE POLL. Leyden. 8.

RVDOLPH AVGVSTIN VOGELS *medicinische Bibliothek, darinnen von den neueſten zur Arzneygelahrheit gehörigen Büchern und Schriften ausführliche Nachricht gegeben, und zugleich nützliche Erfahrungen, nebſt andern Neuigkeiten bekannt gemacht werden. Zweyter Band. Erfurth und Leipzig, 8.*

— Eiusd. Progr. quo experimenta chemicorum de incremento ponderis corporum quorundam igne calcinatorum examinat. Gotting. 4.

Sieben Vorſchläge zur Oeconomie eines Landes, und zur Verbeſſerung deſſelben von I. E. VOIGT. *Berlin, 8.*

Abhandlung von Hyacinthen, in welcher aus eigener Erfahrung die Art und Weiſe, wie ſolche zu erziehen ſeyn, gelehret wird, von GEORGE VOORHELM,

HELM, *ſonſt auch* VON LAMPEL, *aus dem Franzöſiſchen ins Deutſche überſetzt, von* G. L. HVTH. *Nürnberg*, 8. *m. K.*

PETR. CRISTIANI WAGNERI epiſtola de acidulis Sichersreuthenſibus ad filium PAVL. CHRISTI. LVDOV. WAGNERVM. Erlangae, 4. —

Mineralogie, ou deſcription générale des ſubſtances du Régne Minéral; par Mr. IEAN GOTTSCHALK WALLERIVS. Ouvrage traduit de l'Allemand. 2 Voll. à Paris, 8. —

Eiusd. Diſſ. Om Quarz. Reſp. *Abraham Hedman.* Stockholm. 4.

IOH. DIETERIC. WALSTORF, Diſſ. Experimenta circa motum cerebri, cerebelli, durae matris et venarum in viuis animalibus inſtituta. Götting. 4.

A genuine account of the manner of making the beſt Ruſſia potaſhes communicated to the editor by the late Sir PETER WARREN. London, 8. —

A treatiſe on foreſt-trees. By WILLIAM WATKINDS. London, 8.

AEGID. WATTS Diſſ. inaug. de epilepſia. Lugd. Bat. 4. mai.

DIDERIC. BERNARD. PARINGET WEDDING, Diſſ. inaug. de pleuritide vera. Lugd. Bat. 4. mai.

GEORG. WOLFGANG WEDEL, Tractatio (*recuſa*) de diaeta literatorum, cum additamentis paradoxis. Lipſ. et Vitemberg. 4.

IO. NICOL. WEISS, Diſſ. tertia, quod alia ſenſatio alium motum inferat. Reſp. *Chriſtoph. Iacob. Schreck.* Altorf. 4.

IOHANN HEINRICH WINKLERS *Anfangsgründe der Phyſik. Leipzig, 8. m. K.* —

Eiusd. Progr. de auertendi fulminis artificio ex doctrina electricitatis. Lipſ. 4. c. f. —

Eiusd. Progr. unde vim elaſticam adipiſcatur aqua rareſcens? Lipſ. 4.

IAC. BENIAM. WINSLOW, Expoſitio anatomica ſtructurae corporis humani, e gallico latine verſa cum figuris aeneis earumque explicatione. Tomi IV. Partes V. Francof. et Lipſ. 8.

DAVID WIPACHER, Diſſ. de Phlogiſto animali ut variorum morborum cauſa. Lipſ. 4.

IO. PHILIP. LAVRENT. WITHOF, Oratio de religione medica. Hamon. 4.

IOH. IACOB WOYTS *Abhandlung aller innerlichen und äuſſerlichen Krankheiten in zwey Theilen, in welcher jedwede Krankheit deutlich beſchrieben, und zur Cur die bewærtheſten Arzneymittel aus den Schriften der berühmteſten Aerzte an die Hand gegeben werden. Bey dieſer dritten Auflage mit Fleiß überſehen und verbeſſert, und mit den Lehren von des Menſchen geſundem Zuſtande, von den Krankheiten insgemein, von der* Materia Medica *und* Pharmacie, *ſowohl der Chirurgie und Hebammenkunſt, als einigen zu lezterer gehörigen Kupferſtichen vermehret. Leipzig*, 4.

A Treatiſe on Opium founded upon practical obſervations; by GEORGE YOVNG. London, 8. mai.

AVGVSTIN. ZIEGLER, philoſophia naturalis ſeu phyſica. Pars I. II. III. Salisburgi, 4. mai. c. f.

GEORGE HEINRICH ZINCKE, *allgemeines Oeconomiſches Lexicon. Leipzig*, 8. mai.

IOHANN GOTTFRIED ZINN, Progr. de ligamentis ciliaribus. Gotting. 4.

Eiusd. obſeruationes quaedam botanicae et anatomicae de vaſis ſubtilioribus oculi et cochleae auris internae, ad virum Ill. PAVLVM GOTTLIEB WERLHOF ib. 4.

Con-

Contenta in hac parte:

1. Memoires de l'academie royale de Chirurgie. Tom. II. p. 575
2. HELLOT de la fonte des mines etc. Tom. II. p. 621
3. SCHAEFFER *von der Sattelfliege* p. 625
4. KVHLEMANN Obſeru. circa negotium generationis in ouibus p. 628
5. Raccolta d' Opuſcoli ſcientifici e filologici. Tom. XLV. ſeqq. p. 638
6. TARGIONI Prima raccolta di oſſervazioni mediche p. 657
7. Indices botanici et Materiae medicae etc. p. 664
8. BONNET Recherches ſur l'uſage des feuilles dans les plantes etc. p. 668
9. Hiſt. de l' academie royale des ſciences et belles lettres de Berlin an. 1752. p. 677
10. GLEDITSCH *Abhandlung von Vertilgung der Zug-Heuſchrecken* p. 690
11. LVDWIG Inſtitutiones Pathologiae
12. EIVSD. Inſtitutiones Therapiae generalis p. 696
13. SPRINGSFELD defenſio uberior contra TRILLERVM p. 709
14. GAVTIER Eſſai de Anatomie en tableaux imprimés p. 716
15. Noua phyſico-medica p. 727
16. Continuatio altera indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1753. prodierunt p. 743

INDEX.

INDEX.

A.

Abies piceae foliis breuibus, conis minimis 537. ex hac paratur potus genus ibid.
Aboenſis academiae doctores et profeſſores medici 160
Abſceſſus cerebelli 643. abdominalis 463. hepatis 582 ſeqq.
Aceti in venam infuſi effectus 446
Acia inſecti genus 483
Acidorum in corpus humanum actio dubia 706 ſeq.
Acidulae 298
Actinia polyporum genus 138
Acus triquetra in hydrocephalo adhibenda 30. acuum deglutitarum hiſtoria 211 ſeq.
Adolphi, Chriſtian. Mich. obitus, vita et ſcripta 168 ſeqq.
Aegagropilae, quid et unde? 332 ſeq.
Aeris in corpus humanum effectus 472 ſeqq. in pulmones ingreſſus 725. in venam immiſſi effectus 446. eius viciſſitudinum effectus 338 ſeq. idem plenus quid? 473
Aethiopis mineralis virtus 530
Aetitae geneſis 655
Agaricus fungi genus 119. 120. eius in ſiſtendo ſanguine uſus 594 ſeq
Agrorum fertilitas unde praenoſcatur? 335. paludoſorum emendatio 210
Aleppenſis morbi endemii hiſtoria 204. eius ſignum 205
Alimentorum moleculae organicae quid? 332
Allamand, Io. rerum naturalium theſaurum collegit 353
Ambiani magiſtratus theſis et praemium conſtitutum 163
Ammoniaci ſalis praeparatio 540. ſecreti eiusdem indoles 681
Ampelis flaua, artubus nigris, rectricibus quinque, anterioribus retrorſum flauis 204
Amphiarthroſis quid? 234
Amputatio oſſium quando neceſſaria? 612 ſeq. de eadem obſeruationes 605 ſeqq. illius, ſegmento carnis relicto, hiſtoria 596. uſus 605 ſeqq.
Analeptica medicamenta quid? 706
Anarthron inſectorum genus 137
Anatomiae methodus quaenam? 390. 391. eadem ſimplex et comparata 386
Anatomicae obſeruationes 307. 462. 499 ſeqq.
Aneuriſma primitiuum et conſecutiuum 615. eiusdem ſpurii ſpecies ibid.
Angues quid? 290. eorum claſſes 291
Anguillae generatio 209. 210
Anima ſenſus hominum ſuperior 322. an et quo modo in corpus agat? 95. 96. ipſa mouet per fluidum nerueum muſculos 411. 425. eius ſedes 643
Animalculorum microſcopio obſeruatorum claſſes 137. deſcriptio 227
Animale corpus non eſt automaton 421. eiusdem a vegetabili differentia 320. animalium hiſtoria 134 ſeqq. eorum deſcriptionis fundamenta et methodus 324. quadrupedum metho-

thodicae dispositionis examen 325. 330 seq. eorundem conceptio 628. de hac hypotheses variae 628. 629
Animi adfectuum consideratio 323
Anodynorum usus, differentia et noxa 436 seq.
Anthorae radix noxia non est 442
Antimonii aurati sulphuris virtus dubia 438. eiusdem vitri cerati vires et usus 32. 33
Antliae pneumaticae emendatio 47
Aphyllum et dentaria heptaphylla Clusii 48
Apis nigra abdomine 535
Apoplexiae causa suspecta 31. 32
Appleby, Ioseph. inuentor remedii, aquam marinam dulcem reddendi 556
Apterion insectorum genus 137
Aquae examen chemicum 248 seqq. marinam dulcem reddendi remedium 556. aqua submersorum signa 519. eosdem resuscitandi modus 517 seq.
Aquifolii forma, proprietas, usus 82. 83
Aranea venenata testacea 229. aranei sub aqua vita 237
Arboris pisiferae sibiricae descriptio et usus 203 seq. arborum lignosa pars parum perspirat 495 seq. ipsarum circuli annos indicant 440. eas praescindendi causae, tempus, modus, regulae 91 seqq.
Ardesia regularis 217
Arenae in morbis usus 714. rubra terebrans 655
Arsenici effectus funesti 441 seq.
Arteriotomes in hemicrania usus 535
Arthronia animalculorum classis 137
Arundinum remedii vindiciae 709 seq.
Ascarides 449
Ascitis historia et curatio 208 seq. idem lethalis 311
Asinus an equi species? 231. eius patria quaenam? ibid.
Augusti Caesaris claudicatio unde et qualis? 710 seq.
Aurora borealis 9

B.

Babyroussae capitis historia 433
Baker, Henry, Employment for the Microscope in two parts 218
Balanus, concharum genus 141
Basileensis academiae doctores et professores medici 546
Bass, Henr. vita, scripta et obitus 359
Bentink, Comitis, in Academiam Lugduno-Batauam merita 353
Bergstrahl, Io. adsessor collegii medici Holmiensis nominatus 548
Bernard, Io. Steph. Gottingensis regiae Societatis Correspondens nominatus 166
Berolinensis Academiae scientiarum membra ordinaria 346 seq. Collegiorum medicorum membra ordinaria 338. seqq.
Bertrand, Academiae Scientiarum Berolinensis Socius factus 731
Biota polyporum genus 138
Bitumen in aqua marina unde? 651
Boehmeri, Ge. Rud. Diss. de vegetabilium celluloso contextu 541

Boehmer, Io. Beni. obiit 360. eius vita, ſcripta, munera 549 ſeqq.
Boletus, fungi genus, 119. eius degeneratio ibid.
Bombycum generatio duplicata 503
Bombylius inſecti genus 484. nidorum huius deſcriptio 479. 480
Bonnet, Car. academiae Holmienſis Socius factus 548. Recherches ſur l'uſage des Feuilles dans les plantes et ſur quelques autres ſujets relatifs à l'hiſtoire de la vegetation 668
Bononienſis horti publici hiſtoria 664
Botanicae obſeruationes 109. ſeqq. botanico-meteorologicae 491
Boum vitae terminus 332. patria 333. eorum lues 336. huius cauſae 338. remedia dubia 337
Brachionus, animalculi genus 137
Brachurus, animalculi genus 137
Brendel, Io. Godofr. Profeſſor Chirurgiae Ordinarius Gottingae factus 54
Bryan, Robinſon, Profeſſor medicinae Eblanenſis Academiae obiit 548
Buccinum cochlearum genus 139. eius claſſes 279
Büchneri, And. Eliae, Diſſ. de circumſpecto uſu vaſorum ſtanneorum ad potuum ciborumque, ſpeciatim ex ouis conficiendorum, praeparationem neceſſario 303 ſeqq.
Bufo auiculas quo modo captet? 640. eius ventris inflatio unde? ib.
Byſſi deſcriptio et ſpecies 118

C.

Cadauer diu incorruptum manſit 28
Calcinatio auget pondus corporum 152
Calcis viuae ſingularis proprietas 29. aquae eius in calculo uſus 10. 52
Calculi renum hiſtoria 644 ſeq. uteri 587
Calor in tentoriis qualis? 6. eius ſummi effectus 7
Cancrorum hiſtoria 524. ſtructura, generatio, cruſtae mutatio 525. huius in marinis cancris depoſitio et regeneratio 9 ſeq. 48
Canium Cauernae deſcriptio, 11. eius vaporum diſquiſitio ibid.
Cannabis binae ſpecies 504
Capitis anatome in tabulis propoſita 719. eius dolor inſignis, huiusque cauſa 651 ſeq.
Capſulae atrabilariae 510. vid. glandula ſuprarenalis.
Carchariae canis maxillarum ſtructura 478
Cardia concharum genus 140
Caſſerius, Io. Profeſſor Anatomiae Viennae conſtitutus 730
Caſtell, Petr. Experimenta, quibus varias corporis humani partes ſentiendi facultate carere conſtitit 101 ſeqq.
le Cat, Claud. Nic. de actionis muſculorum principio 403. idem Academiae Scientiarum Berolinenſis Socius factus 731
Catalepſis 661
Cataractae differentiae 603. eius medendi methodus 58. eaque noua 603 ſeqq. haec perfectior reddita 618. illius po[illegible] opera

operationem ſpontaneus deſcenſus 310. ſecundaria membranoſa lentis 608 ſeq.
Caulium in plantis ſitus 671. coaleſcentia 519. huius cauſa, ibid. caules faſciati ibid.
Celluloſus contextus generale corporis animalis organon 268. eiusdem in plantis deſcriptio 541. geneſis, ſtructura, differentiae 542. 543. uſus 544 ſeq.
Celtica lues quid? 663
Centronia teſtaceorum nouum genus 141
Cercaria animalculi genus 137
Cercopitheci tenerioris deſcriptio 19
Cerebelli externa facies quaenam? 644. abſceſſus 643. laeſionis effectus 644
Cerebri ſtructura 431. motus 106. eius cauſae 512 ſeq. 642. experimenta de eodem 511 ſeqq. reſpondet ille reſpirationi 106. fornicis noua deſcriptio 234. ventriculi quarti deſcriptio 721. virium examen 641 ſeq. analogia cum bulbo vegetabili 411. laeſio 652
Ceſpitis genera 210. cinerum examen 211
Chama concharum genus 140
Charta gryſea ex foliis arborum facta 539
Chinae cortex ut roborans 707. eius uſus in morbis 708. in variolis 7
Chryſalidum ſtigmata 235. reſpiratio dubia ibid. cum ipſis experimenta facta 236. fumum ferunt eaedem ibid.
Cicindela capite, thorace pedibusque rufis, elytris nigro-coeruleis 216
Cicutae aquaticae effectus venenati 443
Cinnabaris effectus 529
Cinnamomi arbor 37
Clathrus fungi genus 120
Clauaria fungi genus 118
Cochleae 278 ſeq. earum diuiſio 139
Cochlides 274. earum claſſes 277 ſeqq.
Coctio morborum 703. eius differentiae ibid.
Coecitatis ſanatae hiſtoria 93
Colli tumoris hiſtoria 211
Collinſon, Petr. Academiae Scientiarum Berolinenſis Socius factus 731
Coloris coerulei noua ſpecies 492
Columbarum hiſtoria naturalis 84. vropygii earum ibid. et plumarum deſcriptio ac uſus 85
Cometae 34. de iis obſeruatio ibid.
Concharum diſpoſitio naturalis 282. monoconchae earumque claſſes 282. diconchae harumque claſſes 283. teſtarum origo 286 ſeq.
Condoidi, Paul. Imperatricis Ruſſorum medicus primus 168. archiater et conſiliarius intimus factus 548
Conſenſus partium corporis cum ventriculo 267
Corallia corpus minerale 226. inſectorum opus ſunt 50. eorum formatio illuſtrata 55. 56
Cordis ſitus inuerſus 307. in partu octimeſtri fabrica ſingularis 534

Corporis humani per plana diuiſio 391. lutei ouariorum hiſtoria 634. origo, ſtructura, uſus 635
Coryzae cauſa, ſalia 224
Craſpedarium animalculi genus 137
Criſis, eiusque differentiae 703
Critica perturbatio 703
Cruditas morborum 703
Cryſtallorum foſſilium geneſis 220. 221
Cupri vegetatio 224. illud ex cupreo fonte extrahendi modus 222
Cupulatio minerarum 622
Cyclidium animalculi genus 137
Cylindrus cochlearum genus 140
Cyſtotomus 619

D.

Daturae ſeminis effectus venenati 443
Delii, Heinr. Friedr. Entwurf einer Erläuterung der Deutſchen Geſetze, beſonders der Reichs-Abſchiede aus der Arzneygelahrheit und Naturlehre 270 ſeqq. eius animaduerſiones in doctrinam de irritabilitate cet. 98 ſeqq.
Dentaria heptaphylla Cluſii 48
Dentes canis carchariae 478
Digeſtionis ciborum ſtadia tria 266
Diſſertation, qui a remporté le Prix propoſé par l'Academie Royale des Sciences et belles lettres de Pruſſe ſur le principe de l'action des muſcles, avec les pieces, qui ont concouru 403 ſeqq.
Diuionenſis academiae theſis et praemium conſtitutum 163
Docimaſiae neceſſitas in lithogeognoſia 399
van Doeveren, Gualther. Diſſ. de vermibus inteſtinalibus hominum 447 ſeqq.
Dolium cochlearum genus 140.
Dolor, eius cauſa et ſedatio 436. 708. differentia 435. dolorum arthriticorum ſedes 103
Duverney et Gautier Eſſai d' Anatomie en Tableaux imprimés etc. 716 ſeqq.

E.

Electricae obſeruationes et experimenta 24. 58. 75 ſeqq. in paralyticis inſtituta 467 ſeqq. his accommodata machina 60. corporum electricorum diſtinctio 77. fluidum tale in cerebro ſecernitur 423. electrica vitra odor non permeat 26
Electricitatis in vacuo phaenomena 42. in morbis 41. in paralyſi uſus 467. eadem chalybi magnetiſmum conciliat 76. 77. neque mutat pulſuum ictus 471. vi eiusdem incendendi puluerem pyrium methodus 34. 35. 77
Electrometri deſcriptio 471 ſeq.
Eleuatorii ſtructura et uſus 588
Eluela fungi genus 118. eius ſpecies ib.
Embryones gemelli aſcitici 308
Empyematis operatio felix 45
Enchelis animalculi genus 137
Entaphius inſecti genus 482
Equi hiſtoria naturalis 326. vitae terminus 327. deſcriptio 328. anatome 329 ſeq. equorum differentiae 327. color bonitatis ſignum 328. morbi 335

Erlangenſis Academiae doctores et profeſſores medici 546
Erucae fumum non ferunt 236. earum tracheae 235. ſtigmata ibid. reſpiratio 236. eiusdem uſus ib. nidi ſingulares 479. horum deſcriptio 480. cum ipſis facta experimenta 236
Eryopteris inſecti genus 484
Erxlebia, Doroth. Chriſtiana, Doctor Medicinae facta eſt 731
Eſchenbach, *C. E.* Obſeruata quaedam anatomico-chirurgico-medica rariora 306 ſeqq.
Etiolement, plantarum morbus 673
Ex, inſecti genus 483
Excretionem nimiam humorum ſiſtendi ratio 708

F.

Faciales nerui 246. eorum deſcriptio 240 ſeqq. uſus 247 ſeq.
Faciei rubor et pallor unde? 248
Fagopyri ſpecies variae 203
Falco capite nudo, aegyptius 538
Feig, piſcium morbus 526. eius cauſae, ſigna, ſymptomata 526. 527
Femur luxatum, naturae ope curatum 589
Fermentationis differentia 79. deſcriptio 80
Ferri metallis admixti conditio 538
Fibrae muſcularis fabrica 412. 416
Filorum ex lupulo praeparatio 210
von Fiſcher, Ioh. Bernh. Lieflændiſches Landwirthſchafts-Buch &c. 333 ſeqq.
Fiſtulae lacrymalis hiſtoria, differentia, medendi via 589 ſeqq.
Flammae deſcriptio 147
Florum perſpiratio minor eſt 295. de ſexu eorum obſeruationes 20
Foecundatio quo mŏdo fiat? 633
Foetus humani oſſa, ex ulcere extracta 15. circa eius formationem in ouibus obſeruata 636 ſeqq.
Foliorum fabrica 671. ſitus ibid. diſtributionis ratio 672. utilitatis diſquiſitio 668. ſuperficiei exterioris et inferioris uſus 670. ſitum mutat ſolis diuerſa poſitio 671. ſeminalium uſus 674 ſeq.
Folkes, Martin. Londini obiit 734. 735
Fons cupreus in Hibernia 54
Formicarum ſal duplex 150. 151
Foſſilium figura a ſalibus 225
Fracturae pedis ſingularis ſanatio 608
Franklin, Ben. a Societate Scientiarum Londinenſi praemium reportauit 162. Eiusd. Supplemental experiments et obſeruations on electricity, &c. 74 ſeqq.
Frigoris in Sibiria obſeruatio 466. eius noxam a frugibus auertendi modus 200. ipſius in ſeminali planta effectus 90. illud poſt paſtum unde? 269
Fringilla capite coeruleo, dorſo-viridi, abdomine fuluo 213

Fructuum geneſis 89. 90. cum ramulo comparatio ibid. ſucculentorum perſpiratio minima eſt 494 ſeq.
Fulguris effectus 34. 40
Fulhamenſis hortus 27
Fulminis cauſae 57
Fungus ut ſtypticum in haemorrhagiis 59. mediae magnitudinis, totus albus 485. huius effectus venenati 486 ſeqq. fungorum vegetatio 114. 115. florendi tempus ibid. methodus ibid. circa diſquiſitionem obſeruandae regulae 116. 117. generum deſcriptiones 118 ſeqq.
Furni fuſorii deſcriptio 402

G.

Gautier et Duverney Eſſai d' Anatomie en Tableaux imprimés, &c. 716. Anatomie de la tête en tableaux imprimés etc. 719. Anatomie generale des viſceres etc. 722
Gemmarum et cryſtallorum foſſilium geneſis 220. 221
Generatio per obſeruationes in ouibus illuſtrata 628 ſeqq.
Geneuenſis doctorum ſocietatis ſcripta colligendi inſtitutum 354
Gentianae genus determinatur 251
Geometra inſecti genus 482
Glandularum ſuprarenalium in foetu ſitus, figura, differentia 499 ſeqq. earum in plantis differentia 497. 501
Gleditſch, Ioh. Gottl. methodus fungorum 114. *Abhandlung von Vertilgung der Zug-Heuſchreken und den eigentlichen Hülfsmitteln, die ſich auf eine richtige und Natur-mæſsige Erkenntniſs dieſes Ungeziefers gründen* 690 ſeq.
Glottis quid? 64
Goettingenſis ſocietatis regiae theſes et praemia conſtituta 168. 732
de Gorter, Ioh. et Dav. Medici aulici Petropolin vocati ſunt 730
Gramen auenaceum hirſutum deſtruendi modus 217
Grana frugum, boum ope excutiendi methodus 525. iis ſeruandis aptum remedium 200
Günz, Iuſt. Godofr. Obſeruationes anatomicae de utero et naturalibus feminarum 341. idem obiit 555. eius vita 736. et ſcripta 741
Gymnia, animalculorum claſſis 137
Gymnarthrion inſectorum genus 138

H.

Habenarum remedii vindiciae 709 ſeqq.
Haemiſphaeria, nouum inſecti genus 138
de Hahn, Io. Gothofr. vita et ſcripta 173 ſeqq.
de Haller, Alb. Academiae Florentinae ſocius factus 547. enumeratio plantarum horti regii et agri Goettingenſis aucta et emendata 107 ſeqq.
Hamburgiſches Magazin, Xter Band 90. ſeqq. *XIter Band* 432
Hanow,

Hanow, Mich. Chriſtoph. Seltenheiten der Natur und Oeconomie, 2 Bænde 515 ſeqq.
Hellebori albi Extracti effectus venenoſi 14
Hellot, de la fonte des mines des fonderies etc. Tome II. 621
Helminthotheca, nouum plantae genus 113
Helvetius, Io. Claud. Adrian. Academiae Scientiarum Berolinenſis Socius factus 731
Hemicraniam leuat arteriotome 535
Hepatis et renum fabrica analoga 510. eius ligamenti ſuſpenſorii uſus dubius 533. canalis venoſi uſus 534. ipſius abſceſſus 582 ſeqq.
Hepialus papilio 484
Hermaphroditi hiſtoria 640. 641. diſquiſitio 19
Herniae anatome 40. veſicae herniarum deſcriptio 579. cauſae 580. ſigna et curatio 581. 582. de iis obſeruationes 39. 40. umbilicalem coercens faſcia 603
Hierne, Urban. Actorum chemicorum Holmienſium Tomus I et II. 143 ſeqq.
Hill, Iohn, an hiſtory of animals, etc. 134 ſeqq.
Hiſtoire de l'academie royale des ſciences à Berlin, année 1751. 238. an. 1752. 677. à Paris an. 1749. 461. naturelle generale et particuliere avec la deſcription du Cabinet du Roi. Tom. IV. 316
Hominis principium duplex 322. utriusque natura et actio 323. eius cum brutis animalibus comparatio 320
Homuth, Io. Petr. Medicus aulicus Hafniae conſtitutus eſt 730
Horch, Chriſtoph. Boruſſorum Regis Conſiliarius intimus et Archiatrorum ſenior obiit 549
Humerum in articulo amputandi methodus 595 ſeq.
Humorum acrimonia unde? 701. excretionem nimiam ſiſtendi ratio 708. eorum in abdomen effuſio 585. huius ſigna 586 ſeq.
Hundertmark, Car. Frid. de mercurii viui et cum ſalibus varie mixti ſumma in corpus humanum vi atque efficacitate, eiusque cum ſulphure laxius vel arctius coniuncti virtute in idem nulla 528 ſeqq.
Hurae florum deſcriptio 397
Hydrocephali deſcriptio et curatio 30 ſeqq. 641
Hydrophobiae caſus deſcriptus 46. 47. 464 ſeq.
Hydrops 652. pectoris 616. eius per operationem ſanatio ibid. idem uteri 648. ſaccati deſcriptio 609. ſpecies 611. ſigna ibid. ſaccati ouariorum hiſtoria 656. cauſae 659 ſeq. veſicatoriorum in illo uſus 662. ſquillae cautus uſus 649
Hymenis deſcriptio 343
Hyoſcyami albi effectus nociui 23
Hypochondriacorum ſymptomatum explicatio 433 ſeq.

I.

Iancke, Ioh. Godofr. Profeſſor anatomiae ſubſtitutus Lipſienſis 166. 167
Igneus globus in aere viſus 5. 6
Ignis deſcriptio 144. varii ſtatus et effectus ibid. accendendi modi 147 ſeq. elementaris in corpore humano officium 73
Iliaca paſſio ab inteſtinorum paralyſi 18
Indices botanici et materiae medicae, quibus plantarum genera, cet. ſummatim recenſentur 664
Infantis alimenti diuerſitas 313. alimentum optimum lac 314 ſeq.
Inoculatio variolarum 52. eius ſucceſſus 54. 60. methodus 617. Geneuae factae hiſtoria ibid.
Inſecta reſpirant 234
Inteſtini elapſi punctiones fruſtraneae 311. inteſtina vermium ſedes praecipua 448. num craſſa, an tenuia ſedes taeniae? 453. puris ex pectore ad haec deriuatio 645 ſeq.
Iris inuerſa, bis in gramine viſa 27
Irritabilitatis theoria noua non eſt 99. materialiſmo fauet 100. contra eam dubia ibid.
Iuncker, Frid. Chriſtian. Profeſſor medicinae extraordinarius Halenſis factus eſt 356

K.

Kaau-Boerhaave, Herm. Imperatricis Ruſſorum medicus primus obiit 168
Keſſel, Chriſtoph. Hent. M. D. Berolini obiit 549
Kiesling, Chriſtian. Gotthelf. vita 552 ſeq.
Klein, Iac. Theod. tentamen methodi oſtracologicae 274
Klein, Lud. Gottfr. Interpres clinicus 272
Kongl. Svenska Vetenskaps Academiens Handlingar Vol. XI. 195. Vol. XII. 532
Krafft, Ge. Wolfg. Tubingae obiit 735
Krantzius, Franciſc. Profeſſor artis obſtetriciae Viennae conſtitutus 730
Kratzenſtein, Chriſtian Gottlieb. profeſſor medicinae et phyſices experimentalis Hafniam vocatus et conſtitutus, et Academiae Scientiarum Hafnienſis ſodalis factus 355. 356
Kuhlemann, Io. Chriſtoph. obſeruationes quaedam, circa negotium generationis in ouibus factae 628 ſeqq.

L.

Lactis deſcriptio 314. differentiae ibid. bonitas unde diiudicetur? 315. illius in podagra uſus 312 ſeq. idem infantis alimentum optimum 314. cum eodem inſtituta experimenta 315. humanum optimum ibid.
Lambergen, Fiber. profeſſor botanices et chemiae Groeningam vocatus 355

Lapidum

Lapidum et terrarum differentia 401
Lapillorum in ventriculo geneſis unde? 311 ſeq.
Laryngis nerui 65. ligamenta 64. ventriculi deſcripti ib. eorum uſus ibid.
Laub, Hieron. archiater primus Danorum Regis obiit 167
Laudani liquidi Sydenhami, in venas infuſi effectus 446
Lauirotte, Lud. Anna. an omnes organicae corporis partes digeſtioni opitulentur? 266 ſeq.
Laurus indica Aldini deſcripta 109
Leges ex medicina illuſtrandi ratio 270 ſeq.
Lehmann Academiae Scientiarum Berolinenſis Socius factus 731
Lentis cryſtallinae extractio 603. huius ſucceſſus 620
Leſſer, Chriſtian. Frid. Nordhuſae obiit 735
Leucomatis ſectio inutilis 309. haec inſanabilia cur ſint? 309
Ligamenta non ſentiunt 103. eorum vulnera periculoſa non ſunt ibid. horum ſanatio facilis ibid. cum ipſis facta experimenta ibid.
Lignum petrefactum 461 ſeq. lignorum foſſilium geneſis 654. figurae in ligno repertae deſcriptio 96
de Limbourg, Iean. Philippe. Traité des eaux minerales de Spa 292 ſeqq.
Linnaei, Car. Species plantarum 253 ſeqq.
Lobeliae ſpecies 213. eadem luis venereae remedium ibid.
Locuſtarum deſcriptio 685. ſpecies 686. coeundi ratio 687. 891. vitae periodi quinque 687. easdem deſtruendi modi 692 ſeqq.
Ludwig, Chriſtian. Gottlieb, Profeſſor Anatomiae et Chirurgiae Ordinarius Lipſiae conſtitutus 730. eius inſtitutiones pathologiae 696. inſtitutiones therapiae generalis ib.
Lues celtica quid? 663. in venerea utiles plantae 215 ſeq. lobelia huius remedium 213
Lumbrici teretes 449
Lumen perpetuum 440
Lycoperdon fungi genus 120. 121
Lyſis 703

M.

de Macclesfield, Georg. Praeſes Societatis Scientiarum Londinenſis conſtitutus 735
Macrocercos animalculi genus 137
Madrepora deſcripta 51
Magnetes artificiales 9
Magneticae obſeruationes 200
Mammarum tumoribus aptum remedium domeſticum 536
Mareſchal, Georg. vita 577
Maris ſalſedo natiua eſt 649. eius cauſa 650. uſus ibid.
Martinet, Ioh. Florent. Diſſ. de reſpiratione inſectorum 234
Meninges cerebri ſenſiles ſunt 426. earum laeſio ſola letalis eſt 427. durae menin-

gis ſinuum pulſatio nulla 106. horum vulnera periculoſa ibid. ipſa ſenſu caret 104. 106. eius motus unde ibid. idem dubius 642. pia irritabilis et ſenſilis non eſt 106
Mead, Rich. mortuus eſt 357
Medicae obſeruationes 96 ſeq. 657
Medicamenta perquirendi ratio? 124. 125. eorum in ſanguinem actio dubia 239. ſpecifica contra ſcabiem ſuum et cancrum armentorum 92. 93
Medici officia quaenam? 704
Medicina legum interpres 270 ſeq.
Medullae in plantis ſtructura 543. 544
Membra auulſa 584
Memoires de l'Academie royale de chirurgie à Paris, Tome II. 575
Mercurii definitio 528. acrimonia unde? 529. hanc mitigandi ratio ibid. eius in corpore humano effectus 530. 531. in variolis uſus 649. ſublimati corroſiui effectus 444
Meriana flore rubello 398
Metallorum vegetatio a ſalibus 226
Metaſtaſis 703
Meteorologicae obſeruationes 212. 213. 511
Micae origo dubia 231
Micrometrum 229
Microſcopiorum quorundam deſcriptio 229 ſeq.
Microſcopicarum obſeruationum nouum genus 218. 219
Miller, Philip. the Gardeners Dictionary; the ſixth edition 153 ſeqq.
Minerarum ad fuſionem praeparationes 622. uſtulatio ib. cupulatio ibid.
Moguntinae academiae doctores et profeſſores medici 160
Monſtrum bicorporeum 42
Morbillorum anomalorum hiſtoria 661 ſeq.
Morbi definitio 700. eorum diſquiſitio quo modo inſtituenda? 700. mutationis ſigna 702. epidemicorum Pariſienſium hiſtoria 472 ſeqq. in doloroſis regulae et cautelae 435. eosdem palliare quid? 708
Morgagni, Io. Bapt. Academiae Scientiarum Berolinenſis Socius factus 730
Mororum folia boum pabulum 504. eorum in Italia cultura 503. 504
Mortis ſignum dubium membrorum rigor 97
Mortuorum indices concinnandi ratio 40
Moſchiferi animalis deſcriptio 38
Muches, inſecti genus 484
Muci lamellefacti geneſis et uſus 268
Mucor fungi genus 121
Murex cochlearum genus 140
Muſca, ſcuto thoracico rubro ſingulari inſtructa 625. eius deſcriptio ibid. ſegetibus noxia 207. 208. cerambyx 67. 68
Muſculorum corporis humani deſcriptio 394. 717 ſeq.

ſtructura 412. faſciculi ibid. actionis cauſae 724 ſeq. illa proxima 403 ſeqq. voluntarii motus cauſae 37. 38. eius phaenomena 418. 421. 431. iuuat hunc ſanguis 418. 431. lympha neruea non facit 422. de eodem obſeruationes et experimenta 37. 38. hypotheſes variae refutatae 415. in ipſis etiam praeparantur ſpiritus animales 429. auriculae anterior et minor muſculus 718. paruus palpebrarum ibid.
Muſſipontana facultas medica medica nanceienſi collegio medicorum iuncta eſt 161
Mylii, Chriſtlob. vita 553 ſeq.
Myrtorum folia coriis praeparandis apta 504
Mytulus coucharum genus 140

N.

Nani hominis deſcriptio 33
Napelli radicis effectus venenati 442
Naphthae locus natalis 223. collectio, differentia ibid.
Naturae principia quaenam? 70. ab elementis differunt ibid.
Neide, Io. Chriſtoph. vita et obitus 357. 358
Nephrotomia 595
Neruei fluidi exiſtentia probatur 431. natura 405. 428. 431. conſtituunt id igneae particulae 724. 725. electricum eſt idem 423. atque hoc motus muſcularis cauſa 423. 424. neruea lympha muſculos non mouet 422
Neruorum in digeſtione officium 268 ſeq.
Niduli teſtacei 285
Nidum quo modo exſtruant veſpae 21. nidi erucarum ſingulares 479. 480
Nitri coquendi modus 539
Noſodochii Florentini incurabilium medendi methodus diiudicatur 663
Nutritio animalium unde? 332

O.

Obeſi praeternaturaliter infantis dimenſio 434 ſeq. adulti talis deſcriptio 22
Oculi cum camera obſcura comparatio 92. laeſio ſingularis 462
Oeconomiſch - phyſicaliſche Abhandlungen, IVter Theil 79. *Vter Theil* 84. *VIter Theil* 523
Operationis caeſareae diſquiſitio 601 ſeqq.
Opii in morbis uſus 127. effectus venenati 443. eius et ſomni effectuum analogia 127. praeparatio ſingularis 132. 133. de eius uſu obſeruationes practicae 123 ſeqq.
Oſſium corporis humani deſcriptio 385. geneſis ibid. nexus ibid. ſeqq. eorum cranii ſtructura 386 ſeq. ad articulos fracturae 600. de amputatione obſeruationes 605 ſeq. truncatorum eminentiae, harumque geneſis et remedia 597. nouorum in locis inſolitis corporis humani formatio 196

Oſtracodermata quid? 275. noua eorum genera 139
Ouariorum muliebrium ſitus et nexus 342. morbi cur frequentes? 660. hydrops ſaccatus 657. eius cauſae 659 ſeq. eorum in oue ſtructura 629
Oui ſingularis deſcriptio 463
Ouium feminarum genitales partes 629
Ouuli formatio 635. ruptionis cauſa 632

P.

Palliare morbum quid? 708
Paramecium, animalculi genus 137
Pariſienſis academiae chirurgorum hiſtoria 575 ſeq. membra 727. theſis et praemium 352 ſeq. medicorum compendiaria notitia, cet. 344. ſcholae eorum inſtituta 345. 346
Partus octimeſtris deſcriptio anatomica 533. cordis eius fabrica ſingularis 534. monſtroſi 307. 308
Pathologiae ſciagraphia 698
Pecorum morbi 335. 336
Pecten, concharum genus 140
Pede unico natus iuuenis 198
Pemphides inſecti genus 481
Pentelaſmis, concharum genus 141
Pericranium non ſentit 103. 106. cum eodem facta experimenta 103
Perioſteum ſenſile eſt 426. idem non ſentit 103. cum eodem facta experimenta ibid.
Peritonaeum non ſentit 104
Peſtis hominum cauſae 340. Conſtantinopolitanae deſcriptio 43 ſeq.
Petit vita 577
Petrefactorum geneſis 654 ſeqq. claſſes 231
Petropolitanae academiae theſis et praemium 162
Petum, ouium pabulum 201
de la Peyronie, Franciſci, vita 578
Peziza fungi genus 120
Phallus, fungi genus 119. volua exceptus, capituli apice patulo 122. eius vegetatio, uſus, et virtus ibid.
Philoſophical transactions Vol. XLVII. ann. 1751. et 1752. 3
Phocae marinae deſcriptio et ſpecies 16. 17
Pholas concharum genus 141
Phthiſis endemia 217
Phyſicae obſeruationes 503
Phytolaccae americanae ſucci effectus 443
Pico Tenerifae 41. de eodem obſeruationes ibid.
Pilorum in ano excreſcentium obſeruatio 463
Piperis Braſilienſis fumus 236. eius effectus nociui ibid.
Piſces marini in aqua dulci viuere non poſſunt 650 ſeq. eorum vermis 526. huius geneſis, effectus, mors 526. 527
Plantarum genera mutata 256. noua 259. intermedia 251. vaga ibid. ex glandulis conſtituta 496. 500 ſeqq. ſpecies

cies 253. hae mutatae 264. nominum ſpecificorum diſquiſitio 254. nutritionis diſquiſitio 674. ſucci nutritii in iis motus ibid. perſpiratio unde aeſtimanda? 493. de hac experimenta ibid. in aere libero plus perſpirant, incluſae minus 494. in ſubterraneo loco parum ibid. ſucculentae parum ibid. animalium carnem et lac vitiantes 202. corroſiuae et narcoticae 442. rangiferorum pabulo ſeruientes 201. venenatarum differentiae et effectus 442. cum foliis facta experimenta 669. ſal volatile urinoſum 151 ſeq.
Plaz, Ant. Guil. Profeſſor Phyſiologiae Ordinarius Lipſiae conſtitutus 730
Plethora quid 700. eius ſpecies 701
Pleura non ſentit 104
Plumarum in columbis deſcriptio 85
Pluuiae quantitas 42
Pneumonanthe nouum plantarum genus 251. eius ſpecies ibid.
Podagra lacte ſanata 312
Podarion, inſectorum genus 137
Pollicipes, concharum genus 141
Polyconchae 285
Pomphalodes, inſecti genus 481 ſeq.
Porcellana, cochlearum genus 140
Pott, Io. Henr. zweyte Fortſetzung der Litbogeognoſie 399 ſeq.
Potus genus ex abiete 537
Pratorum humidorum correctio 199
Preſterum deſcriptio 213
Pruna monſtroſa 87. 88
Pſaluges, inſecti genus 484
Pſittacorum claſſes 142
Pſora, inſecti genus 483
Pterarion, inſectorum genus 137
Pterigurus, inſecti genus 482
Pulmonum vaſa 725. vſus 407. morbi peculiaris hiſtoria 647
Pulſus tarditas rara 656 ſeq.
Puris ex pectore ad inteſtina derivatio 645 ſeq.
Purpura cochlearum genus 140. ea mineralis 200
Putrefactio ad fermentationem refertur 79
Pyrallis, inſecti genus 482
Pyrauſta, inſecti genus 483
Pyrium puluerem electricitatis vi incendendi methodus 34. 35. 77

Q

Quaeſtionum medicarum ante duo ſeculſa in ſcholis facultatis medicae Pariſienſis diſcuſſarum ſeries chronologica cet. 344 ſeq.
Quercus plantandi modus 202. 203

R.

Raccolta d'opuſcoli ſcientifici e filologici, Tom. XLV-XLIX. 638 ſeqq.
Radiculae ſeminum directio explicatur 678

Rappoltus, Car. Henr. Regiomonte obiit 734
Rega, Henr. Joſ. Louanii obiit 735
Renum ſtructura. 506. ſubſtantia corticalis & medullaris 507. 508. faſciculi communes 509. vaſa papillaria 508. tubuli medullares ibid. calculi hiſtoria 644
Reſpirationis inſectorum deſcriptio, organa, differentia 235 ſeq.
Rhinoceros 639
Rigor membrorum, ſignum mortis dubium 97
Rintelienſis academiae doctores & profeſſores medici 727
Roederer, Io. Georg. Profeſſor anatomiae & chirurgiae Groeningam vocatus 355. profeſſor medicinae 355. & anatomiae ordinarius Goettingae factus 547
Rothomagenſis academiae theſis & praemium 162. 163.
Rotondi, Pietro Angelo, de' Principi della natura, meſſi in luce e dimoſtrati in vſo della medicina 69 ſeq.
van Royen, Dav. Profeſſionem Botanices Lugduni Batauorum adiit 729
Runge, Io. Georg. de voce eiuſque organis 63 ſeq.
Profeſſor anatomiae & phyſices experimentalis gymnaſii Bremenſis factus 729

S.

Saecharum antidotum 13
Salium geneſis per lentem obſeruata 219. in venas immiſſorum effectus 447. ab iis metallorum vegetatio 226. ammoniaci praeparatio 540
Sanguis iuuat muſculorum actionem 418. 431. eius examen chemicum 239. circa humanum facta experimenta 238 ſeq. eum ſiſtendi noua methodus 594
Sanitas perfecta non datur 699
Saturni ſacchari, in venam immiſſi, effectus 446
Scaniae clima deſcriptum 541
Scarabaei veſpillonis deſcriptio 680. ipſi talpam ſepeliunt 679
Scelaſius, animalculi genus 137
Schaeffer. Iac. Chriſtian. de muſca cerambyce ſ. cerambyce ſpurio 67. 68. *Von der Sattelfliege* 625
Schellenberger Profeſſionem Anatomes Viennae depoſuit 730
Schiſti Mansfeldenſis diſquiſitio 439 ſeq.
Schloſſer, Ioh. Albert. de ſale urinae humanae natiuo 60 ſeq.
Schlütteri, Chriſtoph. Andr. ars docimaſtica, ab Helloto translata, Tom. II. 621
Schützer, Herm. chirurgus, archiater regis Suecorum factus 167. ſupremus rerum chirurgicarum Sueciae regni director nominatus 548
Scleroptera, nouum inſecti genus 138
Scriptorum phyſico-medicorum index anni 1753. 362. 557. 743. indicis anni 1752. ſupplementum 179

Secalis hiemalis ſatio 539. de cornuto & aduſto obſeruationes 520 ſeq. huius origo, differentia, vtilitas ibid. frigore tactum, denuo progerminans 199
Seminales fabricae quid? 73
Seminis virilis aura cauſſa diſruptionis ouuli 633. ſeminum in plantis partes eſſentiales 677. vegetatio ibd.
Senſus ſuperior hominum anima 322. ſenſuum hominis et brutorum differentia 321 ſeq.
Sepultura in templis noxia 474 ſeq.
Seres, inſecti genus 483
Serpentum deſcriptio et differentia 290. methodi ſciagraphia 291
Shaw, Petr. medicus regis Britanniae primarius factus 357
Sii aquatici radicum noxa 216
Silex vagus, rotundatus, concentrico-corticoſus 231
Solani tuberoſi altera vegetatio 201
Solenus concharum genus 141
Solidorum corporis humani generalis idea et proportio 389 ſeq. ſitus generalis, communis et proprius 391. morbi 701 ſeq.
Somni naturalis effectus 125. 126
Sorber, Io. Iac. profeſſor medicinae Marburgum vocatus 729
Spadanarum aquarum origo 294. 298. principia 295. differentiae 298. effectus 300 ſeq.
Spielmann, Iac. Reinbold. de optimo infantis recens nati alimento 313
Spiritus vniuerſalis pars fluidi nerui 407. 410. animales in muſculis etiam praeparantur 429
Springsfeld, Gottl. Car. defenſio uberior, per Dan. Wilh. Trilleri Exercitationem alteram pleniorem de remedio habenarum atque arundinum extorta, cet. 709 ſeqq.
Sproegel, Io. Adrian Theod. experimenta circa varia venena in viuis animalibus inſtituta 441 ſeqq.
Squillae in hydrope cautus vſus 649
Stahlii medicina theoretica diiudicatur 95
Stalactitis geneſis 656
Stanneorum vaſorum noxa 303. 306. circa vſum regulae 304
Stanni menſtrua 304. effectus nociui unde? ibid.
Staphylomatis Spontanea ſanatio 309. 310
Stemonites fungi genus 120
Stomatia oſtracodermaton genus 139
Strumpffius, Chriſtoph. Car. Halae obiit 736
Succini geneſis 222
Suecicae academiae regiae ſcientiarum acta Vol. XI. 195. Vol. XII. 532
Supera, inſecti genus 483
van Swieten, Gerard. Commentaria in Herm. Boerhaave Aphoriſmos de cognoſcendis et curandis morbis Tomus III. 457 ſeqq.

Syluarum combuſtionis noxae 205

T.

Taeniae deſcriptio 450. generatio 451. ſpecies 452. 453. nutritio 454. ſedes 453. an ſemper vnica ſit et ſolitaria? ibid. an ſimplex vermis? 454
Talpae ſepultura 679
Targioni, Giovanni Tozzetti, Raccolta I. di oſſeruazioni mediche 657 ſeqq.
Tarin, dictionaire anatomique, ſuivi d' une bibliotheque anatomique et phyſiologique 232 oſteographie ou deſcription des os de l'adulte, du foetus, etc. précedée d'une introduction a l'etude des parties ſolides du corps humain 385. myographie ou deſcription des muſcles du corps humain 394
Taxi effectus venenati in equis 24
Tendines non ſentiunt 102. eorum laeſiones periculoſae non ſunt, ibid. ſenſus à neruis 103
Tentorium inſecti genus 484
Terrarum differentia 334. 401. ſpecies 334. limoſa, arenoſa et humus, ibid. earum ſal. er pingue 148. 149. commotio Londini obſeruata 461
Terreorum abuſus cauſa calculi 311 ſeq.
Teſſin, Car. Guſt. opera collectum Muſeum Teſſinianum 230
Teſtarum in conchyliis origo 286. color unde? 287
Tetani cauſa, ſigna, ſymptomata 427
Therapiae generalis ſciagraphia 704 ſeqq.
Thermometricae obſeruationes et tabulae 6. 465
Thermometrum Florentinum 83. circa illud factae obſeruationes ibid.
Thips, inſecti genus 482
Tilling, Ioh. Chriſtian. profector anatomiae Lipſienſis factus 167
Tinea inſecti genus 482
Tithymali effectus venenati 443
Trachearum in plantis exiſtentia dubia 542
Tralles, Balth. Lud. Collegii medici et ſanitatis Sileſiaci decanus factus 167
Tremella, planta 688. eius ſpecies 689. deſcriptio ibid.
Trew, Chriſtoph. Iac. plantae ſelectae decuria IV. 396
Tubarum fallopianarum in muliere ſitus, figura, nexus, orificiorum conditio 343. earum in oue ſtructura deſcripta 629
Turbo, cochlearum genus 139. eorum claſſes 279
Tylus, inſecti genus 484

V.

Vacciniorum in dyſenteria uſus 201
Valuulae in plantarum fiſtulis negantur 542

Variolarum inſitio 52. eius methodus 617. ſucceſſus varii 54. 55. 60. corticis chinae in iis uſus 7. remedium prophylacticum 532. 533
Varſauienſis ſcientiarum academia noua 356. collegium medicum conſtitutum ibid.
Vegetabiles globi deſcripti 53. 54
Vegetatio extraordinaria 86. minus conſueta ſcaporum floriferorum 87
Venarum motus unde? 107. intumeſcentia in exſpiratione unde? 513. cum iis facta experimenta 107
Veneni definitio 442. 707. eorum differentia 442. lamaſenſe et Ticumaſenſe 13. huius parandi modus, effectus, antidota ibid. eodem occiſorum animalium eſus innoxius 14
Veneris arborem parandi modus 224
Ventilatoris Haleſiani in nauibus utilitas 25 ſeq.
Ventorum in corpore humano effectus ſingulares 475
Ventriculus centrum omnium corporis partium 266. eius in foetu ſitus 499. lapillorum in eo geneſis unde? 311 ſeq.
Vermes 290. eorum claſſes 291. humanorum origo 647 ſeq. inteſtina eorum ſedes praecipua 448. inteſtinales ibid. horum differentiae 449. generatio 450. 451. cauſae, ſymptomata, curatio 456. ipſi ſunt viuipari 647. cucurbitini ſunt taeniarum articuli 449
Veſicae urinariae excreſcentiae fungoſae 35. 36. eas tollendi inſtrumenta ibid. ex ea extractum os 53. herniarum eius deſcriptio 579 ſeqq.
Veſicatoriorum in hydrope uſus 662 ſeq.
Veſontini magiſtratus theſis et praemium 163
Veſpae noua ſpecies deſcripta 21. nidum exſtruendi modus ibid.
Veſuuii eruptio 52. 53
Vini ſpiritus in venam infuſi effectus 446
Vires corporis animalis centripetae et centrifugae 268. ſeq.
Viſcerum anatome uniuerſalis 722. glanduloſorum ſtructura 518 ſeqq.
Vitae vires conſeruandi ratio 706. debilis quid 518. eius ſigna ibid.
Vitriolici acidi cum ammoniaco ſale commixtio 681 ſeqq.
Vocis organorum deſcriptio 63. 64. circa formationem inſtituta experimenta 63. 66
Vogel, Rud. Auguſt. profeſſor medicinae extraordinarius Goettingae factus 166
de Voiſenon, facultatis medicae Pariſinae praeſes facta 548
Voluta, cochlearum genus 139
Vorticis Noruegici deſcriptio 206. 207
Vrethrae caruncula obſeruata 39. 40
Vrinae ſalis diſquiſitio chemica 60 ſeqq.

Vropygii columbarum deſcriptio et vſus 84
Vſtilaginis origo, differentia, vires 521
Vſtulatio minerarum 622
Vteri muliebris ſitus 341. figura et connexio 342. eius vaginae nexus, figura 343. ſitus 341. virginei et muliebris differentiae 343. concretiones calculoſae 587 ſeqq. eius in oue ſtructura 629
Vulnus pectoris 593. vulnera ſclopetorum 612. de his obſeruationes 613 ſeqq. 599.
Walſtorff, Dieter. experimenta circa motum cerebri, cerebelli, cet 105 ſeqq.
de Wolff, Chriſt. vita 554

Y.

Young, Georg, a treatiſe on opium, founded upon practical obſeruations 123.

Z.

Zinn, Io. Godofr. profeſſor botanices extraordinarius Goettingae factus 347. munus hoc adiit 729

Emendanda.

Pag. 13. lin. 5. neutoniſnis lege neutonianis p. 14. l. 5. quidam l. quidem p. 36. l. 1. quatnor l. quatuor p. 55. l. 20. fufficit l. ſufficit p. 75. l. 31. COLLLJNSONVS l. COLLINSONVS p. 90. l. 24. nberhaupt l. überhaupt p. 101. l. 19. deſctibit l. deſcribit p. 112. l. 23. deprehenddit l. deprehendit p. 121. l. 8. ſubſtautia l. ſubſtantia p. 136. l. 36. illuſtrari l. illuſtrentur p. 141. l. 36. duiſio l. diuiſio p. 143. l. 29. pomeruit l. promeruit l. 6. et l. ad p. 165. l. 29. auxilis l. auxiliis p. 201. l. 21. hahentur l. habentur p. 114. l. 214. p. 238. l. 7. Hiſtorla l. Hiſtoria p. 256. l. 25. ea l. eae. hae l. has l. 26. ea l. eae p. 259. l. 8. breuiſſima l. breuiſſimam p. 276. l. 1. curuaetura l. curuatura p. 281. l. 8. ellepticam l. ellipticam p. 312. l. 28. ſoli l. ſolius p. 314. l. 21. bone l. bene p. 322. l. 33. compoſitos l. compoſitus p. 323. l. 15. proprios l. proprias p. 326. l. 20. puouinciae l. prouinciae p. 343. l. 8. diuerſiſſiſimis l. diuerſiſſimis p. 349. l. 29. fuffragium l. ſuffragium l. 35. FABRICIV, ſpharmacopoeus l. FABRICIVS, pharmacopoeus p. 350. l. 21. GLEDITSH l. GLEDITSCH. p. 351. l. 4. Illluſtriſſimus l. Illuſtriſſimus p. 420. l. 29. ſtuidi l. fluidi p. 424. l. 17. praditas l. praeditas p. 487. l. 31. portia l. portio p. 497. l. 1. filamanta l. filamenta p. 525. l. 15. eſt l. et p. 558. l. 18. monumenta l. momenta p. 570. l. 3. THOPHILVS l. THEOPHILVS p. 618. l. 3. inſectioni l. inſitioni p. 621. l. 25. interpetris l. interpretis p. 625. l. 2. SCAEFFER l. SCHAEFFER p. 626. l. 17. proprior l. propior p. 634. l. 4. continue l. continuo p. 641. l. 22. preſentes l. praeſentes p. 677. l. 17. curcubitaeceis l. cucurbitaceis p. 680. l. 16. cupite l. capite